R. 2107

El collegio de la Compa de Jesus de Granada.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA

THESAVRI
linguæ Græcæ
ab Henr. Stephano constructi

Auc.te Ignato; 1703 v.s ex expurg.t permissy

TOMVS II.

Corregi este libro conforme ala censura de la Sta General Inquisicion en Granada 15 de Setiembre de 1614.

+ Augustin de Quiroga

El Consejo del Sto Ofo esta corregido este libro conforme al Expurgato de 1707

Pablo de Cardenas

R. 2107

El collegio de la Compa de Jesus de Granada.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

THESAVRI
linguæ Græcæ
ab Henr. Stephano constructi

Auct.te Ignato; ffs v.s ex expurg.t permissy

TOMVS II.

Corregi este libro conforme ala censura de la General Inquisicion en Granada 15 de Setiembre de 1614.

+ Augustin de Quiroz

El Comis.o del S.to Of.o esta corregido este libro conforme al Expurgat.o de 1707

Pablo de Cardenas

LECTORI HVIVS THESAVRI LINGVAE GRAECAE.

ADmonitum te volui, lector, non fore tibi quærendum hoc in Tomo nomen Καρπος, totúmque eius comitatum, post Κεφαλος: sed in calce ipsius Tomi. Quum enim diu multúmque cogitassem priorémne huic Κεφαλος an illi Καρπος locum dare deberem, diúque dubius hæsissem, quum vtrinque rationes quæ me mouerent haberem: accidit tãdem vt quũ nomen Κεφαλος priores sedes occupare permisissem, tanta stipatum caterua venerit, vt dum animum meum in instruendis suis ordinibus detinet, interim mihi ex memoria competitorem suũ extruserit. Nec verò hîc tantùm sed alibi quoque talia contigisse scio: sed consulendum tibi esse indicem memineris, vt quo quidque loco positum sit cognoscas. tunc certè, siquid non esse vbi debuit, non tamen deesse comperies. Hoc præterea te ex me intelligere volui: quum literam K simúlque secũdum tomum à verbo Καταχαίζω auspicatus essem, non vtens ea separationis forma quam cæteri Tomi postea habuerũt, libuisse eadem opera voci illi Καταχαίζω quasdam, nec non de ipsa litera K aliísque nonnulla præfigere: magis tamen ad implendas paginas, quàm quòd cum vllo incommodo hinc abesse & in indicem reseruari possent.

TVVS

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Κάππα



K κ

Litera dicta fuit Κάππα, necnon Κοππα, sed κ' γλῶσσαν, vt docebo paulo post. Vsurpatum autem fuit Κάππα pluraliter quoque: in prouerbio, πεία κάππα κάκιστα, id est, Tria cappa pessima: videlicet, Cappadocia, Crete, & Cilicia, inquit Suidas. Notantur certè hoc prouerbio tria trium nationum peruersa ingenia, peruersique mores. Quarum duæ posteriores aliis etiam prouerbiis sunt infames. Extat enim de Cilicibus & hoc, Κίλιξ οὐ ῥαδίως ἀληθεύει, Cilix non facilè verum dicit, vel, vera loquitur. Atque adeo hinc est etiam VERBVM Κιλικίζειν, SIVE Κιλικίζεσθαι, pass. voce, pro κακοηθεύεσθαι, siue κακοηθίζεσθαι. Illud Suidas, hoc autem habet Hesychius: vterque vocem passiuam Κιλικίζεσθαι non actiuam Κιλικίζειν afferens. At Eustath. hanc actiuam vocem Κιλικίζειν habet: dicens, Κιλικίζειν (SICVT ET Αἰγυπτιάζειν) esse τὸ πονηρεύεσθαι. Quinetiam COMP. Εἱλικικίζεσθαι apud illos lexicographos legitur. vel potius apud Hesychium quidem passiua hæc vox Εἱλικικίζεσθαι, apud Suidam verò ACT. Εἱλικικίζειν: & PASS. Εἱλικικεύεσθαι. Postquam enim dixit Cilices improbitate fuisse infames, subiungit, Vnde & Εἱλικικεύεται, pro κακοηθεύεται. Est enim Εἱλικικίζειν, τὸ κακοηθίζεσθαι. Sed forsitan aliter scripta hæc reliquit: quum alioqui absurdè videatur dici, ideo Εἱλικικεύεσθαι esse κακοηθεύεσθαι, quòd Εἱλικικίζειν sit κακοηθίζεσθαι. Est enim idem per idem probare: nec magis ex Εἱλικικίζειν confirmari potest significatio verbi Εἱλικικεύεσθαι, quàm ex Εἱλικικεύεσθαι significatio verbi Εἱλικικίζειν. Cæterùm inuenitur ETIAM Κιλίκιος ὄλεθρος prouerbialiter dictum: id est Cilicium exitium, de crudeli & immani. Cilices enim, ob piraticam quam exercebant, & assiduas hostium deprædationes, infames erant immanitatis & crudelitatis nomine. Quapropter & Attici vindictas acerbiores Κιλικίους appellabant. Hæc Eras. partim ex Suida, partim ex Hesychio. Ego autem aliquando suspicatus sum pro ὄλεθρος legendum esse ὁλέθρος: vt ὁλέθριος expositio esset illius Κιλίκιος. Habemúsque fortasse huius lectionis aliquod vestigium apud Hesychium, in interpunctione quæ est inter Κιλίκιος & ὄλεθρος. Hoc saltem fatendum est, Κιλίκιον ὄλεθρον, sequendo vsitatiorem loquendi morem, prima fronte passiuè potius quàm actiuè accipi: id est, pro exitio quod passi sint Cilices: quum tamen hîc contrà intelligendum sit de eo quod intulerint seu inferre soliti sint Cilices. Sed ad Cretes veniendum est: à quibus est itidem VERBVM Κρητίζειν, q. d. Cretizare: pro Mentiri. (sequendo vulgatum illud, Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. id est, Cretenses semper sunt mendaces. quod est initium hexametri versus apud Paulum apost. ex Epimenide sumpti, vt quidam putant. Eadem certè verba hexametrum versum apud Callimachum inchoant: sed is aliis finitur verbis quàm apud Paulum) Κρητίζειν, inquit Eustath. τὸ ψεύδεσθαι. quod etiam apud Callimachi scholiastem legitur, necnon apud Suidam. At Hesych. cum ψεύδεσθαι addit ἀπατᾶν, id est decipere. Prouerbialiter autem dicitur πρὸς Κρῆτα κρητίζειν, Aduersus Cretensem Cretizare, pro Aduersus mendacē mendacius vti. (Qua forma, sed diuerso sensu, dicitur πρὸς Κᾶρα καρίζειν)

At verò COMPOS. Συγκρητίζειν dicebatur de iis qui, Cretensium more, post seditionem aut quampiam discordiam, inter se reconciliati hostibus aliunde inuadentibus resistebant coniunctis viribus. Et hic omnium aduersus communes hostes consensus, fuit DICTVS Συγκρητισμός. Vide Plutarch. in libello De fraterna charitate. Extant porro & alia verba à quarundam gentium nomine deriuata, eásque itidem infamantia. Quorum in numero est VERB. Λεσβιάζειν pro αἰσχροποιεῖν. Sed de hoc alibi.

Κάππα διπλοῦν legitur apud eundem Suidam, quod ille exp. κακόν. Erasmus existimat in hoc dicto respici ad geminum κάππα, quo scribitur vox κακά: ac simili figura Plautū appellasse furem, trium literarū hominē.

Interdum hæc litera κ numeri nota est, nimirum vigenarii: sicut ι nota est denarii, & λ tricenarii, atque ita deinceps.

Fuit autem dictum ETIAM Κόππα pro Κάππα, sed κ' γλῶσσαν, vt inquit Eustath. (vbi VOX Γλῶσσα intelligenda est ἡ ἀπεξεινωμένη ἐξαλεκτος, vt ipse alibi exponit) Atque inde esse NOMEN Κοππατίας. Est autem hæc vox apud Aristophanē nomen equi, in Nubibus, Ὅτ' ἐπριάμην τὸν κοππατίαν. Vbi schol. itidem censet hanc esse nominis κοππατίας originem. Scribit enim κοππατίας equos fuisse dictos quibus impressa esset litera κ: vt σαμφορας, eos quibus σ. Adiungitque aliam illius nominis κοππατίας expositionem, sed quam minimè probat. vt nimirum κοππατίας dictus sit ὁ κόπτων καὶ κοιλαίνων ταῖς ὁπλαῖς τὸ ἔδαφος. Idem tamen (nisi fortè alius verba hæc esse putanda sint) exponēs hunc eiusdem comœdiæ locum, — ἡ γὰρ αἰσχύνη με πτέρει διὰ τοὺς ἵππους τοὺς κοππατίας, annotat κοππατίας appellari non simpliciter ab illius literæ impressione, sed simul etiam respiciendo ad verbum ὀκκόπτειν. Scribit enim μετὰ τοῦ χαρακτῆρος καὶ τοὺς ὀκκοπτόντας αὐτὸ πλὴν οὐσίας δηλοῖ. Quod si hæc expositio voci isti hîc conuenit, non dubium est quin & illic conueniat. Sed ego malim simpliciter τοῦτο τὸ χαρακτῆρος intelligere, assentiente etiam Eustathio, & NOMINE Σαμφόρας mecum faciente: vtpote in quo ad ipsum χαρακτῆρα tantummodo respiciatur. Idem Aristoph. in illa Nubium comœdia, Οὔτ' αὐτὸς, οὐδ' ὁ ζύγιος, οὐδ' ὁ σαμφόρας. Vbi scholiast. esse ait dictos hoc nomine equos qui haberent σ in femore. Sed apud eum legitur σαπφόρας, non σαμφόρας. addit que & cum μ & cū π scribi hoc vocabulum. Adeo vt, sequendo illum, possit SCRIBI Σαπφόρας, quoque sicut Σαμφόρας. Athen. tamē habet duntaxat hanc scripturam per μ, itémque Eust. nullam alterius mentionem faciens. Eius verba sunt hæc, comm. in principium libri κ Iliadis, ὅτι δὲ τὸ Κάππα στοιχεῖον Κόππα καταγλῶσσαν ἐλέγετο, δηλοῦσιν οἱ τὸν Κοππατίαν ἵππον εἰπόντες οὕτω λέγεσθαι διὰ τὸ ἔχειν κ' ὀνειτυπωδῆ τόνον· ὥς τὸν Σαμφόραν, ᾧ σ' ἐγκέκοπται ἢ ἐγκέκαυται· ὥς τοι Δωριεῖς ἔλεγον Σαύ. Hesych. quoque & Suidas Σαμφόρας duntaxat habent. Quod compositum sonare puto perinde ac siquis dicat, σαυφορῶν. Quod autē scribit Eustath. notam illam literæ fuisse inustam, optimè conuenit cum iis quæ apud Anacreontem legimus initio cuiusdam odarii, Ἐν ἰχῴοις μὴ ἵπποι Πυρὸς χάρακμ' ἔχοισι. Atque hîc vicissim ὀν ἰχῴοις conuenit cum verbis scholiastæ cuius meminis

notam illam τοῦ μικροῦ imprimi ſolitam dicentis.
Καππαδόκας autem dictus à Luciano videri poſſit qui ab
Ariſtophane vocat? eſt equus καππαδόκας. Affertur enim
ex illo, ὁ δ' ἵππον κτήσαιτο Μῆδον, ἢ κενταυρίδιον. ἢ καππαδόκαν.
Vbi quicunq; loquens ab eo inducitur, (afferūtur enim
hæc ex eo, non indicato dialogi nomine) iocoſè hæc
nomina vſurpat, vt opinor, & quidē à ſe ficta. Quod
porrò in v.l. habetur, καππαδόκαν equū dictum fuiſſe eū
qui ferret literam Cappa, hoc quidem extra cōtrouer-
ſiam eſſe debere puto: ſed quod ibi additur, literā hanc
eximii equi fuiſſe notā, hoc verò neſcio quo teſtimo-
nio nitatur. Neque enim apud Ariſtoph. videmus equū
καππαδόκαν (quem Luc. καππαδόκαν dixiſſe exiſtimatur) ei
præferri quem σαμφόραν appellat. id eſt φορτικῶτατα τὸ σαῦ.
ita enim compoſitum hoc vocabulum reſoluo: cuius
exemplo Lucianū illud καππαδόκας dixiſſe credibile eſt.
Illud certè NOMEN Κενταυρίδης nō minus nouè ab
eo vſurpari crediderim de equo eximio, deductū à Cen
taurorum nomine, qui optimi optimorum equorū a-
gitatores fuiſſe perhibētur. Cæterùm vt literæ quæ-
dam equis imprimebantur, ſic etiam aliis quibuſdā re-
bus, vt numiſmatibus, nécnon clypeis. Nā Lacedæmo-
nii quidem λ, vtpote primam nominis ſui literā, cly-
peis ſuis imprimebāt: vt Meſſenii illis finitimi, literā μ.
vnde Eupolis apud Euſt. DIXIT τὸ Λάμβδα plurali
numero pro clypeis: ſcribens, ξεπλάγλω δ' ἰδὼν σίλβοντα
τὰ λάμβδα. i. παῖ κακωπαῖ ἀσπίδας. inquit Euſt. Apud
Xen. ſunt itidem clypei notati litera σ. Quod autem ad
numiſmata attinet, recordor in præſentia literæ χ dū-
taxat, qua Atheniēſes adulterinos nummos notabant:
eámq; rem ſignificabant VERBO Χιάζειν. Quū enim
Chios odio proſequerentur, quemcunq; nummum vi
tioſum offendebant, ei notam literæ χ imprimebant,
à ſe Chios eodem modo reiici innuētes. Talem deinde
nummum DICEBANT Κίβδηλον: vt in hac voce le
ges. Sed quod apud Euſtathium generalius eſt, alii A-
thenienſes in ſuo tantùm aduerſus Chios bello feciſſe
cōmemorant. Vtcunque ſit, huc pertinet Χιάζειν, ſi
quidem eo ſignificetur Notare vt ſpurium: SICVT
Χιαζόμβολος σίχος dici putatur à Bud. qui notatur vt ſpu-
rius. Quæ verba accepiſſe eum ex Sophoclis & Eurip.
ſcholiaſtis puto. ab iis enim quidam verſus χιάζειν dicuntur. vt hic in verſum iſtū tragœdiæ quæ inſcribitur
Oreſtes, Ἑλένη, τί σοι λέγομ' ἃν ἄν γε παροῦσ' ὁρᾷς, annotat,
πρὸς πάσας ταῖς ὕβρεις αὐτοῖς κεῖται τὸ Ἑλένη. ὅθεν καὶ χιάζεται ὁ
σίχος. σεσημείωται δὲ τὸ ὄνομα τῆς Ἑλένης. Sed fortaſſis ali-
quid aliud ſub hoc verbo latet. Interdum certè dicūt
ſimpliciter τὸ χ, idē ſignificantes. vt apud Soph. in Phi-
loctete, p. 401, meæ edit. ſchol. in hunc ſecundum ver-
ſum, Οὐδὲ οὐ μὴ πολήτης Σισύφου Λαερτιάδης, annotat, τὸ χ δ', ὅτι
πάλιν Λαερτίου κτῆμα ἀντὶ τοῦ πατρὸς τοῦ Λαέρτου. Sed quū
& alias ſignificationes habeat verbum iſtud Χιάζειν, de
iis eadem opera dicendum fuerit: ac primùm de ea quæ
à Chiorum nomine itidem petita eſt. Heſ. quidē habet
dūtaxat, χιάζειν, σφιάζειν. At Poll. lib. 4, c. 9, in titulo περὶ
ἁρμονιῶν καὶ περὶ νόμων, ſcribit, τὸ μὴ ὑπὸ σφιάζειν, καὶ χιάζειν,
τὸ δὲ ἑτέρως μέλεσι χρῆσθαι, ἀπὸ Δημοκρίτου τοῦ Χίου, καὶ Φιλο-
ξένου τοῦ Σιφνίου· ὃς καὶ ὑπαρμονίδης ἐκαλεῖτο. Sed pro Philo-
xeno nominat Theoxenidem Suidas, quē vide. Fuerit
certè Χιάζειν, Chium illum Democritū imitari in cu-
rioſa nimium & aliquid nimis operoſæ atq; adeo ſuper-
uacaneæ artis habēte modulatione. (Simul autem ob-
ſerua VERBVM Σιφνιάζειν: quod itidem interpretā-
dum fuerit, Siphniū illum ſiue Philoxenū ſiue Theo-
xenidē in curioſa nimium & aliquid ſuperuacaneæ artis
habente modulatione imitari) At verò Χιάζειν à for-
ma ipſa literæ χ, redditur Decuſſare. Vnde verbale
NOMEN Χιασμός, Decuſſatio, εἰς τὸ χ καταπάλαμψις,
Platoni. Ita v.l. in quibus annotatur etiam, χασμὸν eſſe
figuram, quādo quatuor propoſitis, tertiū ſecundo re-
ſpondet & conuenit, quartum primo. Et καθῶσαι dici
periodū ab Hermog. tomo 4, De inuent. χασμὸν admit-
tere, quum videlicet in quadrimembri circuitu vtriſq;
propoſitionibus ambæ redditiones correſpondent &
conueniunt: & contrà, vt apud Demoſth. Olynth. 2, ὁ μὲν
γὰρ Φίλιππος ὅσῳ πλείονα ὑπὲρ τὴν ἀξίαν πεποίηκε τὴν αὑτοῦ, το-

σούτῳ θαυμαστότερος τοῖς πᾶσι νομίζεται· ὑμεῖς δὲ ὦ ἄνδρες
Ἀθηναῖοι, ὅσῳ χεῖρον ἢ προσῆκε κέχρησθε τοῖς πράγμασι, τοσού-
τῳ πλείονα αἰρεῖσθε ὠφελήσαι. Dicitur autem χιασμὸς à χ
litera, quæ crucis in modū interſecantibus ſeipſas dua-
bus obliquis lineis figuratur. Hactenus v.l. Sed alia χα-
ζομβύης παρεύδου exempla vide apud ipſum Hermog. to-
mo illo 4, in eo c. in quo de periodo tractat. Eſt por-
ro à verbo Χιάζειν deductum & NOMEN Χιασὸς, ex
hoc verò, ADVERB. Χιαστί. Eſt autē χιασὸς, (ſequen-
do interpretationē datam nomini χασμὸς, Decuſſatio)
Decuſſationis formam habens. Vnde apud Euſt. χιασοὶ
ζυγοὶ θυρῶν, item χιασοὶ πόρπακες. Apud eundem eſt Χιαστὶ
πίλλειν. ſed hoc eſt ab ipſis Chiis, vt ex eius expoſitione
cognoſces. At verò χιαστὶ κείμεναι ἀλῆαι apud Proclū in
Euclidem, pertinet ad illam huius vocis ſignificationē
de qua nunc agitur. Iam verò quoniā in hunc ſer-
monem ingreſſus ſum, ea quæ de aliis quoque literis in
mentem mihi nunc veniunt, addēda his cenſeo: quum
alioqui hîc omiſſa, aliū ſibi locum, minus fortaſſe com
modum, poſtulatura ſint. Primum autem in iis locū
LITERAE Λάμβδα dandum eſſe cenſeo, quòd plura
de ea quàm de cæteris dicēda nunc occurrant. Præmo-
nendusq; eſt lector, inueniri ETIAM Λάβδα. vnde eſt
Λαβδακισμὸς pro Λαμβδακισμός, vt infra docebitur. Sed
habet alios quoque vſus hoc Λάβδα. nam Heſychius ait
eſſe ὅπλον: (addens, eſſe στοιχεῖον ὑγρὸν καὶ ἀμετάβολον, id eſt
literam liquida & immutabilē. ficut & grāmatici vulgò
quatuor literas liquidas ſiue immutabiles eſſe tradunt,
λ, μ, ν, ρ.) In prouerbio autem quod Eraſm. ex Ariſtoph.
Cōcionatricibus affert, Δοκεῖς δέ μοι κἀν λάβδα κἀν τοῖς Λεσβίοις, fellatricē indicat, velut ænigmatē primæ literæ,
quæ cōmunis Leſbiis, & vitio quod ei genti tribuitur
obſcœna voce, videlicet λειχάζειν. Vide Λεσβιάζειν. A-
pud Herodotum Λάβδα nomē eſt proprium mulieris,
quæ erat filia Amphionis cuiuſdam ex iis qui Bacchia-
dæ inter Corinthios appellabantur. de qua Pythicū o-
raculum edicum fuit, Λάβδα κύει, πέζει δ' ὀλοίβοχον. &c.
Vide Terpſichorē, p. 202 meæ edit. Medicis autē quæ-
dā ῥαφή, id eſt ſutura, eſt DICTA Λαβδοειδής, SIVE
Λαμβδοειδής, Sutura tranſuerſa in poſteriore cranii par-
te, quam ſi à tergo ſpectes, figuram literæ Λ imitari vi-
debitur. Appellatur etiā λαμβδοειδὴς ab Actuario di-
uiſio venæ cauæ inferioris, qua in duo crura abit, paulo
ſupra initium oſſis ſacri. Eandem diuiſionē Gal. in lib.
De anat. ven. elemento ν comparat. Gorr. (Sonat autem
λαμβδοειδὴς, literæ Lambda formam habēs: eodē modo
quo DICITVR Ὑοειδὴς SIVE Ὑψιλοειδὴς, os quod-
dam in ſimilitudinē literæ Υ bicorne, pluribus officiulis
contextum, ad radicem linguæ ſitum. Sunt qui etiam
λαμβδοειδὲς appellent, cōmuni cum capitis ſutura no-
mine, à litera λ, quæ inuerſa, nō eſt valde diſſimilis lite-
ræ Υ) His addendum eſt NOMEN Λαμβδακισμός,
SIVE Λαβδακισμός, quo ſignificatur literæ λ crebra
& odioſa repetitio, vt quidā volunt. Fab. lib. 1, c. 9, Et illa
per ſonos accidunt quæ demonſtrari ſcripto non poſ-
ſunt, vitia oris & linguæ. ἰωτακισμοὶς, λαμβδακισμοὶς, &
ἰρρότητας & πλατυασμοὶς, feliciores fingendis nominibus
Græci vocant. Labdaciſmus (inquit Capella) eſt vbi
L plurimum diſſonat. vt ſi dicas, Sol & luna luce lucēt
alba leui lactea. At Diomedes lambdaciſmon eſſe ait ſi
lucem prima ſyllaba vel alma nimium plenè pronūtie-
mus. Quoniam autem is vno eodémq; loco nō de hac
tantùm voce, ſed de aliis quoque quæ eiuſdem generis
ſunt, agit, (nimirum de eo quoq; vitio quod DICI-
TVR Ἰωτακισμός, de eo item cui NOMEN Μυτακι-
σμὸς) totum eum locum huc afferam. Sunt præterea
pronuntiationis quædam vitia (inquit) quæ nonnulli
barbariſmos vocant: ἰωτακισμοὶ, λαμβδακισμοὶ, μυτακι-
σμοί: hiatus, colliſiones, & omnia quæ plus æquo mi-
núſue ſonātia ab eruditis auribūs reſpuuntur. Hæc vitia
proloquuti cauenda, controuerſiam de nomine perti-
nacibus relinquamus. Ἰωτακισμοὶ ſunt quū i litera ſupra
iuſtum decorē in dictionibus extenditur. λαμβδακισμοὶ
ſimiliter, ſi Lucē prima ſyllaba vel Alma nimiū plenè
pronuntiemus. Μυτακισμοὶ quoq; ſunt quū in fine par-
tis orationis inuenitur m litera, & ſequēs à vocali inci-

pit quæ non ſit loco cōſonantis poſita. Hæc enim ſcri-
bitur, nō autem pronuntiatur. vt, Quouſq; tandē abu-
tere. Tunc autē pronuntiamus m literam quū ſequitur
vocalis loco cōſonantis poſita. vt eſt, Tum Iuno æter-
num ſeruans. Hæc ille. quibus adiungam quæ & Ca-
pella eadem de re ſcripſit. Is, compoſitionis præce-
pta percurrēs, vitium eius maximum eſſe dicit, hiulcas,
& aſperas voces, iotaciſmos, metaciſmos, labdaciſmos,
homœoprophoron, dyſprophorō & polyſigma nō vi-
tare. Et paucis interiectis, Metaciſmus eſt quū pero-
coniunctio M literæ aſſiduitate colliditur: vt ſi dicas,
Mammā ipſam amo, quaſi meam animā. Labdaciſmus
eſt, vbi L plurimū diſſonat. vt ſi dicas, Sol & luna luce
lucēt alba leui lactea. Iotaciſmus, Iunio Iuno Iouis iure
iraſcitur. Hæc illi: ego verò puto breuius & generali?
poſſe dici, in vnoquoque horum nominum reſpici ad
eiuſdē literæ nimium crebram & odioſam repetitionē
ſiue iterationē. Idq; ex Suida etiā coniicio, qui VER-
BVM Ῥωπακίζειν eſſe ait τοῦ ρ στοιχείου συνεχῶς χρῆσθαι. id
eſt, Litera ρ aſſiduè vti, ſiue identidem. Nec enim dubiū
eſt quin ab hoc verbo itidem ſit DICTVM Ῥωπακι-
σμὸς, Aſſiduus literæ ρ vſus, Frequens literæ ρ repetitio.
(In v.l. EST & Ῥωπάζω, Literam ρ in pronuntiādo ſæ-
piuſculè itero) Quemadmodū autem habes Ῥωπακίζειν,
ex quo Ῥωπακισμὸς, ita Γωπακισμὸς & Λαμβδακισμὸς &
Μυπακισμὸς ex Γωπακίζειν & Λαμβδακίζειν & Μυπακίζειν eſ-
ſe ſciendum eſt, licet horum exempla non afferantur.
Cæterùm quod ad hoc poſtremū verbū attinet, ſcribo
primam eius ſyllabam litera υ. quanuis in eo quē pro-
tuli Diomedis loco nō μωπακισμοὶ ſed μυπακισμοὶ ſcriptū
eſſe, & apud eundem legi itidem Metaciſmi, paritérq;
apud Capellam, minimè ignorem. Sequor enim potius
ſcripturā quæ apud omnes reperitur, videlicet Mu, quū
de hac litera agitur. Sic in verſu qui cōplectitur argu-
mentum libri μ Iliadis, Μῦ δμάχη θεῶν· πῖχος, ὁ δ' ἔκθορε
φαίδιμος Ἕκτωρ. Interiiciūtur autē ſuperuacaneæ alioqui
literæ in μυπακισμὸς ad vitandā cacophoniā. Sed &
hoc addēdum de VOCVLA Mu, eā apud Ariſtoph.
inueniri initio Equitū, vſum etiam alium habentē, ni-
mirum pro flebili ſono poſitā. Ibi enim quidā ξωνυ-
λίαν κλαίοντες, hunc ſonū edunt, Μύ μῦ, μύ μῦ, & ita dein-
ceps per totum iambicū verſum: vbiq; μύ in priore lo-
co ſcripto, at μῦ in poſteriore: hoc videlicet producto,
illo correpto, ad efficiendū ex binis iambum. Quine-
tiā VERBVM Μύειν hinc originem habere ſciendū
eſt. Eſt enim μύειν, Clauſis labris quendā ex naribus ſo-
num emittere, qualis eſt gementium. Exponitur autē &
Muſſo, ſiue Muſſito. vt apud Ariſtoph. in Theſmophor.
τί μύεις; πότερα πεποίηκ' καλῶς. Sic Bud. apud Plut. de Cæ-
ſare Rubiconem tranſeunte, μύσας; πρὸς λογισμῷ, Secum
muſſans inter reputandum facinus. Affert & ex Baſilio
ἔνεστι μύσας. Idem teſtatur Gazā reddere Mutire & Stri-
dere, apud Ariſtotelem: ex quo affertur, μύει δὲ τεκμὸν
ἀρίστον, De animal. lib. 4. Item μύουν δὲ γένεσιν, de delphino,
lib. 8. Hinc autē eſt VERBALE Μυσμός, quod de pi-
ſcibus itidē vſurpatur ab Ariſtotele, veluti quū De hiſt.
an. lib. 9, dicit de ſiluro, γινώσκεται δὲ ὑπὸ τῆς ἀλιέων ὃ αὐ
τύχη ὠοφυλακῶν. ἐρύκων δὲ πρὸς ἰχθύδια ἄπτει, καὶ ἦχον ποιεῖ καὶ
μυσμόν. Alioqui, ſequendo id quod de propria verbi μύ-
ειν ſignificatione dictum fuit, eſt propriè Sonus qui la-
biis occluſis ex naribus emittitur: qualis eſt gementiū.
vnde exponitur etiā γογγασμός. (Poteſt etiam reddi Muſ-
ſatio, ſeu Muſſitatio: vt μύειν Muſſare, ſiue Muſſitare)
A Suida muris quoque ſonus eſſe dicitur: ſed quod o-
lim apud Suidam repoſui ex nuda coniectura, videlicet
μ pro μυῶς, id nunc ex vet. etiā codicis autoritate poſ-
ſum reponere: vt videlicet legamus apud eum, Μυσμός,
ὁ γογγασμός, καὶ ὁ τῶν ἵππων· non autē, ὁ τῶν μυῶς. quem tamē
errorem ſequuntur v.l. In quibus eſt ETIAM Μυσμὴ,
quo dicitur ſignificari Sonus nariū irriſioni plerūq; di-
catus, & Reprehēſio. Vnde eum qui citra reprehēſionis
morſum agit, vocari ἀμύμονα, detracto σ. Affert quidem
& Bud. μυσμὸς ex Heſ. expoſitū χλθυασμός, ſed apud eum
nō reperio. Eſt porro & Μύζω quod ſignificat Sugo:
pro quo dicitur ETIAM Μυζέω, ῶ. Xen. ἀνάβ. lib. 4,
δεῖ δέ, εἶπε δι' ὑφῶν, λαβόντα εἰς τὸ στόμα μύζειν τοῖς καλάμοις.
Altero autem vſus eſt Plut. de Demoſthene loquens,

φαρμακὸν ἔχων ὑπὸ τῇ σφραγῖδι, μυζήσας ἀπέθανε. Inuenitur etiam PARTIC. Μυζῶντες apud Suid. quod exp.
ἐκπτέζοντες. Horum autem cōpoſita, nec nō alia huc pertinētia verba, in ſerie alphabetica ponenda erūt. At verò Etymologus ineptè & imperitè literā μω inde nomē acceptiſſe ait quòd huius pronuntiatio μυσμὸν quendam habeat: quū contrà illa litera μω huic μυσμός, vel potius verbo μύζω, ex quo eſt μυσμός, originē dederit. Nec verò his de μω ineptiis contentus, ſimiles, ſed maiores, de litera νυ affert: nimirum literam νυ nomine hoc donatā fuiſſe quoniam νυσμὸν πνεῖ ἐχᾷ ἡ τοῦτον ἐκφώνησις. Scilicet verò vt idem etymū literæ ν, quod & literæ μ, dari poſſet, vox iſta νυσμὸς ad ſignificationem vocis μυσμὸς pertrahenda fuit: quum alioqui nihil in ſignificatione cōmune inter ſe habeant. Sed & hoc ſciendū eſt, antequā dicēdi de litera Μῦ finē faciam, eam à Democrito VOCATAM Μῶ, vt teſtatur Euſt. ex Rhetorici lexici autoritate. Quemadmodū autem ex μω deriuantur illa vocabula, ita ex litera ρ factam eſſe vocē ῥοῖζος ſciendū eſt: necnon ex aliis alias. Ita enim ex β traditur eſſe ortū nomē βόμβος, ex ζ autem verbum ζέειν, ex ξ verbū ξέειν. deniq; ex σ verbum σίζειν, vnde σισμός. Adeo vt ῥοῖζος eſſe dicatur ὁ κῦ τὸ ῥῖγος, itidémq; in cæteris. Sed quoniā litera σ plura ex ſe deriuata habet vocabula quàm reliquæ iſtæ, ex quibus eſt etiam vnū quod ad ea pertinet cōpoſitionis vitia de quibus ſermo paulo antè fuit, de vocibus ex illa deriuatis hîc agere, iiſque tractatū hunc claudere inſtitui. Prius tamen lectorem monebo, quod ad ipſam literam attinet, eam non eſſe indeclinabilem vt cæteræ: ſed inueniri etiam PLVR. Σίγματα, σιγμάτων. Xen. Hell. 4, οἱ δὲ Ἀργεῖοι ὁρῶντες τὰ σίγματα ὅτι ὑπὸ ὑπὸ ἀσπίδων, ὡς Σικυωνίοις, οὐδὲν ἐφοβοῦντο. Et paulo pòſt, τὰ σίγματα ζῶντα. Genit. autē σιγμάτων legitur apud Platonē comicum, in hoc verſu, Ἔσωσας ἐκ τῶν σιγμάτων Εὐριπίδου. Quē affert ſch. Euripidis, propter hunc ſenariū quem in eo irriſum eſſe ait, ex Medea, Ἔσωσά σ' ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι. Euſt. in illo Platonis comici verſu poſt ἔσωσας addit ἡμᾶς: ſed abūdare manifeſtū eſt. Cæterùm quāuis dicatur ὁ σίγμαῦος, nihilominus tamē dicitur & τὸ σίγμα, (eodē modo quo τὸ ἄλφα, τὸ βῆτα, itidémq; in reliquis) vt apud Athen. lib. 10, ἀποχέσαι τὸ σίγμα. (Hoc quoq; ſciendū eſt, σίγμα non ſolùm eſſe nomen literæ, ſed exiſtimari eſſe & nomē menſæ aut potius cœnaculi ſemirotūdi, inſtar hemicycli & lunatæ teſtudinis, à ſimilitudine huius literæ. Sed de hac eius forma Ϛ intellige. Habetur enim bis apud Martialem, & apud Lampridiū, vt oſtendēt Lat. dictionaria. Venio ad ea quæ ex huius literæ nomine deriuata ſunt. In iis primum PONO Σιγμαοειδής, SIVE Σιγμοειδής, Formā habens literæ ſigma. vt σιγμαοειδὴς Thracia dicta fuit. Apud medicos σιγμοειδεῖς dicuntur membranulæ tres, ad orificiū venæ arterialis poſitæ. Itē χόνδροι σιγμοειδεῖς, & ἀπόφυσις σιγμοειδής. Intelligendum autem de hac literæ forma Ϛ. Vide Gorr. Sequetur NOMEN Ἄσιγμος, ου, ὁ & ἡ, Carens litera Sigma, vt ἄσιγμος ᾠδὴ apud Athen. lib. 10, περὶ τοὺς ποδεύοντας Λάσου τοῦ Ἑρμιονέως τὴν ἄσιγμον ᾠδήν, ἥτις ὀδηρέφετο κένταυροι. Paulo pòſt, ὑμνῶν ἄσιγμος. Eodem lib. οἱ ἄσιγμοι καλούμενοι τῶν ῥείθρων. Apud eundem, & eodem libro, atq; adeo paulo ante priorem illum locum in quo dicit τὴν ἄσιγμον ᾠδήν, legimus τὴν ἀσιγμοποιηθεῖσαν ᾠδήν. Vbi niſi reponendum ſit ἄσιγμον ποιηθεῖσαν, fuerit participiū ex verbo Ἀσιγμοποιέομαι ὅμαι: præcedēte voce ACTIVA, Ἀσιγμοποιέω, ῶ. Compono nō vtendo litera σ, Carmen compono in quo non vtor litera σ. Et ita ᾠδὴ ἀσιγμοποιηθεῖσα, Ode compoſita abſque litera σ. Illi autem Ἄσιγμος opponitur NOMEN Πολύσιγμος, Abundās litera σ, Frequenter repetitam habens literam σ. vt ille ex Euripidis Medea verſus. At verò apud Capellā legimus Polyſigma, inter vitia compoſitionis. aitq; Polyſigma eſſe vbi S litera crebrius geminatur: vt Soſia in ſolario ſoleas ſarciebat ſuas. Habeat præterea hæc litera factū ex ſoni ſui imitatione (vt antea dictū fuit) VERBVM Σίζω. quod dicitur de ſtridore ſeu ſibilo quē emittit ferrum candens quū in aqua extinguitur. Hanc enim eius eſſe ſignificationem apparet ex Hom. Od. 1, de oculo Polyphemi qui ἔσιζεν ἐλαΐνεῳ δόρει μοχλῷ veluti ferrum (candens videlicet) quod aquæ immergitur.

Sic de eo quod frigitur: vt piscis qui frigitur in sartagine, dicitur σίζειν. Athen. vel potius Clearchus apud Athen. l. 7, ὥσθ' ὑπὸ τῆς ἀφύης loquens, οἱ μὲν Ἀρχέστρατον ὀπτὸν βάλλοντες κεκλύοντον ὅτι θερμὸν πίγανον σίζεται ἀφαιρεῖν. quibus additur, ἅμα δὲ ἡ ἥπατα καὶ σίζει καθάπερ ὀξύλαβον ὀξύς. vnde dicitur, εἶδε τῦρ ἀφύν. Tale est apud Aristophanem in Acharn. ἡ δ' ὀπῆνωψὴ σίζουσα πάσχαλος. vbi scholiast. ζέουσα, ὡς ὅτι πηγανιζομένη, ᾗ ἦχον ἀποτελοῦσα. Dicitur σίζειν & de vento: quod ex Fabio affertur. Pollux σίζειν proprium esse putat auium quæ κόψυχοι dicuntur. HINC Σίζις ET Σιγμός, Stridor qualis est ferri candentis dum in aqua extinguitur. Potest autem & Sibilus reddi. Aristot. Meteorol. libro 2, de tonitru, τὸν ὑ φόρον ἐκπεσβεννυμένου πυρὸς καὶ σίζειν εἰ βροντῶ λέγουσι. Idē inferius, ἐστὶ δ' ἡ σίζις, μακρὰ ζέσις. Potest & de stridore illo dici qualis est piscis qui frigitur. Eust. esse ait τὸν τῆς σ ἦχον. At verò COMP. Ἐπσίζειν, dicitur de eo qui canes instigat in aliquē, seu incitat, sibilo quodam. Aristoph. Vespis, κἄθ' ὅταν οὖτός γ' ὀπισθή, Ἐπὶ τὸν ἐχθρὸν ὦν' ὀπῤῥύξας, ἀχρίως αὐτὸς ὀπισθεν ἄς. Sed pro τὸν ἐχθρὸν repono ἡμῖν ἐχθρῶν. Illud quoq; ὀπῤῥύξας mihi suspectum est. Apud Hes. est ETIAM Ἐπσιγεῖν, quod exp. κυνηγετικῶς παρορμᾶν, id est Incitare venatorum more, vt nimirum illi canes aduersus feras incitāt. Sed hoc ὀπσιγεῖν ab eadem origine esse nō puto: quin potius esse à VOCE Σίγα, qua pastores vti soliti sunt ad gregem, vt eum ad festinandum incitarent. Theocr. idyll. 4, — σίτθ' ὁ Λέπαργος, Σίτθ' ἁ Κυμαίθα ποτὶ τὸν λόφον. οὐκ ἐσακούεις; Eust. σίγα apud Theocritū esse dicit aduerbiū πάχρις δηλωτικόν. Alibi verò SCRIBIT Σίγε, afferens σίγε ἀμνίδες. Hes. habet Σίγα quod esse ait ὀπτῴνημα αἰξίν. atque ita peculiare esset caprariis: quū tamē latius patere eius vsum videamus. Eundē porro vsum habere VOCEM Φίγα tradit Eust. veluti quū dicitur φίγα μαλιάδες, & φίγα μελίαι, item & φίγα ῥοιαί. Ita enim hæc scribuntur apud illum. qui etiā addit nympharum hæc esse nomina. At Pollux coniunctim habet SCRIPTA Φιγαμαλιάδες, ET Φιγαμελίαι, ITEM Φίγαροι, quæ iuuencularū lusum fuisse tradit, in quo sese mutuo ad celerandum incitarent, simul ὑφηνῶσαι πὰς νύμφας. Vnde fit vt alteram lectionem lubentius sequar. Ad φίγαροι quidem certè quod attinet, non dubium est quin factum sit ex Φίτπα ῥοιαί.

ΚΑ'ΒΟΣ, υ, ὁ, Mensuræ frumentaceæ genus. μέτρον σπικόν, inquit Hes. idémq; Suid. Quinetiā Pollux κάβον esse dicit σίτου μέτρον: & ex eo factū vt κάβασον appellarint τὸν ὥσθ' ἡμῶν ἄπλησον. Pro quo κάβασον, apud alios legi καβαισον docebo paulo post. Hoc addo, Hesychiū, postquam dixit κάβον esse μέτρον σπικόν, addere, καὶ οἰνικόν. deinde, οἱ δ' τοιεῖδα. Etym. pro μέτρον σπικόν habet, non sine manifesto errore, μεπισπικόν. Natum autem esse errorē ex compēdiaria nota cuius significatio non animaduersa fuerit, mihi sit verisimile. Inuenitur porro & NOMEN Κάβη, apud Suidam, expositum τροφή, id est Cibus. Vide Καβηξ.

Κάβαισος, ου, ὁ, (VEL Κάβασος, vt quidem apud Pollucem legitur) Edax, Vorax, Qui cibo est inexplebilis. Ab Hesychio exponitur generaliter ἄπλησος: at verò Polluci κάβασος est ὁ ὥσθ' ἡμῶν τροφὴν ἄπλησος. Vterque alioqui eandem eius derivationem tradit, videlicet ab illo καβος, de quo dictum modò fuit. Existimo autem, quum καβος sit mensura frumentacea, καβαισον propriè dictum fuisse eum qui multum frumenti seu panis frumentacei ederet: q. d. frumenti edacem siue voracem. Sic apud nos Lemouices propter panis edacitatem καβαισοι appellari possint. Cæterùm si καβος de vinaria quoque mensura dictum sit, (vt Hesychius testatur) videtur καβαισος dici etiam de egregio potore vini potuisse. Cuius tamen significationis nullam mentionem ab vllo factam reperio. Atque adeo Pollux & Suidas minimè illam agnouisse videntur. Pollux enim postquam dixit κάβασον nominatum fuisse τὸν ὥσθ' ἡμῶν τροφὴν ἄπλησον, subiungit, ὡς καὶ οἰνῶν τὸν πολυπότην, πίθον. Suidas autem, si quidem sequamur vulgata eius exemplaria, videri quidē possit iis verbis quæ addit, alteram illam nominis καβαισος significationem confirmare. At si fidem adhibeamus veteri meo codici, (vt certè hìc, si vsquam alibi, fide dignum esse manifestum est) eadem cum Polluce dicere Suidam comperiemus. Postquam enim dixit καβασον dici τὸν ἄπλησον, quia κάβος est μέτρον σπικόν, adiicit, καὶ τὸν μέθυσον ἡμεῖς, vt quidem habent vulg. exemplaria. Vbi prima fronte dixerit aliquis subaudiendum duntaxat καλοῦμεν, aut tale verbum, cum aduerbio οὔπω. perinde ac si scriptum esset, καὶ τὸν μέθυσον ἡμεῖς οὔπω καλοῦμεν: vel, καὶ τὸν μέθυσον ἡμεῖς ὁμοίως καβαισον καλοῦμεν. Sed aliam eius fuisse mentem indicat vetus codex: in quo post ἡμεῖς habetur πίθον, hoc modo, καὶ τὸν μέθυσον ἡμεῖς πίθον. sub. καλοῦμεν. (Obserua autem obiter & vsum hunc NOMINIS Πίθος, ex Poll. pariter & Suida) Idem codex habet καβασος, (vt Hesychius & Etymol.) non καβαισος, vt vulg. exemplaria, quorū tamen fidem sequuntur v. lex. vtpote in quibus annotetur dici καβασος, vel καβαιτς. Apud Hesychium legitur ETIAM Κάβησος, & quidem non solùm pro Thracicæ vrbis nomine, (vt apud Etymol. & Suidam) sed & in illa significatione quæ data fuit præcedenti καβασος. Nisi fortè irrepsisse apud Hesychium putandum est καὶ ἄπλησος post πόλις Θράκης, ἡ καὶ Γαρίδρος. Apud Stephanum legitur Καβασός, gemino σ scriptum, & accentu in fine collocato. Diciturque ab eo esse vrbs Thraciæ: Hellanicum tamen Lyciæ eam tribuisse. Apionem tradidisse eam esse κώμιον Cappadociæ. Et Eustathius quum dixisset Κάβησον esse vrbem Hellespontiacam, vel Thraciæ quæ est ad Æmum: subiungit, οἱ δὲ Καππαδοκίας φασί, τὰ λεγόμενα Καβῆσα. (Vbi obserua ETIAM Καβῆσα) Legitur autem hinc factum loci ADVERB. Καβησόθεν apud Homerum Iliad. 7, Πέφνε δ' Ὀθρυονῆα καβησόθεν ἔνδον ἐόντα. vbi Stephanus legit καβησοῦ ἐν, cum ου, ii modò eius vulg. exemplaria non mentiuntur. Apud eundem certè sunt ἐθνικὰ NOMINA Καβήσιος ET Καβησίτης, vnico σ. Verùm vt ad Κάβησος reuertar, positum etiam pro ἄπλησος, sciendum est huic scripturæ aliisque addi vnam posse, VIDELICET Κάβασος: quam tamen mei duntaxat lexici veteris autoritate confirmare possum.

Inuenimtur præterea duo NOMINA Κάβηξ ET Κάβαξ. quorum prius significationem habet cum præcedentis καβασος significatione conuenientem: at posterius non item. Nam Κάβηξ quidem dicitur à Suida esse auis quæ alio nomine larus: & ab edacitate λάρος esse appellata (non tamen ab illo Κάβος deducendo, sed à voce Κάβη, qua significetur τροφή, id est cibus) eiusque meminisse Euphorionem hoc in versu, Τῆς οὐδὲ ἄβγαι, οὐδὲ κρυεροὶ καβῆκες. At verò Κάβαξ ei, sicut Etymologo, est πανοῦργος.

Καβλέει quoque (si significatio spectetur quam illi dat Hesychius) ad κάβος seu κάβη pertinere iudicetur. exponit enim καταπίνει. quod certè aptè dicitur de iis qui sunt ἄπλησοι. Sed apud cæteros lexicographos istud verbum minimè reperio. Ac NOMEN Κάβλημα quod alioqui ex verbo illo factum videri possit, apud eundem Hesychium significationem nullo modo affinem illi habet. Exponitur enim ab eo ὑπόστρωμα, dicitúrque esse Laconum. Apud eundem est ETIAM Κάβλη, quo significatur à Paphiis μάνδαλος τῆς θυρῶν. Ibidem LEGITVR Κάβηλος, significans ὁ ἀπεσκολυμμένος τὸ αἰδοῖον, Recutitus, Verpus, Apella. Sed addit, οἱ δὲ ὄνομα κύμιον. vbi fortasse deest κύμιον. Credibile enim est eum scripsisse, οἱ δὲ ὄνομα κύμιον. sub. εἶναι λέγουσι. id est, Alii autem nomen proprium esse dicunt. Apud eundem (interiecta tamen voce Κάβησος) legitur Κάβηλος, quod esse ab eo dicitur πηλὸς πλεκτός. Sed meritò suspecta hìc scriptura ista κάβηλος fuerit: tum quòd sit interiectum vnum vocabulum inter alterum κάβηλος & hoc: tum etiam quòd series alphabetica scripturam aliam postulet.

ΚΑΓΚΑ'ΖΩ, F. κάσω. P. κακα. Cachinnor, id est Effusè rideo, vel Risum effundo. Factum puto per onomatopœiam, imitando sonum qui in profuso risu editur. Eunapius apud Suidam οἱ δὲ Οὖνοι, πλατὺ καγχάσαντες ὤχοντο.

Καγχαζω, Conuitior βλασφημῶ, inquit Suidas, citans ex Sophocle, πάντων καγχαζόντων γλώσσας.

Καγχασμός, οῦ, ὁ, Cachinnatio, id est ipsa cachinnādi actio: vel Cachinnus, Risus profusus. ὁ ἔκχυτος γέλως, Suid.

Καγχαστής, οῦ, ὁ & Καγχαστικός, Cachinnator, id est Qui lubenter cachinnatur. Bud. ex Polluce.

C. Ἀνακαγχάζω, præpositione ἀνὰ augente significationem simplicis καγχάζω. Plato 1 De repub. καὶ ὃς ἀκούσας ἀνεκάγχασε μάλα Σαρδόνιον. Lucianus, ἐφ' οἷς ἐπιεῖπε καὶ ἐλέγετο, παμμέγεθες ἐπῆκει ἀνακαγχάσαι.

O. Ἐκκαγχάζω, præpositione ἐκ itidem augente significationem simplicis καγχάζω. Xen. Symp. Κεπόβουλος δὲ καὶ ἐξεκάγχασεν ὅτι τοῦ οἰκτισμοῦ αὐτοῦ. Arist. Ethic. 7, καὶ ὥσπερ οἱ κατέχειν πειρώμενοι τὸν γέλωτα, ἀθρόον ἐκκαγχάζουσιν.

C. Ἐπικαγχάζω, vt πύπτοις τοῖς λόγοις ὀπικαγχάσαντες, pro καγχάσαντες ὀπὶ πύπτοις τοῖς λόγοις, quum ad hæc verba cachinnum sustuliissent. Ἐπικαγχάζω, ὀπιγελῶν. Hesyc.

¶ Καγχλάζω, idem quod καγχάζω. Athen. 175, ὁλίοθου πεκνομένου, αὐτός τε ὁ Ἀνίπολος ἔπεσε καγχλάζων. De qua lectione nos dubitare non sinit Hesychius qui habet, καγχλάζει, ἀθρόως γελᾷ.

¶ Καγχαλάω, F. ασω. P. ακα, Exulto, Summo gaudio afficior. Hoc verbo vtuntur poetæ, & soli quidem, vt opinor. Homerus Iliad. κ, Κογχαλόων, ἅμα δ' ἄλλοι ἴσαν χαίροντες Ἀχαιοί. vbi annotat Eustathius, ἔστι δ' ὅμως τὸ καγχαλόων ὀπιπαπκώτερον τοῦ χαίρειν· ὅγε καὶ ὅν τοῦ χαλᾶν τῇ ὀκλύσῃ τοῦ θορύβου. Hesychius tamen καγχαλᾷ exponit etiam simpliciter χαίρει, item γαυελᾷν. Idem καγχαλαα exponit non solùm χαίρει, & ἡδέται, sed etiā, γελᾷ, id est ridet. Quod autem ad etymon attinet, Eustathius in Odyss. ψ, scribit itidem, καγχαλόωσα ἤγουν χαίρουσα καὶ χαλωμένη, καὶ ὡς οἷον χαλίοντων ὑφ' ἡδονῆς γινομένη. Quibus assentiens ipse Hesychius, postquam καγχαλαα explicauit ἡδέται, addit, ἀπὸ τοῦ ὀχαλάσαι πλὴν ψυχὴν ἔχειν. Et rursum, καγχαλᾷ, χαλῶμαι ὑπὸ χαρᾶς, ἀνίεμαι. Ego tamen non aliunde καγχαλάω quam à καγχάζω deduci existimo, quòd profusus risus summæ lætitiæ sit argumentum.

Καγχαλίζομαι etiam est χαίρω (id est gaudeo) Hesychio: & ἱλαρύνω.

Καγχάομαι, ῶμαι, secundum eundem significat γελοιοπάκτως, id est, Rideo incompositè.

ΚΑ'ΔΟΣ, ου, ὁ, vel Κάδδος (illud tamen malo) Vas vinarium, οἴνου ἀγγεῖον, Cadus, Dolium, vel Doliolum. Herodotus apud Pollucem, καὶ Φοινικίου οἴνου κάδδον. Sunt qui ex Dioscoride referant, decem congiorum fuisse capacem, sicut & metretam: quum tamen alii scribant duodecim. Plinius (inquit Budæus) libro 14, capite 16, cadum pro metreta dixit. Ab Hesychio exponitur κεράμιον, quod significat testam siue amphoram. Philochorus (inquit Pollux col. 381) tradit amphoram (ἀμφορέα) vocatam fuisse à veteribus κάδδον: & dimidiam amphoram (ἡμιαμφόριον) appellatā fuisse ἡμικάδδιον. Epicharmus tamen distinguere videtur κάδδον & ἀμφορέα, scribens, Οὔτε ὀν κάδδῳ δηλοῖμι, οὔτ' ὀν ἀμφορεῖ. Apud Latinos itidem scriptores, & poetas præsertim, Cadus nomen est vasis vinarii, habétque priorem breuem, sicut & in versu Græco quem affert Suidas. ita vt secūdum eos κάδος non κάδδος scribendum sit. Esse autem ab ἔχαδον deriuatū suspicatus sum, mutata tenui in aspiratam, donec כד cad Hebræis pro hydria alióque vasis genere in vsu esse comperi.

¶ Accipitur & pro poculo è quo bibitur: vt Anacreonti apud Athenæum lib. 11, pag. 191, οἴνου δ' ἐξέπον κάδον. Quæ verba corrupta sunt apud Pollucem: qui etiā scribit κάδδον à Bœotis vocatum fuisse σκύφον. ¶ Ab eodem affertur hic Aristophanis locus, Εἰς κάδδον πνὰ λαβὼν οὐρει. Ex quo colligi posse videtur κάδδον fuisse etiam vas matulæ vsum præstans.

Κάδος, Vas in quod calculi immittebantur, Situla siue sitella suffragiorum, Bud. Aristoph. in Auibus, Οὐκ ἀποστοβήσεις; οὐκ ἀπόιοιτς τὼ κάδω; Paulo pòst, Ἐγὼ δ' σοῦ γε τὼ κάδω δίφκεδῶ. Vbi schol. τοὺς κάδους τοὺς ἀμφορικοὺς εἰς οὓς τοὺς ψήφους καθιᾶσιν. Vide καδίσκος. ‖ Κάδδος, vnde κεκαδδίδηται, vide in ἀπομαγδαλιά.

Καδίσκος, ου, ὁ, vel Καδδίσκος (dimin.) Paruus cadus, Parua testa. Pollux inter vasa vinaria sicut κάδους & ἀμφορεῖς, ita καδδίσκους & ἀμφορείσκους ponit. Citatur ex Nonno pro situla quæ in puteum demittitur.

Καδίσκος sicut & κάδος, Vas in quod calculi coniiciebantur. καδδίσκος μὲν οὖν (inquit Pollux) δεῖν ἀγγεῖον ᾧ τοὺς ψήφους ἐκκαθίεσαν. Demost. ποὸς Εὐβουλίδην, 110, Καὶ λαμβάνοντες δύο ἢ τρεῖς ψήφους ἕκαστος τοῦδε πύτνον ἐνέβαλον εἰς τὸ καδίσκον. Erant autem duo καδίσκοι (inquit Budæus) vt colligimus ex Antiphonte κατὰ Λεωκράτους, 151. vnus in quo absolutorii calculi ponebantur, alter in quo damnatorii. Idem in Comm. ex quodam loco scholiastæ Aristophanis elici posse dicit duas fuisse amphoras, aut duos cadiscos in quos iudices calculos mittebant: alterum ἄκυρον vocabant, & ὑστέρου, & τὸν θανάτου, in quo αἱ τῆς καταδικαζόντων ψῆφοι ponebantur, αἱ αἱμαιροῦσαι: alterum appellabant κύριον, & ὕστερον & τὸν ἔλεον, in quo αἱ τῆς ἀπολυόντων ψῆφοι ponebantur, αἱ σῴζουσαι. Isæus 77, εἰς καδίσκος ἡμῖν τεθήσεται, perinde ac si diceret Consortes litis fumus, Bud.

Καδίον, ου, τὸ, (diminut. aliud) Paruus cadus. Item Pera. Καδίον τοιμενικόν, Pera pastoralis, 1. Regum cap. 17. Bud. Ἡμικάδιον, ου, τὸ, Dimidius cadus, vt ἡμιαμφόριον, dimidia amphora. Philochorus apud Pollucem libro decimo scribit veteres ἡμιαμφόριον vocasse ἡμικάδιον, sicut ἀμφορεῖ κάδιον.

ΚΑΘΑΙ'ΡΩ, F. αρῶ. P. αρκα, Purgo, Mundo, Homerus Odyss. χ, — ἠδὲ τε σπίζας ὑ δαπὴ καὶ σίγλοισι πολυτρήτοισι καθαίρει. Athenæus lib. 7, πάντα σίλον καθαιρεῖν. Passiua vox Καθαίρομαι, Purgor. Arist. De mundo, ὄμβροις γῆ καθαίρεται. Herodot. lib. 5, καθαρθεῖσα πυκνῶν αἱμάτων. Dicuntur etiā καθαίρεσθαι qui purgantur medicamento. Plut. in Præcept. de sanit. αἴγισα πολλας ἡμέρας κεῖνται καθαιρόμενοι, καὶ καθαπασσόμενοι, καὶ θεραπεύοντες ἰατροί. Et mulieres καθαίρεσθαι dicuntur quum purgantur per menstrua. Plutarchus Lycurgo, καὶ τοῦ ὀν τοῖς κοινοῖς καθαιρομένων γυναικῶν.

Καθαίρω, Expio, Lustro. Καθαίρειν στόλον, Lustrare classem, Appian. lib. 5. Bell. ciu. Idē, οὕτως μὲν οἱ Ῥωμαῖοι τὰ ναυπικὰ καθαίρουσι. Καθαίρω καθαρμοῖς, pro Expiationem adhibeo (q. d. Expiatione expio) citatur ex Platone De leg. Et καθαρθήτω καθαρμοῖς, Expiationibus expietur, ex eodem. Idem, ἀποδιοπομπησόμεθά τε αὐτὴν καὶ καθαρούμεθα, id est (inquit Budæus) Abluemus, expiabimusque, eáque nos abdicabimus. Subiungitur autem vox actiua, ἡδὺ δρόντες ὅσπις τὰ πιαῦτα δεῖ. ὃς καθαίρειν, ἔπτε τῶ ἱερέων, ἔπτε τῶ σοφιστῶν. Affertur & ex Hermogene, ὅτε καθεσάμενος ἀπὸ τῶν ἀδικημάτων, pro Neque à sceleribus expiatus.

Καθαίρω, Flagris cædo. καθαρθῆναι enim Hesychius exponit μαστιγωθῆναι. Et Theocriti scholiastes in Idyll. 5, ἐκάθηρε esse dicit ἐμάστιγωσε; item αὐτὴ τῶ ἔτυπτε καὶ ἔδεδαρε. Ibidem ponit & aliam explicationem sensum obscœnum habentem. Pro illa autem expositione citat hæc Aristophanis, πόδει τοὺς πλθρας καὶ ἐκάθηρεν.

Καθαρμός, οῦ, ὁ, Purgatio. Item Expiatio, Lustratio. Plutarchus Sympos 3, καὶ τὴν διαιταν καὶ τὸν καθαρμὸν ᾧ χρῶντο Σκύθαι ὥσθ' τοὺς κάμνοντας. Plato De republica 2, λυσίς τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων. Plutarch. καθαρμὸν ποιεῖσθαι τῆς δυνάμεως, Lustrare exercitum. Idem, ἄγη καὶ μιασμοὶ καθαρμῶν δεόμενοι, scelera expianda.

Καθαρμός pro καθαρμα, id est pro piaculari homine. vide in Κάθαρμα.

Κάθαρμα, ατος, τὸ. Purgamentum. Pollux libro 5, cap. 46, τοῦ ὀν τοῖς ποιόδοις καθαρμάτων ὀκβλητότερος. Cui loco consentanea est hæc expositio Ammonii, καθάρματα, τὰ μετὰ τὸ καθαρθῆναι ἀπορριπτούμενα. Budæus tamē in Annotat. post. in Pand. κάθαρμα ait ad verbum significare purgationem & piamentum: quum alioqui sordes illæ purgamentum vocētur non purgatio. Quare purgamentum ac piamentum ipsum scripsisse suspicor. D. Paulus epist. 1. ad Cor. cap. 4, ὡς περ καθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων τοῦτο ψῆμα ἕως ἄρτι. Ita enim legit

Budæus, & ita in veteri quodam exemplari me quoque legere memini: quum tamen magis recepta sit altera lectio, ὡς περικαθάρματα, quam suspicor ex ὡς περὶ καθάρματα factam. Retinendo autē περικαθάρματα, præpositio pondus addet, quasi quis dicat (▇) sordes vndique euerrendo collectas, id est ἀποσαρώματα, vt schol. Græcus exponit. Vide & aliā interpret. huius loci paulo póst. Eustathius καθάρματα dici ait παρὰ ῥυπαροὺς καὶ ἀποβλήτους. Erit igitur κάθαρμα qui & ἀπὸ τῶν πάλαι περιόδοις καθαρμάτων ἐκβληθέντος dicitur in illo Pollucis loco, & συρφετός: aptissimeque (vt opinor) exponetur Latina voce Quisquiliæ, seruata metaphora. Luc. p. 45, καὶ ἀξιονειδίζει αἱ δράπεδα καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀποκαλῶν. Et Philo, καθάματα καὶ περιοχλήματα καὶ γῆς ἄχθη καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀποκαλοῦσι. In his enim & similibus locis καθάρματα videntur potius dici viles homines, contemptique & abiecti, quam scelesti: de qua significatione statim dicetur.

Κάθαρμα, Id quod ad purgandum adhibetur, siue ad expiandum. Et secundum hanc significationem καθάρματα vocabantur homines scelerati, tanquam piaculares, id est pro patriæ lustratione expiationéque deuoti. (qui & sacri à Latinis appellabantur) quorum videlicet capite omnia ciuitatis aut gentis alicuius scelera luebantur, quique ad auertendam deorum iram mactabantur. Vide schol. Aristophanis & Suidam. Huc referens Budæus dictum Pauli, ὡς περὶ καθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, hanc esse ait eius sententiam, Nos tanquam piacula mundi facti sumus, & succidaneæ pro populo victimæ. Ac si diceret, Non minus apud gentium vulgus detestabiles quam illi qui diris execrationibus onerati atque obruti, pro salute publica abiici olim solebant. Herodotus (vt idem docet) καθαρμὸν pro κάθαρμα dixit in Polymnia, hominem piacularem, & pro patriæ lustratione expiationéque deuotum, καθαρμὸν τῆς χώρης ποιεύμενοι ἀνθρώπων ἀθάματα τὸν Αἰόλου. Porcello qui ad expiationem immolabatur impositum fuisse hoc nomen, tradunt schol. Aristophanis in Acharn. & Hesychius. Hinc igitur fit vt κάθαρμα vocetur homo sceleratus, & neutrum genus ita vsurpetur vt quum Latini hominem vocant scelus. Aristoph. Pluto, Τοῦζειν δὲ καὶ πολμᾶτον ὦ κάθαρμα τί; Æschin. in Ctesiph. ἀλλ' οὐ λέξεις, ἔφησι αὐτὸ κάθαρμα ζῆν τὸν τοιοῦτον ἀρετῶν. Itidem Demostheni κάθαρμα est ὦ μισόδημε μιαρία ἀρετῆς. Pro corona, σοὶ δὲ ἀρετῆς, ὦ κάθαρμα, ἢ πίστις τις μεπυσία, ἢ καλῶν, ἢ μὴ τοιούτων;

Κάθαρσις, εως, ἡ, Purgatio, Expiatio. Plato Cratylo, πρῶτον μὲν γὰρ ἡ κάθαρσις καὶ οἱ καθαρμοὶ καὶ κατὰ τὸν ἰατρικὸν καὶ κατὰ τὸν μαντικόν. Galeno & aliis, καθάρσεις ἔμμηνοι, purgationes menstruæ mulierum, quæ etiam τὰ ἔμμηνα & καθαμηνία, item τὰ γυναικεῖα, Latinis menses & menstrua.

— Αὐτοκάθαρσις, Ipsamet purgatio. Naz. De baptismo; Χριστὸς μὲν γὰρ αὐτοκάθαρσις ἦν. Vel, Per se purgatio erat. Sic dicitur vt αὐτοαλήθεια, & alia.

— Ἀκαθαρσία, ας, ἡ, Sordes, Immunditia, Spurcitia. Demosthenes κατὰ Μειδίου pag. 230. pro summa improbitate (vt impurum hominem dicimus scelestum) τοῦτον οὐκ ἔχον ὅθεν ὑποβολιῶ ἀκαθαρσίας. Vide ἀκάθαρτος.

— Καθάρσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Purgatorius, vel Purgatiuus, Purgandi vim habēs. Item Expiatorius. Februarium mensem καθάρσιον posse dici tradit Plutarchus. nam (vt scribit Ouidius) Februa Romani dixere piamina patres. καθάρσιος φύσις, Nazian. καθάρσιον ὕδωρ, Nonno Lustralis aqua. Citatur & ex Aristotele, καθάρσιος Ζεύς, Expiator Iupiter.

Καθάρσιον, ου, τὸ, (substantiuè positum) pro κάθαρσις, vel καθαρμός, Expiatio, Lustratio, vel Piaculum. Greg. in Encom. Macc. πάντες τὸ λαοῦ καθάρσιον. Idem de Christo, καθάρσιον τῆς οἰκουμένης. Idem, καθάρσιον περιενεγκὼν ὅπῃ τῇ ἐξόδῳ. Alludens ad morem illum de quo Plutarchus in Præc. politicis, περιενεγκεῖν καθάρσιον περὶ τὴν πόλιν ἐκέλευσαν. Et ante eum Demosthenes, ἐπειδὰν τὸ καθάρσιον περιενεχθῇ. de quibus vide scholiasten Aristophanis in Acharn. vbi porcellum expiatorium κάθαρμα vocatum scribit, & ab Æschine in Timarchum καθάρσιον. Suidas quoque χοιρίδια (id est porcellos) quibus populus lustrabatur in theatris & concionibus, καθάρσια vocata scribit. vbi adiectiuum etiam esse potest. Καθάρσια, Sacra expiatoria, Piacula. Lucianus, τῆς Ἑκάτης τὸ δεῖπνον φαγόντα, καὶ τὰ ἐκ καθαρσίων ὦά, id est oua lustrationum, vt Turnebus vertit. Plutarch. ἐν ῥωμ. κεφ. de Hecate itidem, χθονία δὲ δεῖπνον Ἑκάτῃ πεμπόμενος εἰς τριόδους, ἀποθυσιῶν καὶ καθαρσίων ἐπέχει μοῖραν. In quibus locis ἱερῶν potest subaudiri, & ita adiectiuum erit καθαρσίων. Budæus καθάρσια interpret. Expiamenta in hoc Pausaniæ loco, Ἀπόλλων καὶ Ἄρτεμις ἀποκτείναντες Πύθωνα, ἐς τὸν Αἰγιάλειαν ἀφίκοντο καθαρσίων ἕνεκα.

Καθαρτής, οῦ, ὁ, Purgator. Item Expiator, Lustrator. vt Soph. Electra, pag. 83, Σύ τ' ὦ πατρῷον δῶμα. σοῦ γὰρ ἔρχομαι Δίκης καθαστὴς καὶ θεῶν ἀρμηδιὸς. Plutarchus, καθαρτὴς καὶ μαντεῖον περιστίχει τὸν νοῦν. Scholiastes Aristophanis ait καθαρτὴν dictum τὸν περικαθαίροντα τὴν οἰκουμένην. In vulg. lexicis scribitur & Καθαρτήρ, pro eadem significatione.

Καθαρτικός, οῦ, ὁ, Purgatiuus, sine Purgatorius, Purgandi vim habens, vt καθαρτικὸν φάρμακον Plutarchus, ἐλεγκτικὸν λόγον ὥσπερ καθαρτικὸν ἔχων φάρμακον. Pro Expiatiuus autem potius dicitur καθάρσιος, vel καθαρτήριος, quod hic sequitur. Budæus tamē καθαρτικὸν μέλος apud Aristotelem Polit. 8 interpr. Animi purgatorium aut expiatorium.

Καθαρτήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod καθάρσιος, Purgatiuus, Purgatorius. Item Expiatiuus. Synesius in epist. ὡς ἔστι γε τὸ δημόσιον ξίφος οὐχ ἥττον ἢ τὰ ἐν τοῖς περιπέμματα χρῆσθαι, πόλεως καθαρτήριον. Idem, δαίμονες εἰσὶ καθαρτήριοι.

Ἀκάθαρτος, ου, ὁ καὶ ἡ, quasi dicas, Non purgatus. pro Impurus, Immundus. ‖ Item Scelestus, apud Demosthenem & Lucianum: quæ metaphora est & in voce Latina. Sic in Ἀκαθαρσία, supra.

Εὐκάθαρτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Purgatu facilis, Qui facilè purgari potest. CVI opponitur Δυσκάθαρτος, Purgatu difficilis.

C. Ἀνακαθαίρω, Expurgo, Perpurgo. vel simpliciter, Purgo. Nam præpositio ἀνὰ interdum auget, interdum nihil significationi addit, sicut nec cæteræ nonnunquam. Et Ἀνακαθαίρομαι significatione actiua. Plutarch. in Antonio, ἀνακαθαιρόμενος τὰ ὀλιγόστα τοῦ πολέμου, persequens reliquias & repurgans. Ἀνακαθαίρειν τὸ περίσκομμα, pro Purgare offendiculum, dixit Nazian. accipiendo Purgare eo sensu quo Plinius dicit Fastidium purgare pro Tollere. In vulgaribus lexicis tamen ἀνακαθαίρειν exponitur hic Tollere. Vide infrà ἀποκαθαίρεται κέλυφος. Apud Platonem ἀνακαθαίρεσθαι pro Planè explicare, vel pro Persequi. vide Bud. Comment. pag. 320 & 1032. Apud Dionysium Areopagitam, Ἀνακαθαιρεῖν ῥῆμα, pro Sensum eius allegoricum explicare. Ἀνακαθαίρειν (inquit Budæus pag. 321) theologicum est verbum pro Allegorias anagogicas ad liquidum vsque sensum patefacere & explanare. ‖ Ἀνακαθαίρεσθαι dicitur sol in deliquio, quum luna solem subiens & eum nobis auferens, sensim præterlabitur, & eam partem solis quam nobis primùm abstulit, prætereundo reddit. Budæus ex Dionysio Areopagita, pagina 320 Comment.

Ἀνάκαθαρσις, Expurgatio, Perpurgatio. vel simpliciter Purgatio. ‖ Item (sequendo significationem quæ modò data fuit verbo ἀνακαθαίρειν) Allegorici sensus & reconditi anagogica explicatio. Vide Bud. Comm. 321, & 835.

Ἀνακαθαρτικός, Expurgandi siue perpurgandi vim habens, aut simpliciter, Vim purgandi habens, Purgatiuus.

C. Ἀποκαθαίρω, Expurgo, Repurgo. Item Abstergo, vt in hoc loco Xenophontis Pæd. 1, ἀποκαθαίρεις τὸν χεῖρα εἰς τὰ χειρόμακτρα. Ex Plutarcho autem in Numa citatur. ἀποκαθαίρων τὰς βαναύσους τέχνας εἰς οἰκείας χεῖρας. ‖ Ἀποκαθαίρω, Lustro, Expio, apud Dionysium Areopagitam. B. pag. 322.

Ἀποκαθαίρομαι, Passiua voce vsurpatur interdum actiuè, pro ἀποκαθαίρω. Quum autem passiuā signif. habet, significat Expurgor, Abstergor. Item Lustror, Expior. ‖ Citatur præterea Ἀποκαθαίρεται κέλυφος ex Aristotele, De animal. lib. 7, pro Detrahitur putamen. Vide suprà Ἀνακαθαίρειν τὸ περίσκομμα.

Ἀπόκαθαρμα, ατος, τὸ, Expurgamentum, Repurgamētum, vel simpliciter Purgamentum, vt à Gaza vertitur. Apud Plinium, Excrementum. ‖ Item Piaculum, Piamentum.

Ἀπόκαθαρσις, εως, ἡ, Expurgatio, Repurgatio, Purgatio. Thucyd. lib. 2, καὶ ἀποκαθάρσεις χρόνῳ πάσαι ὅσαι ὑπὸ ἰατρῶν ὠνομάσθαι εἰσὶν, ἐπήεσαν ἐς αὖθις μετὰ πολλὴν ἐλάσσω μεγάλης. vbi scholiastes exponit ἀποκρίσεις & κενώσεις. ‖ Item Expiatio, Lustratio.

Ἀποκαθαρτικός, ή, όν, Expurgatorius, vel Expurgatiuus, Expurgandi vim habens, Ad expurgandū aptus. ‖ Item Expiatiuus.

C. Διακαθαίρω, In diuersis partibus purgo. q. d. Interpurgo. Theophrasto (inquit Bud.) est perpurare arbores & interlucare. Vide C. p. 321. Item pro simplici καθαιρω. Pollux loquens περὶ τῶν οὐκ ἀφοσιωτικῶν λόγων. lib. 6, cap. 33, hæc inter cætera ponit, διακελεύσασθαι, διακαθηρᾶς, ἐκκαθηρᾶς, & paulo pòst ἐκκεκαθαρμένα, διακριβωμένα.

Διακάθαρσις, εως, ἡ, q. d. Interpurgatio. Apud Theophr. Interlucatio, Bud. Comment. pag. 321. Item pro simplici κάθαρσις.

C. Ἐκκαθαίρω, respondet Latino Expurgo. Item Detergo. vt Hom. Il. ε, -- οὐρεῖ δ' ἐξεκάθαιρον, id est alueos purgabant & detergebant, T. Et passi. Ἐκκαθαίρομαι, Expurgor. apud Synesium cum genitiuo, epist. 121, καὶ πανηγυρικὴν ἐκκαθαρθῆναι τὴν πόλιν. ‖ In vulg. lex. ἐκκαθαιρῶ exponitur Discutis & Exprimis, in hoc loco Plat. Pol. 2, ὡς ἐρρωμένως ἑκάτερον ὥσπερ αἱ δρεπάνας εἰς τὴν κρίσιν ἐκκαθαίρεις. In iisdem ἐκκαθαίρειν τὸν βίον pro E vita tollere. Vide supra, ἀνακαθαίρειν τὸ περίσκομμα, & ἀποκαθαίρει κέλυφος. ‖ Pollux vt διακριβοῦσι & ἐκκαθηρᾶς, ita διακριβωμένα & ἐκκεκαθαρμένα coniungit. Idem φωνὴν λεκτὴν & ἐκκεκαθαρμένην simul ponit.

C. Ἐπιρόγναθος, ή, ὁ καὶ ἡ, de equo dictum, Qui nõ similes habet γνάθους, id est malas (si de equo dici posset) Xenophõti (inquit Cam.) est equus ἐπιρόγναθος oris contumacis, is plerũque qui habet μὴ ὁμοίας ταῖς γνάθοις. Is ab eodem Xenoph. dicitur ἄδικον πλὴν γνάθον ἔχων, vt testatur Bud. in Comm. Idem alibi ἐπιρόγναθον ab illo dici scribit Qui in latus vnum duntaxat flectitur. Cui expositioni hũc ex illo subiungit locum, ἱππασαι δ' ἐπαιρεῖν τὴν πέδιν καὶ λοιμῶδιν. ἐπ' ἀμφοτέρας δὲ ταῖς γνάθοις ἐρρέφεσθαι ἐθίζει. Ab Etymol. ἐπιρόγναθος exponitur ὁ σκληρόστομος. i. ad verbũ, ex Ouidio Durior oris. Sed minimè placet quod ab eodẽ Etym. post σκληρόστομος subiũgitur, ὅτι ὁ ταῖς γνάθοις οὐ μὴ ἰδίαις χρώμενος. Hesych. autẽ post σκληρόστομος addit, ἀπιθὴς, ὅτι τὸν ἵππον. At Suidas p o hac signif. dicit tantùm ἐπιρόγναθος, ὅτι ἵππου, ἀπειθὴς: subiungens eam quam paulo pòst proferam. Xenoph. De arte eq. ἐπιρόγναθοι δὲ οὗς τε πολλὰ οἱ μὴ ὁμοίας ταῖς γνάθοις ἔχοντες γίγνονται. Idem ibidem, ἀρχὸν μὲν, μὴ ποτε ἀλγῇ τῆς γνάθου τὸν ἵππον. τῶν δὲ ἐπιρόγναθοις πολεῖ. ‖ Suidas ac Etymol. addũt & aliam expositionem quam falsissimam esse puto, vt videlicet dicatur etiam ἐπιρόγναθος qui vtraque maxilla in comedẽdo vtitur, ex quo indicetur Insatiabilis. ὁ ἄπληστος (inquiunt) καὶ ἀμφοτέραις ταῖς γνάθοις ἐσθίων. Certè non video quomodo ἐπιρόγναθος idem sonare possit quod ἑκατέρωγναθος.

C. Πλησιγνάθος, ου, ὁ καὶ ἡ. Maxillas implens, seu buccas. vt φωνὴ πλησιγνάθου, ita magnus vt buccas implere possit.

C. Φυσιγνάθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Buccas inflans, præ superbia videlicet. pro quo dicitur in prosa absque compositione ταῖς γνάθοις φυσᾶν. vt apud Demosth. De falsa leg. ταῖς γνάθοις φυσᾶν, ταῖς ὀφρῦς ἐπηρκώς, ὑπὸ βάθρων πυθόμενος. Buccas inflans, vel buccas flatu distendens. Apud Horatium autem nõ præ superbia, sed præ ira Iuppiter ambas inflat buccas. Sic Gallicè dicimus, *Il bouffe*, hominis ira æstuãtis gestum exprimẽtes. Sunt tamen qui φυσίγναθος quoque ad iram referre voluerint, illi Horatiano loco accommodantes: quod mihi non placet. ‖ Apud Homerum φυσίγναθος nomen est ranæ, in opusculo quod inscribitur Batrachomyomachia.

Γναθοῦν, ῶ, Cædo in malas, seu maxillas. nã γναθοῦν Hesychius exponit εἰς γνάθους τυπτειν. Est autem γναθοῦν à γνάθος ita deductum, vt si à maxilla verbum Maxillare formaremus.

Γνάθων, ωνος, ὁ, Parasitus, vt inquit Hesych. Sic à bucca formarũt Latini bucconem, sed pro stolido, vt apud Plautum exponitur: vbi scribit, Bardi, blẽni, buccones. Ego γνάθωνα existimo dictum eum qui adulatione aliisque malis artibus quærit μάσημα ταῖς γνάθοις: vt quendam ex huiusmodi hominum numero loquentem inducit Antiphanes apud Athenæum lib.1, Μανάλιος ὁ βίος, ὦ δεῖ με ἀεὶ καιρὸν ποιεῖν εὐρεῖν, ὡς μάσημα ταῖς γνάθοις ἔχω. Eo autem lubentius hanc significationis vocabuli γνάθων rationem reddo, quòd videam respondere nomini ψωμοκόλαξ, quo itidem parasitus indicatur, vt vides apud Athen. lib. 6, vbi & verbum ψωμοκολακεύων. Sed & ipsum κόλαξ à κόλον significante τροφὴ deductum putatur. Quod autem ad illud loquendi genus attinet, μάσημα ταῖς γνάθοις ἔχω, memini me & alia eiusdem generis in comicis ab Athenæo citatis obseruare. Huc porro pertinet illud Euripidis in Autolico priore, apud eũdem Athenæũ lib. 16, Γνάθου τε δοῦλος νηδύος θ' ἡσσημένος.

Γνάθων proprium etiam nomen cuiusdam obsonatoris Siculi, vt in vulg. lex. ex Plut. annotatur. Γναθωνίδης, patronymicum, apud Suidam. Γνάθαινα mulier dicta a Γνάθων, vt à λείπων dicitur λείπαινα, & à τέκτων τέκταινα. Est autem meretricis nomen apud Athenæum.

ΚΑΝΘΟΌΣ, ου, ὁ, Oculi angul⁹, Hirquus. Aristoteles, οἷς αὐξῶσιν οἱ κανθοὶ μακροὶ, κακοήθειας σημεῖον. Hinc nostrum *Canton*, pro quouis angulo.

Κανθὸς, Ferrum quo rotæ vinciũtur. Κανθὶ (inquit B.) Ea quæ orbile cingunt. Pers. sat.5, — quanuis temone sub vno Vertentem sese frustra sectabere canthum. Ego Fabii interpretationem posui, qui & Afrum seu Hispanum vocabulum esse tradit, ita scribẽs, Barbarismũ pluribus modis accipimus: vnum in gente, quale sit siquis Afrum vel Hispanum Latinæ orationi nomen inserat: vt ferrum quo rotæ vinciuntur, dici solet canthus. quanquam eo tanquam recepto vtitur Persius.

C. Ἐγκανθίδες & Ἐπικανθίδες, Canthorum radices. Pollux lib.2, τὰ ἑκατέρωθεν τοῦ βλεφάρων ἄκρα, κανθοί· ὧν αἱ ῥίζαι, ἐγκανθίδες ἢ ὀπικανθίδες. Meminit & Gal. 4 κθ' τόπους. ‖Est ἐγκανθὶς morbi etiam nomen illa in parte nascentis. Ἐγκανθὶς (inquit Gorr.) propriè quidem dicitur oculorum angulus: inde verò eius etiam morbo inditum nomen est, & significat tuberculum quod in angulo minore nascitur, carne naturaliter excrescẽte, & palpebras haud facilè diduci patitur. Id sicut aliquando &c. In vulg. lex. annotatur ex Ægineta, ἐγκανθίδα esse quũ maioris anguli seu cãthi caruncula excrescit iusto amplius, & ad nares protuberat. Id quod præcipuè patiuntur οἱ θαλασσουργοί.

ΚΆΝΘΩΝ, ωνος, ὁ, Asinus. Κάνθων, ὄνος, Suid. Eust. Sic Anthol. epig.2, Νῦν Λιβυκοὶς κάνθωναι ὀχεύσιμος, εἴτ' ἀπὸ πεζὸν ὕδρου ἀπὸ βαφὴς αἶα κυρτωθῶσι, ὥσπερ ὄνοι κανθήλιοι. qui locus affertur à Suida, postquam dixit κανθήλιον esse ὄνον μέγαν. Malè autem & à schol. Aristoph. affertur in Vespis, exponendo καὶ θηλίοις à nominatiuo κανθήλια, de quo mox dicam. Dicitur & Κανθήλιος, non adiecto nomine ὄνος. vt apud Lucianum, οὐδὲ δεῖ πάνυ ἀποδυσόμενος πλὴν λευκοπλῶ, ὡς φανερὸς γλαύκιος κανθήλιος ὤν. Vide Cantherius in Lat. lex. ‖Sæpe etiã metaphoricè ponitur κανθήλιος pro bardo seu stolido. Κανθήλιος, inquit Suidas, βραδὺς νοῆσαι & ita accipitur in illo loco Luciani.

Κανθήλια, Clitellæ. Aristoph. Vespis, Μὰ τὸν Δί' οὐδὲν' ἀλλ' ἀποδόξῃ βούλομαι Τὸν ὄνον ἄγων αὐτοῖσι τοῖς κανθηλίοις. Vbi malè schol. κανθηλίοις, ὄνοις μεγάλοις, tãquam a κανθήλιος. Qui tamen error & in vulg. lex. seruatus fuit. in quibus tamen annotatur etiam, κανθήλια esse onera asinorum, apud Hesych. σαγματα τῶν ὄνων: & munimenta quæ equorum centunculis circumponuntur. Præterea κανθήλιον apud Strabonẽ videri significare cistam. Idẽ Hesychius vult κανθήλια dici quædam etiam ligna incurua in puppi. qui fortasse locus occasionem præbuit vulg. lexicorum consarcinatoribus κανθήλιος exponendi etiam Curuus.

ΚΆΝΘΑΡΟΣ Scarabeus. Dictus παρὰ τὸν κάνθωνα, quòd ex stercore κάνθωνος (id est asini) nascatur. At Suidas παρὰ τὸν κάνθω α & τὸν ὀρὸν deriuat, vt sit κανθαρος quasi κάνθορος. ita enim repono apud illum, παρὰ τὸν κάνθωνα καὶ τὸν ὀρὸν, τουτέστι τὸ σπέρμα· κάνθορός τις ὤν. Vide & alias deductiones apud eum Aristoph. sic orditur comœdiam inscriptam Pacem, Αἶρε, ἄρειμαζε ὡς τάχιστα κανθάρῳ. vbi scholiastes, κάθαρος δὲ εἶδος ζώου παρὰ τὰς ἅλφας τὸ μέγεθος.

C. Καυθαιδόλεθρος, Thraciæ locus scarabeis exitiosus. q. d. Scarabeorum pernicies.

C. Ἡλιοκάνθαρος, Solaris scarabeus Tertulliano, (vt scribitur in vulg. lex.) non is qui à Nigidio lucanus appellatur, sed is qui κοπριὼν ab Hippocrate vocatus est: q.d. fimarius. quòd è fimo ingẽtes pilas auersis pedibus volutet. Alexand. Trall. ὁ ἡλιοκάνθαρος θεραπεύει τοὺς πταρτιζόντας. Vide Plin. lib.11, cap.18, & lib.30, cap.11.

Καυθαείζειν apud Atticos, Tremere, vt scribit Ammoni⁹.

Καυθαεὶς, pro κάνθαρος, Scarabeus qui frumenta erodit. Nicander in Alexiphar. καυθαείδες σιτηφάγου meminit: vbi schol. καυθαρίδας esse tradit τὰ κοπροφόρα καὶ σιτοφόρα ζῶα, τοὺς λεπτοῦς καὶ θαμεῖς. Theoph. De hist. plan. lib.8, cap. 9, ὅτι γίνεται μὴ ἡ καυθαρὶς ἐν τοῖς πυροῖς. Pro quibus Plinius habet, Est & cantharis dictus scarabeus paruus, frumẽta erodens. ‖ Hesychio καυθαεὶς est χρυσοειδὴς ἰχθύς, & ζωύφιον λυμαντικὸν σίτου καὶ ἀμπέλου καὶ κήπων.

Καυθαρίδες alia signif. sunt animalia parua, varia, luteis lineis quas in pennis transuersas habent, promissóque corpore: crassæ, ac blattarum more præpingues. Huiusmodi autem præstãtissimæ sunt ad medicinam. Hæc Gorræus. Vulg. lexica remittunt ad Hippocr. περὶ γυναικείης φύσιος, & librum 4 De diæta in morb. acutis: item ad Dioscoridem lib.6. & 2, cap.54: nec non ad Plinium lib.29, cap.4.

¶ Κάνθαρος, Cantharus, poculi genus, quo Liberum patrẽ vsum ferunt. Plin. lib.33, cap.11, C. Marius post victoriã Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur. Ex Aristoph. citatur κάνθαρος Ναξιουργής.

Κάνθαρος, Piscis quidam littoralis, Scarabeus itidem dictus à Gaza apud Aristot. lib.8 anim. At Georg. Valla in Eth. eiusdem Aristot. trabronem vertit, vt habẽt vulg. lex. Κάνθαρος portus cuiusdam Atheniensis nomen, ὄνομα λιμένος Ἀθήνησι inquit Suid. In vulg lex. ex Aristophan. citatur κανθάρου λιμοῦ. Apud Hesych. legitur καρδίων. ‖ Κάνθαρος, Nota in Lingua Apidis bouis. vt in iisdem scribitur, ex Herodoti lib.3. Ab aliis nodus vocatur ex Plinio, lib.8, cap.46.

ΚΆΝΝΗ, vel Κάνα, Storea, ψάθος, vt exponit Eustathius. Apud Hesychium quòque legitur, κάνναι, ψάθοι. Aristoph. Vespis, Κὴ μή ποτ' σου παρὰ τὰς κάνναι οὐρήσω, μισῶ ὀπαρδῶ. vbi itidem ψάθις interpr. schol. id est storeas, seu tegetes, aut mattas. At Pollux κάνα, vno in loco habet cum vnico ν, in illo etiam Aristophanis versu. (scribit autem, κάναι τ' ἐκ κανάδων πλέγμα, ῥῖπις πνεῖ εἰσιν.) in altero autem κάννα. imò verò duobus diuersis locis hanc scripturã habet, vt in Καννηφόρος docebo. Certè vnico ν scriptum, conueniret melius cum Hebræa voce קנה Kaneh, calamum significante: à qua originem habere manifestum est.

Καννάθρον, Currus ex storea contextus, videlicet ἐκ τῆς κάννης. Eustathius tamen hinc quidem deriuari, sed partẽ quandam currus duntaxat hoc nomine appellari tradit. vide p.1344. Vide & Hesych. apud quem κάναθρα legitur vnico ν, quem tamen & ipse manifestè ἐκ τῆς κάννης deducat. Pro hac autem deductione facit (ni fallor) hic locus Ouidii, Fast. lib.6, — plaustróque morantes Sustulit: in plaustro scirpea matta fuit. In vulg. lex. exponitur currus viminibus connexus, perperam posito κάναθρα pro κάταθρον, quum subiungatur ex Xenophonte (quem & Eustath. ibi citat) ὅτι πολιτικοῦ καναθρου κατήει εἰς Ἀμύκλας. Apud Hesych. tamen legitur, Καύαθρα ἀσφαθιὴ ἁμαξα πλέγματα ἔχουσα. In iisdem affertur ex Plut. in Agesilao, κάναθρα ἢ εἰδῶλα καὶ λοῦσι ξύλινα χρυπῶν καὶ τραγελάφων ἐν οἷς κομίζουσι τοῖς παῖδας ἐν ταῖς πομπαῖς. Quæ verba confer cum iis quæ ab Hesychio super hac re scribuntur.

C. Καννηφόρος, ὁ, ὁ, Qui storeas seu tegetes conficit. Pollux lib.10, cap.47, postquã dixit κάννα esse πλεγμάτιον τι (dixerat autem & cap. 38 eiusdem libri, πλακάλα δὲ ὅσι ψάθος ἐν τοῖς ἀκανθίοις, ἰῶ καὶ κάνναι καὶ λοῦσι) addit paucis interiectis, τὸν μὲν πλεκτὰς πλέκοντα, καννηφόρον ὑπόνομα κέκληκεν. Animaduerte autem scribi κάννα cum νν his duobus in locis, quum alibi vnico scriptum sit, vt suprà admonui.

ΚΆΝΗΣ, ητος, ὁ, Idem quod κάννη, sequẽdo Suidam. nam ei κάνης, ητος, est ψάθος. Sed apud schol. Aristoph. vnde sumpsit, legitur κάννης.

Καύνης, ιπος, ὁ, Canistrum, vel Calathus, vt quidam interpr. in hoc Plut. loco, in Solone, μηδὲ κάνηπα πηχυαίου μείζονα. HINC & Καυήπιον diminut. idem quod καυίσκιον, (id est paruum canistrum) inquit Pollux: qui tamen κάνηπα aliter accipit, videlicet pro λίκνον.

Καύεον, & Καυοῶ, idem quod κάνης, Canistrum, Cista. Est autem frequens apud Homerum hæc vox κάνεον, exponitúrque non solùm Canistrum, sed & Lanx. Od. ρ, Ἄρτον τ' οὖλον ἐλὼν ἠΰκαλλέος ἐκ καυέοιο, Καὶ κρέα. Odyss. γ, — ἑτέρῃ δ' ἐχέγουλας Ἐν καυέῳ. Ath. 1, παυτὶ γροῦ ἠΰδαπίζεται κάνεον καὶ τραπέζα. Apud eundē lib. 4, κάνεα ξύλινα καὶ πλεκτά. Eustath. p. 1402 vasa quædam lignea suo etiam tempore κάνεα & τραπεζώματα vocata scribit. ‖ Dixit & Καύειον Homerus, Od. κ. ‖ Καυοῶ autem contractum vsurpant frequentius prosæ scriptores. Thucyd. lib. 6, p. 215, ἐπαγγέλλαντες ἥκειν καυοῦν οἴσουσ' ἐν πυμπῇ πυρί. Et in plurali καυᾶ, καυῶν, καυοῖς. Athen. 4, ὅτι χαλκῶν καυῶν. Idem in 1, παρεπίθεντο δὲ οἱ ὑδρίαι τοῖς καυοῖς. ‖ Citatur & Καυέων datiuus ex Dionys. Alex. quod fuerit tanquam à καύνος. ‖ Ex Hippocrate quoque γυναικ. lib. 2. citatur Καύειον, sed pro ollæ operculo.

C. Καυηφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Canistrum gerens. q.d. Canistrifer. Erant autem Καυηφόροι puellæ nubiles (& quidem genere nobili natæ) quæ hoc ipso Dianæ fidem faciebant se virginitatis pertæsas esse, & exautorari cupere. Vide Paus. Suid. & schol. Theocriti. HINC Καυηφορεῖν, Canistrum ferre. καυηφόρον esse. Plut. in Amat. narrat. ἔμελλε γὰρ τῷ Διὶ τῷ βασιλεῖ καυηφορεῖν.

Καυίσκιον, ου, τὸ diminut. à κάνεον, Paruum canistrum. τὰ δὲ καυίσκια ὦ ἄπαντα χρυσᾶ, apud Ath. Pollux, τὸ δὲ νῦν καυισκιον, καυήπιον ἐκάλουν.

¶ Καύασρον & Καύυσρον, apud Pollucem, idem quod κάνης, siue καυοῦν, Canistrum. quod Latini hinc parua cum mutatione deduxerunt. Hesychius καύασρον esse ait nō solùm καυοῦν, sed etiam τρυβλίον & ὄσρακον: atque adeo καυοῦν postremo loco ponit. Vide & in proximè sequētibus verbis.

Καυάξαι & Ἐκκαυάξαι, inquit Pollux, pro ἐκκαυσαι (id est euacuare seu exinanire) vel ἐκπιεῖν (id est ebibere) dicta sunt ἀπὸ τοῦ καυάσρου. Eius enim verba sunt, τὰ ὑδρία καυάσρα, φελλώδεις πρὸς πνακίσκοις (?) δίκοῦσιν, ἀφ' ὧν καὶ τὸ ἐκκαυάσαι ἢ ἐκπιεῖν, καυάξαι λέγεται καὶ ἐκκαυάξαι. (Sic Gall pinter à vase dicto pinte.) At Eust. videtur contrà καύασρον deducere ab εἰς καυάσιν, p. 1402, quod exponit Infūdere vinū.

KAΝΝΑΒΙΣ. & Καύναβος quoque in vulg. lex. Athen. lib. 5, κάνναβιν ἢ καυβὸν ἐκ τοῦ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ. Reperitur autem & apud Herodotum κάνναβις, lib. 4, vbi scribit apud Scythas eam nasci lino simillimam, præter quàm crassitudine ac magnitudine. ex qua eos vestes cōficere. HINC Καυναβῖνος, Cannabeus, Ex cannabe factus. Vel, Cannabem referens. In vulg. autem lex. ex epigr. affertur καυναβῖνης κράμβης. HINC & Καυναβιοῦσθαι, quod vide apud Hesychium.

Καύαβις apud Pollucem scriptum est vnico ν, καὶ ἡ κάναβις (inquit) ὅμοιόν ὅτι λίνῳ. sic autem apud eum κάναβις etiam scribi vnico ν, antè admonui. Cæterùm ab illo nomine deduci κάναβις, alicui verisimile sit quod vtrunque ad πλέγματα sit accommodatum.

¶ Καύαβος, lignum tenue cui fictores cerā vel gypsum vel linum circumlinunt: vnde & κάναβοι per metaphoram vocantur homines graciles & macilenti, Poll. & Hesychius. HINC Καυάβιος, quod adiectiuū esse videtur (nisi fortè καυάβινος potius scribendum est) vt καυάβιος κηρὸς apud Hesychium, ᾧ (inquit) χρῶνται οἱ ἀνδριαντοποιοὶ πρὸς πλάσιν. vbi quāuis eius exēplaria κηρὸς habeāt pro eo quod apud Pollucem est πηλὸς, minimè tamen deprauata esse putandum est, vt in vulg. lex. scribitur. Inuenitur autem & in Anthol. epig. lib. 2, καυάβινον, in hoc versu, Ἁπλώτας κοῦφος γῆς σῶμα τὸ καυάβινον. vbi alii καυνάβινον cum νν, à cannabe deducentes. Sed quum de gracili & macilento seu strigoso homine loquatur, aptè refertur ad illam significationem metaphoricam τοῦ κάναβοι, quem ex Polluce modò protuli.

Καύαβοι, Fontes riuo multiplici sparsi, Gaza in vulg. lex, Aristot. De gener. animal. lib. 2, ἐκ δὲ τῆς καρδίας αἱ φλέβες διῆκτο ἀδιαφόρως, καθάπερ οἱ τοῖς καυάβοις χρώμενοι ἐν τοῖς τοίχοις. Idē De hist. anim. lib. 3, αἱ μὲν γὰρ φλέβες ὥσπερ ἐν τοῖς γραφομένοις καυάβοις τὸ τοῦ σώματος ἔχουσι σχῆμα παντός, οὕτως ὥστ' ἐν τοῖς στόμασι λεπτοσμήνοις πᾶσι τὸν ὅγκον φαίνεσθαι πλήρη φλεβίων. Quos locos protuli integros vt videat lector an aptiorem interpretationem excogitare possit. Budæus dicit venas riuorum modo diductas: quod vox καυάβοι per se significare non potest.

KANΩN, ὀνος, ὁ, Regula, Norma. (Est propriè, vt tradit scholiastes Aristoph. quod est supra trutinam, & æquilibrium seu æquamentum facit: Examen, inquit Bud. Meminit & Pollux huius significationis. Illud autē annotat Aristoph. schol. in hūc eius versum in Ran. καὶ κανόνας ἐξωστισι καὶ πηχεῖς ἐπῶν.) Æschin. ὥσπερ ἐν τῇ πυκτικῇ, ὅταν εἰδέναι βουλώμεθα τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ μὴ, κανόνα προσφέρομεν. Nicarch. Epigr. lib. 2, — γέγονεν ἡ ὀρθοτέρα κανόνος. Sic autem & Lucianus κανόνα ὀρθὸν dixit, in lib. De hist. scribenda, τὸν κανόνα τῶν προσαγορευτῶν, ὡσπέρ γε δίκῃ αὐτοῖς ὀρθὸς εἶ). Passim autem & alibi metaphoricè vsurpatur. Antipho in oratione aduersus Leocratem, ὅσα γὰρ ἀδικήματα νόμος τῆς διώξεως, ῥᾴδιον τούτου τῷ κανόνι χρωμένοις, καλεῖν τοῖς πρᾶγμα ὠνομασμένοις, id est, Ad hanc normam iudicū dirigentes. Et cum aliis nominibus sæpe copulatur: vt quum dicitur κανὼν καὶ σταθμὸς à Luciano: item κανὼν καὶ γνώμων ab eodem, in Hermot. ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι καὶ γνώμονα τοῦ κατὰ πόλιν ἀρετῶν βίου. Quæ copulauit & Synesius, sicut & κανὼν καὶ κριτήριον, quæ itidem à Plutarcho coniunguntur. ‖ Apud Ciceronem κανὼν exponitur à quibusdam διορθωτής, id est emendator. vbi scribit Tyroni, Tu qui κανὼν esse soles scriptorū meorū. At ego posse quidē ex consequenti vocem κανὼν ita intelligi fateor: sed malim, retinendo significationem vocis Græcæ, exponere, Tu ad cuius iudicium, tāquam ad certissimam regulam, scripta mea soleo exigere. Sic κανόνα picturæ narrat Plinius vocatam quandam Polycleti tabellam, quam pictores sibi veluti pro artis suæ norma proponerēt. Ita enim lib. 34, cap. 8. Fecit & quem κανόνα artifices vocant, lineamēta artis ex eo petentes velut à lege quadam. Sic denique κανόνες artium, regulæ ex quarum obseruatione artes ipsæ constituræ discuntur. vt κανόνες grammatices, Præcepta ad quæ tanquam ad regulam seu normam ratio loquendi ordinanda sit. De deriuatione autem huius vocis κανὼν mox dicam.

Καυὼν, Calamus circa quem textores fila inuoluunt, vt scribit autor breuium scholiorum in Homerum, in hunc eius locum, Iliad. ψ, — ὡς ὅτε τις τεχνήεις ἐυζώνοιο Σπήθεος ὅτε καυὼν, ὃν τ' ἀμάλα χθὲ πεπύκασκε Πηλοῖον ἐξελκεύσας περὶ μίτον, αἴ τε θοὴ περὶ Σπήθεος. In quem locum vide quæ ab Eustathio annotentur, pag. 1328. Is certè fatetur se ex eo quod traditū sit καυόνα esse κάλαμον μίτων, non posse certò iudicare quod sit illud instrumentum Fortasse illud est quod hodie *canette* vocant textores. Cæterùm hæc expositio vocis καυὼν (pro calamo talē vel talem vsum præbēte) credibilem nobis reddere potest illius deriuationem à nomine κάνα (nam & vnico ν scriptum inueniri docui) præsertim si nō solùm quid hoc significet, sed & quid declaret vox Hebraica קנה Kanch (vnde κάνα deriuatum esse docui) consideremus. Ob hanc certè causam καυὼν eo literarum genere non scripsi quibus cætera primitiua soleo. Fateor tamen & Etymologicum suam deductionem afferre, sed quæ (nisi fallor) ridiculè subtilis ac planè futilis nugatoriaque habenda est: sicut & bona pars earum quæ ab illo referuntur. Scribit enim, Καυὼν παρὰ τὸ καίνω τὸ κόπτω, ὁ πάντων λέξεων κόπτων ζητήματα. Quomodo autem hoc fabrili κανόνι conuenire potest, a cuius significatione cæteras omnes sumptas esse fatendum est? Sed ad reliquas huius vocis significationes venio. ‖ Καυόνες, Virgulæ quibus clypeos tenebant, vt in vulgatis lexicis exponuntur hæc schol. Homeri verba, ῥάβδοις αἷς ἐκράτουν παῖς ἀασίδας, in hūc illius versum; Il. θ, Λασίδα Νεσορέλω, τῆς νῦν κλέος ἐσσομένοισι, Πᾶσαν χρυσείῳ ἔθραυε, καυόνας τε καὶ αὐτόν. vbi & ipse Eustathius tradit ex veterum sententia, esse ῥάβδους ἀναφορέας τῆς ἀασίδος. quippe quum nondum inuenta essent ὄχανα, id est οἱ δι' ἱμάντων πόρπακες. Hesychius scribit, αἱ δ' ἀασίδες ῥάβδοι ἀφ' ὧν ὁ πελαμὼν ἐξ-

ῆπτο. Καυόνας (▮▮▮▮▮▮▮▮) puto vocatos lora scuti, quòd ita essent collocati vt ipsum in æquilibrio retinerent, ne in hanc vel illam partem propendens, milites grauaret. ‖ Καυὼν (inquit Bud.) Palus, Lignū erectum. Chrysostomus in epistolā ad Ephesios, pag. 173, καυόνας vocat clathros cauearum in quibus feræ inclusæ sunt. ‖ Καυὼν τῆς κλίνης pro columna lecti, in vulg. lex. ex lib. Iudith citatur. ‖ In iisdem affertur ex Epigr. καυόνες αὐλῶν pro Regulæ organorum, id est tabellæ quæ digitis percutiuntur.

Καυὼν, Mensura saltus, μέτρον τοῦ πτήματος, Poll. Sic autem Paulus 2 ad Cor. cap. 10, v. 15, καυόνα vocauit (▮▮▮▮▮▮▮▮

explicari dicit μακροὶ & ὑμεγέθεις: quū potius significentur hoc nomine οἱ ὄρθιοι καὶ λεπτοί. Gorræus quoque [illegible] mētionēm facit, nō [illegible], cui tamē non affentior: præfertim quū huic lectioni non illi affentiantur veteres etiam codices, & in ipsis vulg. editionibus ponatur in ordine syllabæ καν non syllabæ κακ, videlicet post καυ. Adde quod ὀρθότης optimè conuenit κανόνι, vt in præcedentibus docui: & nominatim ex illo Nicarchi loco, γέγονεν δ' ὀρθότερος κανόνος, de quopiam cui mira quadam chirurgia gibbus erat ademptus.

Κανονίς, ίδος, ἡ, Instrumentum quo vtuntur qui eleganter B scribunt. ἑρχαλέον καλαμοῖο φικόν, inquit Suidas. Existimo autem esse instrumentum quo diriguntur versus.

Κανονίζω, Ad regulam dirigo, Ad normam examino. Item Artis præceptis adstringo. Bud. exponit etiam Concinnō & Modulor. Aristot. Ethic. cap. 7. κανονίζουσι δὲ καὶ πᾶς θεσεῖς. Dionys. Long. κανονίζει καὶ δι' ἀσφαλείας ἄγει. ‖ Grammatici quidam vocem aliquam κανονίζεσθαι dixerunt pro Formari.

Κανονίζομαι, vnde κεκανονίσαι, Cōstitutum est & à iure positum, in Pand. vt inquit Bud. subiungēs & ex Theodorito Eccles. hist. lib. 1, εἰ δέ τι ἄλλο ἐκανονίσθη καὶ ἐδογματίσθη αὐτῆς παρὰ αἱρέσεις. In vulg. lex. citatur ex 16 canone concilii Chalcedonēsis, κεκανονισμένα σύνοδοι. constituta concilia, & per canones instituta. Sed malim Concilia canonū auctoritate approbata. Hanc autē signif. verbi κανονίζεσθαι manare puto a nomine κανών, vel potius plurali num. κανόνες, pro illa significatione quam habere dixi in quibusdam Ecclesiasticis scriptis.

C. Ἀκανόνιστος, ή, ὸν καὶ ὴ, vt ἀκατόνιστα βιβλία. Libri non recepti in numerum eorum quos vno corpore comprehensos κατόια vocant. Vide suprà κανονικὰ βιβλία.

ΚΑΠΡΟΣ,

Aper. Dicitur etiam ὗς ἄγριος, & à poetis σύαγρος. Ab Homero sæpe & κάπρος appellatur, vt paulo post doceb o. Est tamen κάπρος quoque illi, sicut poetis eo posterioribus, vsitatum, vt Iliadis ρ, — κύνεσσιν ἐείκοτες οἵτ' ὀβὶ κάπρῳ Βλαυδῷ αἴξωσι θεὸ κούρων θηρητῆρον. Hesiod. in Aspide, Οἷός θ' ὃν Βροτοῖς ὄρεος χαλεπὸς θεϊδέ δὴ Κάπρος χαυλιόδων. Xenoph. Pæd. 2, ὅπῃ σταθῇ ὁ κάπρος ἐδόκει πάσχειν. Alicubi autem Homerus σῦς cum κάπρος coniungit, & quidem illud huic præfigens, vt Il ρ, Οὔτε συὸς κάπρου ὀλοόφρονος. Sic Il. ε, Ἠ' συσὶ κάπροισιν. Vbi animaduertendum est poni genus, deinde speciem. at quum dicitur βοῦς ὁ βοῦς, species ante genus ponitur. ‖ Κάπρος pro domestico quoque porco apud Hesiodū, vt in vulg. lex. ann. Ego autē inuenio κάπρον nō pro quouis domestico porco, sed pro eo qui castratus non sit, atque adeo pro eo quem verrem Latini vocant. Aristophanes grammaticus apud Eustathium, ἢ σὺν ὧν (inquit) οἱ ὀλιγότελεοι καὶ ἐνόρχαι κάπρος· οἱ δὲ πίονες αὐτῆς, σίαλοι, &c. Hom. Od. λ, Ἀριστοφάνης τοῦ τε, συῶν τ' ὀβελοὶ τε καὶ κάπρον.

Κάπρος, nomen piscis qui apud Argiuos celebris erat: vnde ille cuiusdam comici versus, Ἐξ Ἀτθίδος γαυκίπνου, ἐξ Ἄργους κάπρος, Eustath. 853. Hunc videtur Hes. putauisse φάγρον alio nomine appellari. In vulg. lex. annot. ex Aristotele, κάπρον esse piscē in Acheloo fluuio vocalē. Citatur & Athen. lib. 7. ‖ Κάπρος est etiā morbus quo laborant apes, vt scribit Hesyc. ‖ Κάπρος, Membrum genitale viri. Suid.

C. Καπροφάγος, ή, ὸν καὶ ὴ, Apriuorus. Cognomentum Dianæ apud Samios, teste Hesych.

Κάπραινα, ης, ἡ, Libidinosa. Nam ab Hesychio exponitur καταφερής, quod significat interdum καταφερὴς πρὸς τὰ ἀφροδίσια. Cōfirmat autem meam expositionem quod ab Ælio Dionysio scriptum legimus, κάπραινα γυνή, ἡ ὀργῶσα πρὸς μίξεις.

Κάπραι eidem Hesychio sunt ἀκολασίαι, id est libidinosa facta vel dicta.

Καπρόω, πρῶσ, Subo. Nam vt illud à Græcis, ita hoc à Latinis de sue dicitur quæ prurit libidine. id est ἔχει πρὸς τὴν ὀχείαν ὁρμητικῶς, vt loquentem Aristotelem mox in Καπριᾶν audiemus. Καπρᾶν propriè (vt scripsit Ælius Dionysius, τὸ ὀρέγεσθαι κάπρου τὴν ὗν: sicut βοᾶν, τὸ βοῦν ἐφίεσθαι τὴν βοῦν. ‖ Transfertur καπρᾶν ad mulieres. Aristoph. Pluto, Γραὸς καπρώσης τὰ φίδια καπηδίειν. ‖ In

A vulg. lex. habetur etiam Καπρωῶ à Καπρόω.

Καπροῦμαι, Idem, teste Eustathio, qui à καπρᾶν vult deduci καπροῦσθαι, cæterorum mentionem non faciens, videlicet τὸ καπριᾶν & τὸ καπρίζειν, quæ hic sequuntur.

Καπρίζω, apud Aristotelem, id significare testatur Bud.

Καπριάω, eadē sign. apud eundē Aristot. Histor. anim. lib. 7, καὶ αἱ ὕες ὅταν ἔχωσι πρὸς τὴν ὀχείαν ὁρμητικῶς, ὃ καλεῖται καπριᾶν. Nisi fortè legendum est ibi καπρᾶν. Sic autem ταυριᾶν de tauris dici putant, eadem significatione qua ταυρᾶν paulo antè à me positum. At de equis dici volunt ἱππιᾶν, Lat. Equire: de canibus συζᾶν, Lat. Catullire.

Κάπριος, ή, ὸν, Aper. pro κάπρος, apud Homerum aliquoties. Est autem κάπριος præcedentis κάπρος πρόσθετον, vt αἰτωλὸς est ὁ αἰτώλιος, & μείλιχος est τὸ μειλίχιος, &c. Ab Homero interdum ponitur solum, sicut & κάπρος: in erdum adiuncto nomine σῦς, quemadmodum & cum κάπρος, vt paulo antè docui. Iliad. λ, Ὡς δ' ὅτε κάπριον ἀμφὶ κύνες θαλεροῖ τε αἰζηοὶ Σβέσσιν. Idē Il. ρ, Ἐξ ὗσιν ὀβελὸ πρόσθεν κάπριος αὐτὸς ἔκηλος. ἀλλὰ τὸ Καπείῳ. Sic σὺ κάπριον ab eo dici docui paulo antè.

C Κάπριος pro rostro nauis accipere mihi videtur Herodotus, (inquit Budæus) vbi scribit, κατὰ τὴν καπρίους ἐχουσέων τὰς πρῴρας ἠκρωτηρίασαν.

Κάπρια, Saltatio quædam in armis fieri solita. Hes.

Καπρεαὶ, Carnes in genitali cameli prominentes. Vide Suidam.

Καπρείπους, ους, ὁ, Piscis nomen, qui & Mys appellatur. Athen. lib. 8, καπρείπους καλεῖται ὑπὸ τῶν μῦς βραμύδης δ' ὅτι καὶ σκληρός. A Plinio quoque Mys vocatur.

D ΚΑΠΤΩ Comedo, vel Auidè Comedo, & velut me ingurgitādo. Nam Eustathius duobus in locis κάπτω exponit simpliciter ἐσθίω, in vno χαν δὲν ἐσθίω. A Suida quoq; & Hesych. & Etymol. κάπτω exponitur simpliciter ἐσθίω. Est autē χανδὸν ἐσθίω propriè Ore hiante comedo: sed quia ita solent qui auidè comedunt, exponitur etiam Auidè comedo. B. καψαι esse scribit Mordicus petere, Ore hianti rapere. ‖ Interdum etiam Mordeo. vnde quod Aristot. dicit apud Athenæū, ποφυρῶν ὁ ὀστῶν κάπτων πίνει (pro quo καπὼν in nonnullis exempl. κάπων) vertit Plin. lib. 10, cap. 46, Porphyrio solus morsu bibit.

E Κάπις, Voratio. Item Morsus, vt à Gaza expo[illegible]

K[illegible] Κομμαπῆς, edulia quædam Laconica, apud Athenæum & Hesych. de quibus vide in Ψαστα.

C. A Νάκαπτω, Deuoro. Budæus ex Herodoto, αἱ δὲ ἐσθίουσι αὐτὰ ἀνάκαπτοντες. Vetur & Aristoteles. HINC Ἀνάκαπις, Deuoratio, apud eundem, De gener. anim. l. 2, c. 5, pro quo male in quibusdam cod. ἀνάκαμψις. In vulg. lexicis Ἀναπαῦσαι exponitur ἀναφαγεῖν & ἀνασρέψαι. quarum expos. prior mendosa est, posterior falsa. nam pro ἀναφαγεῖν legendum est καταφαγεῖν: at ἀνασρέψαι non est expositio τοῦ ἀνάκαψαι, sed τοῦ ἀνακάμψαι.

C. ΕΓκάπτω, ΕΤ comp. 2, Ἐμπεγκάπτω apud Aristophanem illud idem significant, videlicet Voro. Aristoph. in Pace, ὁλίγον ἀνέκαψε πρωινὸν τὴν πόδεν. Eustath. tamen p. 1481 affert ἀνέκαψε ex Aristoph. non ἀνέκαψε. Idē comicus Equit. ἔχει νῦν, ἐπέγκαψον λαβὼν ταδί. pro καπάφαγε. ‖ Alexis apud Athenæū lib. 10, — ὁ δ' ἐξκάψας τὸ κέρμ' εἰς τὸν γάθον. quod Gall. diceretur *Le fourrant dedans*. quod verbum vsurpamus & de cibo quē ori auidè indimus & quasi ingurgitantium se more. Sed γάθον alicui fortasse non immeritò suspectum fuerit.

Ἔγκαφος, ου, ὁ, Buccella, Bolus, Frustulum. ψωμός. Eupolis apud Suidam & Eustath. Οὐ γὰρ λέλειπται τῶν ἐμῶν οὐδ' ἔγκαφος. Suidas exponit τὸ ἐλάχιστον, & addit, τοῦ τὸ ἐγκάπτω, videlicet τὸ μηδὲ ἐγκάψαι ὁλόκληρον.

C. ΥΠΟκάπτω, Præuoro, Præripio & Deglutio, Bud. ex Aristot. Vide C. p. 613.

K A Π H, ης, ἡ, Præsepe, Præsepium, φάτνη. Hom. Odyss. η, v. 40, de equis loquens, Καὶ τοὶ μὲν κατέδησαν ἐφ' ἵππεσι κάπησι. vbi Eustathius τοῦ τὸ κάπτω deducens, quod significat χανδὸν ἐσθίω (quū alibi tradat posse & à κάπος deriuari significante πόθμα, vt sit κάπη quasi ἡ καταπιεῖν ὑπὸ τῶν ἵππων φάτνη: & alicubi etiam à κάπτω siue κάπω deriuet, eandem rationem appellationis reddēs) additum

additum esse ait ἱππείῃσι vt distinguerentur ἀπὸ τῶν βοείων. A Vnde discimus κάπην esse etiam boum. Mihi autem magis prior placet deriuatio.

C. Παυσικάπη, ης, ἡ, q.d. Cessare faciens esum seu vorationem. Instrumentum erat (vt tradit Ælius Dionysius) rotæ simile, per quod iumentorum colla transmittebant, ne ederent. Dictum & de instrumento quo impediebātur homines ne manus ori admouere possent. Ex quibus Dionysii verbis colligit Eustathius παυσικάπην dictam ὡς παύουσαν τὴν κάπην, ἢ τὸ κάπειν, ὅ ἐστι τὸ ἐσθίειν. Ego verbali vsus sum in declarando huius nominis B etymo, propter præcedentia hæc verba Cessare faciens. Suid. quoque tam de iumentis quàm de hominibus dictum tradit, iisdem verbis vtens. At Hesychius hominibus duntaxat tribuit: Pollux autem hominibus tantummodo, & quidem restringens hanc appellationem ad οἰκέτας τοὺς ἔνδον ἐργαζομένους, quibus circumponi ait solitum illud instrumentum ὑπὲρ τοῦ μὴ κάπειν τοῦ ἀλφίτου. ‖ At verò idem Pollux lib. 10, cap. 25, παυσικάπη habet, in Aldina etiam editione. vbi tamen non dubito quin reponendum sit παυσικάπη. Addit autem, vocatam & καρ C δοπῆον: afferens tamen locum in quo καρδόπῳ legitur ex Aristoph. Heroibus, Ἢ καρδόπου πρὸς παγὴν τὴν αὐχένα. sed mēdosē meo iudicio pro καρδοπίῳ. Hic enim si reponas καρδοπίῳ, & conueniet cum eo quod dixit καρδοπῆον, & stabit versus, qui alioqui claudicat. Suspicor autem καρδοπῆον iocosē appellatum fuisse illud instrumentum, quod quum edere prohiberet, faceret vt panis in arca seruaretur. Hesychius verò habet Καρδόπον, τῆς καρδόπου τὴν πῶμα.

C. Ὁμόκαπος, ή, ὸν καὶ ὴ, Idem præsepe habens Aristot. Pol. 1, D non procul ab initio, ἡ μὲν οὖν εἰς πόσιν ἡμέραν συνεστηκυῖα κοινωνία κατὰ φύσιν, οἶκός ἐστι, οὓς Χαρώνδας μὲν καλεῖ ὁμοσπύους, Ἐπιμενίδης δὲ ὁ Κρὴς ὁμοκάπους. Affertur tamen & alia lectio, videlicet ὁμοκάπνους: vt dicti sint ὁμόκαποι tāquam Ad eundem fumum degentes, & ex consequenti, Eodem foco vtentes. Sed non dubito quin ὁμοκάπους vera sit lectio: vt videlicet dicantur ὁμόκαποι qui eodem vtuntur præsepi. i. eadem mensa (pro ὁμοτράπεζοι) eadem catachresi qua dixit Horatius, — non qui certum præsepe teneret.

¶ Κάπηλος, ου, ὁ, Caupo, Institor. A quibusdam Propola exponitur. Αὐπῶλαι (inquit Bud. nescio vnde sumens) Qui suos redditus in patria vendunt: (nam ita ille redditus per dd scribendum censuit) κάπηλος autem ὁ ἀπὸ τοῦ αὐτοπώλου ἀγοράζων καὶ πωλῶν ἐν τῇ χώρᾳ. Plato De repub. lib. 2, scribit κάπηλοι dici eos qui in foro ad vēdendum & emendum operam suam locent, (ita enim interpretor hæc illius verba, πεῖ πρὸς ὠνοῦ τε καὶ πρᾶσιν ὁμολογοῦντας) sed referēdo ad ciuitatē. (q.d. eos quorum opera ciuitas hac in re vtitur. vel, Quos huic ministerio adhibet) at ἐμπόροις, eos qui vrbes peruagētur. Xenoph. F Pæd. 4, πωλεῖν δὲ τοὺς κάπηλοι καὶ ἐμπόρους ὅπῃ ἕκαστος πράσιμον. Suidas & Etymol. volunt κάπηλον generaliter dici qui aliquid vendant. Quibus non subscribo, quum talis expositio ἀπὸ τοῦ κάπτειν eos nō distinguat. Contrà optimè omnū Hesych. (meo iudicio) voce μεταπρᾶτης exponit quā mihi non videor interpretari cō modius posse quam nostrate vocabulo *vendeur*. Rectè idem Hesych. subiungit, ὁ τὰ πρὸς τὴν κάπην πιπρήσκων, ad etymologiam respiciens. Ridiculè contrà Etymol. postquam dixit κάπηλον esse μεταβολεῖ & οἰνοπώλῃ, addit dici πρὸς τὸ χέειν τὸν πηλὸν, ἤγουν τὸν οἶνον. Quibus verbis assuta sunt alia tanquam hanc deductionem reprehendentia, quæ & apud Suidam habentur. Sed hic rursum (aut quicunque est illorum autor) κάπηλον esse negat eum etiā qui vinum vendit. πόθεν δὲ (inquit) οὐ τῷ καπήλῳ οἶνος ἐγγίνεται; ὁ γὰρ ἕτερόν ἐστιν οἰνοπώλης, ὁ δὲ ἕτερον κάπηλος. Sed quanuis hoc subiungat, postquam negauit πηλὸν esse οἶνον, paulo tamen antè dixerat κάπηλος esse vocatam πρὸς τὸ κεκίνηκεν τὸν πηλόν. πηλὸν autem esse οἶνον: H vnde & ἄμπελον nomen accepisse. Tanta est horū lexicographorum inconstantia. Ego verò quanuis hanc etymologiam improbem (vti dixi) non tamen probo quod negat κάπηλον esse etiam οἰνοπώλῃ. Nam vt omittam hæc quæ à Polluce scribuntur, κάπηλοι δ' οὐμόνον οἱ μεταβολεῖς, ἀλλὰ καὶ οἱ τὸν οἶνον κεραννυόντες. ὅθεν καὶ Σαραβαῖα ὁ Πλάτων κάπηλον ὠνόμασεν, ἐπαινῶν αὐτὸν ἐπ' οἰνουργίᾳ: & quod καπηλεύειν dicit ἴδιον esse τοῦ οἴνου πωλοσκόπου: vt, inquam, hæc omittam, apud classicos certè autores non pauca extant huius significationis exempla. Sed omnium aptissima sunt apud Lucianum, quibus contentus ero: in Hermot. quidam rogat, ἤδη ποτὲ οἶνον ἐωρίω αὐτός; cui quum alter respōdisset, Et sæpe quidem: subiungit ille, ἆρ' οὖν τοσοῦτοι ἄπαντες ἐν κύκλῳ τοῖς ἐν τῇ πόλει καπήλοις, ἀποχεύοιμος, καὶ τοσαῦτα λόγια καὶ ἀντιξεπαίζων τοῖς οἴνοις; Et paulo pòst adduntur quæ ad illud Pollucis κεραννυόντες pertinent, ὅτι καὶ φιλόσοφοι ἀπὸ δίδοντα τὰ μαθήματα, ὥσπερ οἱ κάπηλοι, κεραστὰ μὲν οἱ πολλοὶ καὶ δολώπαντες καὶ κακομεθοῦντες. Ex cuius loci cum illo Pollucis collatione κεραννυόντες οἶνον accipio pro eo quod Gallicè dicitur *brouiller le uin*. adeo vt κάπηλοι vocari etiam possint *brouillons de uin*. Vide Suidam in Καπηλικῶς. Huc autem pertinet illud Martialis: Non potes vt cupias, vendere caupo merum. Denique καπήλων nomine vini quoque venditores comprehendi, aduersus Etymologistēn & Suidam, idoneis argumentis probasse mihi videor. ‖ Κάπηλον metaphoricè pro adulterato fraude quadam cauponaria (vt de illis δολώσαντες modo dixit Luc.) ex Æschylo affertur vbi dicit κάπηλα τεχνήματα.

Καπηλίς, ίδος, ἡ, Caupona, accipiendo pro ea quæ cauponariam exercet. Vtitur Aristoph.

C. Καπηλόδυτης, vide post Καπηλεῖον.

C. Βιβλιοκάπηλος, Librorum propola. Luc.

C. Ἱματοκάπηλος, Vestimentorum propola. A quibusdam Vestiarius ex Vlpiano redditur. Luc. pag. 103, καὶ τὸ λιφθὲν, ἤδη πρεσωφείλεπ ἱματοκαπήλῳ. Gall. *Frippier*.

C. Παλιγκάπηλος, Qui à caupone emit, deinde vendit. Ita malo: quia sequendo vulgatas expositiones, nihil differet παλιγκάπηλος a κάπηλος. Est enim κάπηλος qui a mercatore emit quod postea vendat. Demosthenes in Aristog. εἰ δὲ κάπηλός ἐστι πωπρὸς, καὶ παλιγκάπηλος. Vide & Παλιγκαπηλεύω post Καπηλεύω.

C. Σιτοκάπηλος, Frumenti propola, qui vulgò reuenditor.

E C. Χριστοκάπηλος, apud Greg. Naz. Qui Christum cauponatur: quasi ὁ καπηλεύων τὸν Χριστόν. id est Qui religione Christiana ad turpe lucrum abutitur.

Καπηλικός, κή, κόν, Cauponarius, Ad cauponem pertinens. vt καπηλικὰ μέτρα Epigr. lib. 2. Et ὀνόματα ἀγοραῖα καὶ καπηλικὰ pro vilibus & triuialibus. vt Gallicè *Mots de tauerne*. Καπηλικὴ apud Aristotelem (subaudi τέχνη) Cauponaria ars, altera species χρηματιστικῆς. ‖ Καπηλικὸν pro eo cui cauponaria quædam impostura subest. Item de homine: vt καπηλικὸς πνεῦμα ἀθρόον apud Gregorium, Qui fraudulenta est mente, cauponum more, quos & Horatius duobus huc pertinentibus titulis insignit, perfidos & malignos appellans. ET Καπηλικῶς, Cauponariè, seu Cauponariorié. Apud Aristophanem Pluto, καπηλικῶς ἔχειν exponitur Cauponū seu institorum more quæstum facere: sed ego malim Cauponaria seu institoria fraudulentia vti: Vel potius, Fraudulentis institorum artibus instructam esse. Dicitur enim de vetula ceruſſata. Pro eodem dicitur καπηλείαν ἀσκεῖν προσώπῳ.

G Καπηλεύω, Cauponor, Cauponariam exerceo. Propriè (vt paulo antè ex Polluce docui) de vini venditoribus. ‖ Sed καπηλεύω, sæpe metaphoricè ponitur, vt ab Ennio Cauponari, quum dixit Non cauponantes bellum, eodem modo quo dixerat quidam Græcus tragicus (Æschylus, ni fallor) καπηλεύειν μαχῶν. At Herodianus contrà hoc verbum dixit de pace, lib. 6, καπηλεύειν εἰρήνῃ, addens genitiuum χρυσοῦ: quod Politianus vertit Auro pacem cauponari. Budæus autem Vendere interpretatur. Idem καπηλεύειν τὰς δίκας interpr. Cauponari vel Nundinari. Exponitur etiā Auarè & sordidè ius dicere. Et apud Herodot. καπηλεύειν πάντα τὰ πρήγματα, Res omnes quæstui habere. Rursum autem Bud. apud Philostr. τὴν σοφίαν καπηλεύειν reddit Philosophiā lucro prostituere. quæ interpr. mihi valde placet. Eodem autē modo Plato dixit τὰ μαθήματα καπηλεύειν,

in Protag. τὰ μαθήματα τοῦ διδάσκοντος καὶ τοὺς πόλεις καὶ πω- A λοῦντας καὶ καπηλεύοντες. Quin & apud Paulum 2 ad Corinth.cap.2, in fine, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, Caupo nantes sermonem Dei, pro Callidè & non syncerè tractantes, sed turpe lucrum ex eo venantes, seu ad suam auaritiam eo abutentes. Vetus interpr. reddidit Adulterantes. Inuenitur & passiuum καπηλεύομαι, vt legitur de Democrito eum dixisse, τὸν ἄνθρωπον ἔχειν τοῦ θεοῦ ὅμοιον τὸ εὖ ποιεῖν καὶ ἀληθεύειν, ὅταν τὸ εὖ ποιεῖν μὴ καπηλεύηται. id est (inquit Bud.) quum sordidè non fit & nummariè, ac nundinabundè. Et Κεκαπηλευμένος pro κεκιβδη- B λευμένος, Adulteratus, inquit idem. HVIC opponitur Ἀκαπήλευτος, vt ἀκαπήλευτος γνώμη, Syncerus animus. ITEM compos. Ἐκκαπηλεύω, ET Κατακαπηλεύω (pro quo perperam in vulg. lexicis Καταπηλεύω) pro Adultero cauponum more. Hesych. ἐκκαπηλεύειν exponit δολοῦν.

Καπηλεία, ας, ἡ, Cauponatio. Exponitur etiam Ars cauponaria, & Ars institoria. sed pro hac significatione dicitur potius καπηλική, subaud. τέχνη. at καπηλεία est ipsa cauponandi actio. Potest tamen & hoc pro illo sumi. C καπηλείας πούτων μηδεὶς πωλείτω ex Platone De legibus affertur, pro Hæc vendendo nemo cauponationē exer ceat, vel cauponariam artem. Et καπηλείαν ἀσκεῖν τοιοῦτόν τῳ dicūtur fucatæ mulieres, quæ videlicet faciem quadam velut cauponaria arte adulteratam habent. Quod Aristoph. καπηλικῶς ἔχειν appellat, vt antea docui.

Καπηλεῖον, ου, τὸ, Caupona, Popina. Synes. epist. 32, ὁκ παιδὸς ὢν τηλία καὶ κύβοις καὶ καπηλείοις καλινδηθείς. Hermipp. apud Pollucem ἐκ καπηλείου τοιοῦδε πίνειν dicit de eo qui bibit præsentem pecuniā cauponi non numerans. D

Κάπω, Inusitatū est thema Spiro, Flo. VNDE κεκαπότα θυμὸν apud Hom. deriuant quidam grammatici. & κάπος pro πνεῦμα, id est Flatus. vnde καπύω, ex quo ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσε apud eundem poetam. Alii tamen à Κάπω deducunt, vt mox docebo. Sed κῆπος Etymolog. & Eustath. a κάπος deducit, quod sit a κάπω.

Verbi Κάπω (inquit Eustat. pag. 595) vel Κάπω, præt. est κέκαφα, ex quo in præsens transeunte fit Καφῶ, καφῆσω, cuius participium Ionicum per κ, κεκαφηώς. Et alibi ex Herodiano suscribit analogiam poscere κεκαπώς. Affert autem ex aliis & hanc deriuationem, Καπῶ, καπήσω, vnde Ionicè κεκαπώς & mutata tenui in aspiratam, κεκαφηώς. Vtitur autem Homerus Il. ε, Αὖσε δ' ἀμπνοιὴ. τοῖσι δὲ ποιήσαν βορέας Ζώσρεϊ δοῦπον εὐουσα κακῶς κεκαφηότα θυμόν. Vbi Eustathius suspicatur additum κακῶς, quòd κεκαφηότα per se significet duntaxat πεπνιγμένα addito autē aduerbio κακῶς, significare ἐκπεπνιγμένα. Verū tam subtilis expositionis nulla ab Etymol. Hesych. Suida fit mentio: sed explicant κεκαφηότα per se, ἐκπεπνιγμένα.

Κάπος, Flatus, Etymologistæ, Hesychio, Suidæ. Ponitur B autem ET Κάφος ab Eustath. & Etymologiste, vnde & κεκαφηότα ambo deducunt (diuersam videlicet à superiore sententiam sequentes) At iidem κῆπος non à κάφος, sed à κάπος deriuant. Ego tamen non magis huius quàm illius vllum exemplum prolatum esse comperio, ac reuera in his, vt aliis multis, ludere grammaticos existimo. SED Κάπυς præterea habetur apud Hesychium pro eadem significatione. ET Καπύω hinc deducit: (quod alii à Κάπος) vnde Ἀπεκαπύω apud Homerum Iliad. χ, — ἀπὸ δ' ψυχὴν ἐκάπυσε, id est, Efflauit Ó animam. vt Καπύω sit Flo, Ἀπεκαπύω sit Efflo.

ΚΑΠΝΟΣ, Fumus. vt Homerus Odyss. α, -- ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοήσαι Ἥς γαίης. Dicitur καπνὸς ἀφανίζεσθαι, euanescere, à Plutarcho, vbi inuidiam fumo comparat.

C. Καπνοδόχη ET Καπνοδόχον, ITEM Καπνοδοχεῖον, q.d. Fumi receptaculum. Caminus. Hieron. Fumarium hac significatione dicit. Apud Herodotum legitur Καπνοδόκη cum κ.

C. Καπνοσφραντής, q.d. Fumi olfactor, pro homine sordido H & præparco. παροιμιακῶς ὁ φειδωλός, Eust.

C. Καπνέλαιον, in Cicilia vocabatur Resina sponte profluens, aliis αὐτόρρυτος, Lacedæmoniis τοιοτόρρυτος dicta. Fortasse autem ita eam vocarunt à fumo quem edit igni admota: vel (quod est probabilius) quia liquidis omnibus resinis liquidior, calidior, tenuiórq; est, proindèque ad oleum magis accedit. Differt ab oleo quod Aetius lib. 1 καπνιστὸν nominat. Gorr.

C. Ἄκαπνος, Fumo carens, Fumum non emittens. vt ἄκαπνα ξύλα. Et θυσίαι ἄκαπνοι, sacrificia fumo carentia: & ex consequenti In quibus nihil adoletur. AT Δυσκάπνος. Fumum molestū habens. vt δύσκαπνα ξύλα, Theophrastus, De historia plantarum lib. 5, cap. vlt. Exponitur δύσκαπνος & simpliciter Fumosus.

Καπνώδης, εος, ὁ, ἡ, Fumosus, Fumidus. Gal. καπνώδη & λιγνώδη copulat. ET Καπνηλὸς idem apud Nic. in Ther. de cedro, -- καπνηλὸν ἄλεα καὶ φύξιμον ὀδμῆς.

Καπνὶ Aristoph. idem quod καπνοδόχη suprà.

Καπνία, Fuligo. Item Vappa. Ex schol. Aristoph.

Καπνίας, ου, ὁ, (q.d. fumosus) Lapis quidam ex iaspidum genere, ita dictus quòd tanquam fumo denigratus sit. Diosc. 5. Aetius ait esse speciem iaspidis lapidis, qui valde turbido colore sit.

Καπνιάω, Fumigo. Apoll. Arg. 2, -- μελιστάων σμῆνος μέγα καπνιόωσι, Fumigant, Fumo infestant.

Καπνίζω, Fumum excito, apud Homerum. Et ex consequenti Ignem accendo. vt Iliad. β, Καπνισσάντε κλισίας καὶ δεῖπνον ἕλοντο. Item, Infumo, Fumigo, Fumo inficio & denigro. Et pass. Καπνίζομαι, Fumigor, Infumor. Item pro In fumum euanesco, in vulg. lex. HINC Κάπνισις ET Κάπισμα, Infumatio, vel Fumatio, Gazæ. Et in Epigr. Κάπισμα, Incensum thus. ET Καπνιστός, Fumigatus. Apud Athenæum autem καπνιστὰ ἐφθὰ κρέα, vide lib. 4. At Καπνιστὸν ἔλαιον. (q.d. Suffumigabile oleum) est olei genus ex plerisque aromatis & oleo præparati, ita vt aromata ignem concipientia fumo suo subiectum ipsis oleum imbuant, vimque suam in eo relinquant. Huius conficiēdi rationem docuit Aetius libro 1. Hæc Gorr. ET comp. Ἀποκαπνίζω, ITEM Ὑποκαπνίζω, itidem pro Fumigo, Suffio, Suffumigo. HINC Ἀποκαπνισμός, apud medicos (vt in v.l.) Quum rei suffitæ nidor per infundibulum imbibitur, vel per arundinem fumus haustus & deuoratus excipitur. Vide Plinium lib. 26, cap. 6, ex Dioscoride lib. 3, cap. 126, hac voce ἀποκαπνισμὸς vtentis. ET Ὑποκαπνισμὸς pro E eodem.

Καπνίον, Paruus fumus. q.d. Fumulus. in v.l.

ΚΗΠΟΣ, ου, ὁ, Hortus, Homerus Odyss. λ, Καί μοι κῆπον ἔχει πολυδένδρεον, Athenæus lib. 1, παρ' ἐν τῷ κήπῳ γινομένας θριδακίνας οἰνομέλιτι ἐπύτιζε, ἑστιάρας. Idem testatur Panormitin Siciliæ totam vocatam fuisse κῆπον quoniā plena erat δένδρων ἡμέρων. quod cum illo Homerico κῆπος πολυδένδρεος conuenit. Est tamen κῆπος non solùm τοῦ δένδρων, sed & λαχάνων, vt scribit Suidas, & ostēdit ille Athenæi locus. Cæterùm de huius nominis etymo à κάπω seu κάπος, consentiunt, Etymologistes, Eustath. Hesych. Cuius verba sunt, κάπος γὰρ τὸ πεῦμα· καὶ κῆπος, ὁ τοιοῦτος τόπος καὶ ἀλωήμος τόπος.

Κῆπος, Pecten, Pubes muliebris. vt apud Laertium Theodorus Cyrenaicus irridens Stilponem qui diceret Mineruam deam esse, dicit, πόθεν δὲ τοῦτ' οἶδε Στίλπων; ἢ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο; id est (Bud. interpr.) Nūquid eius ventrali sublato ipsius pubē aspexit? Quidam autem Fœmineos hortos ex Ouidii Metamorph. proferunt in fine 10 libri: sed ibi fœmineos artus (non hortos) omnia & excusa & scripta exempl. habēt, quæ videre potui. plurima autem videre mihi contigit. At carm. obscœnorum autor ad hanc signific. allusisse videri potest. HINC Μανιόκηπος, Furiosè libidinosa. ἡ τοιαῦτα μίξεις μεμηνῦα, Eustath.

Κῆπος, Tonsuræ quoddam genus, de qua Pollux, Hesych. & Suid. item Eustath. qui etiam exponit καλλωπισμὸν τριχῶν ex Ælio Dionys. ET Κηπικόμας, apud comicos, Qui eo tonsuræ genere tondetur. Eust. Κῆπος Animal simiæ simile. Hesych. Κῆπος, Vrbs quædam apud Bosporum. Suid.

C. Κηπωρὸς ET Κηπουρὸς, Hortulanus, Olitor: quasi κήπου ὥραν habens, id est Horti curam habens, seu gerens. Apud Platonem Minoe, κηπουρῶν esse dicuntur τὰ τοῦ κήπων ἔργασίας συλλέγματα καὶ νόμμα. HINC Κηπευικὸς, Ad Hortulanum pertinens. ITEM Κη-

πουρέω, ῶ, Hortum colo. Vide sequens Κηπεύω.

Κηπαῖος, Hortensis. vt σμίλαξ κηπαία, Smilax Hortensis, Ruell. apud Dioscor.

Κηπεύω, Hortum colo, vel In horto colo, aut excolo. Exponitur & In horto sero. (nos itidē a *iardin*, i. κῆπος, dicimus *iardiner*) Theophylactus in Epist. παῖ ἀπειρίνοις ῥοαῖς Ἐρυθραῖ κηπεύουσιν, οἰνοχοούσας γάμα πόμων, In suis hortis colunt. Et pass. Κηπεύεσθαι dicuntur plantæ. Theophr. εἰσὶ δὲ τρεῖς ἁρμοὶ παντῶν τῶν κηπευομένων. Et apud Athenæum lib. 2, ἀγρία & κηπευομένη, vt Latinè Agrestis & hortensis. ET Κηπευτὸς, itidem signif. Hortensis. Q.d. B In horto satus, vel cultus.

¶ Κηπίον, Hortulus, vt apud Thucydidem exponitur. Significat tamen κηπίον & illud confusræ genus quod κῆπος etiam vocatur. Lucianus Lexiph. καὶ τὸ οὐ κηπίον, ἀλλὰ σκαφίον ἐκεκάρμιν. Et ita videtur apud Thucydidem accipere Eustathius, apud quem κήπιον legitur, accentu in prima.

ΚΑΡΗΝΟΝ, Caput. vt apud Hom. Il. λ, κάρηνα Τρώων φθυόνοπα. Et Odyss. κ, νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα. ‖ Item Vertex, Summitas. vt C πόλεων κάρηνα & ὀρέων κάρηνα apud eundem poetam. Volunt autem Etymologistes & Eustathius ex κάρηνον per apocopen factum esse κάρη, quod ideo illi subiunxi. κάρα autem apud Homerum non memini me legere, & Atticum id esse, quum κάρη sit Ionicum, Hesych. testatur: adeo vt vel hoc nomine κάρη debere prius esse quàm κάρα videatur. Alioqui si sequamur Eustath. in eo quod alibi dicit κάρα & ἄκρα ζωπυρεῖται κατ' ἄκρης, nescias vtri prior debeatur locus. nam vt ex ἄκρη literis inuersis fiet κάρη, sic ex ἄκρα, literis inuersis, κάρα.

C. Λειοκάρηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, Glabrum caput habens. ET Ὀξυκάρηνος, Acutum caput habens, Dionys. Alexand. ET Προκάρηνος, Præceps, Capite deorsum vergens. ET Πολυκάρηνος, Multa capita habēs. vt πολυκάρηνος ὄφις, hydra in Epigr. ET Τεικάρηνος, Triceps. vt τεικάρηνον Γηρυονῆα, Hesiod. in Theog. ET Ὑψικάρηνος, Altum caput habens. Vel, Altum cacumen habens, vt ὄρος ὑψικάρηνον, id est ὑψηλὸν κάρηνον ἔχον, vel αἰπεινόν, vt Homerus dicit ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα.

¶ Κάρη, τὸ, Idem quod κάρηνον, & ex eo per apocopen factum, vt modo dixi. Est autem indeclinabile, sicut κεῖ & δῶ, quæ itidem sunt ex apocope. Homer. Il. χ, — πολιόν τε κάρη πολιόν τε γένειον, & alibi passim. Eustathius annotat κάρη de capite vna cum ceruice dictum hoc in versu, Il. β, Μηκέτ' ἔπειτ' Ὀδυσῆος κάρη ἄμοιον ἐπείη. ‖ At de κάρη fœm. gen. quod Homerus ignorauit, lege eundem pag. 1257. ET Καρηναρ, ατος, τὸ, idem vt Il. ψ, Οὐ θέμις ὅστις τοιοῦτος καρήατος ἄσσον ἱκέσθαι. Ab hoc autem volunt grammatici per syncopen facta esse κάρηατος & κάρηατ apud eundem poetam. F

C. Καρηβαρέω, ῶ, Grauedine capitis laboro, vel Grauor capite & tentor, vt Bud. interpr. Dicitur autem de capitis grauedine quauis ex causa proueniente, atque adeò de ipsius etiam corporis grauedine qualis est moribundorum. ἡ τοῦ ἀνθρώπου ἀπ' μὴς καρηβαρεῖν πτὶ ἀνθρώπεις ποιεῖ dixit quidam ἀνώνυμος. Philo de vita Mosis lib. 1, καθάπερ οἶνῳ καὶ μέθῃ καρηβαροῦσι. vbi Turnebus vertit Caligās. Lucian. autem in Hermot. dicit καρηβαροῦσθαι ὑπὸ τοῦ σάλου. Apud Plutarchum aliquoties σφάλλεσθαι & καρηβαρεῖν copulata obseruaui: vt in Antonio, vbi de Cleopatræ exitu loquitur, ἡ δὲ Χάρμιον ἤδη σφαλλομένη καὶ καρηβαρουσα. Sic in Arctoxerxe, τοῦ μὲν σώματος καρηβαρῶντος καὶ σφαλλόμενον, οἰόμενον καὶ νικᾶν. Vbi obserua etiam καρηβαρῶντος cum τοῦ σώματος. Obseruandum est autem (quo minus sit mirum illud Plutarchi, τοῦ σώματος καρηβαροῦσθαι) dici etiam καρηβαρεῖν τῇ κεφαλῇ, perinde ac si κεφαλῆς significatio verbo illo nō includeretur. Aristot. De part. an. lib 2, διὸ τῇ κεφαλῇ καρηβαροῦσιν οἱ ὑπνώττοντες. Quinetiā Chrysostomus de corde hoc verbo vsus est in voce passiua, ὅταν ἡ καρδία καρηβαρηθεῖσα τοῖς σπίοις βαπτίζηται κάτω. ET Καραβαράω, ῶ, pro eodem. nam καραβαρᾶν pro καρηβαρεῖν dixisse Pherecratem, testatur apud Eust. Ælius Dionysius. Apud Lucian. in Lexiph. est ET IAM Καραβαρέω eiusdē sign. ET Καρηβαρεῶ (pro Καρηβαρῶ) dictū, vt Οἰνοβαρεῶ, mutato tamē accētu. Vide Eust.

A Καρηβαρία, vel Καρηβαρία, Grauedo capitis, A quibusdam Helucus exponitur ex hoc Tertulliani loco De corona militis, Harpocratiō Liberum industria hederatum argumentatur quòd hederæ natura sit cerebrum ab heluco defensare. Gal. πυρετὸς μετὰ καρηβαρείας ῥηγνύμενος. Gregor. de homine, παῖ τὸ τοιοῦτος οὐκ ἐκ μόνης καρηβαρείας γίνεται μεμαθήκαμεν. ET Καρηβαρικός (q.d. Grauedinosus) Grauedinē capiti inducens, Caput grauans. Dioscor. l. 5, δυνάμει ἔχει κεφαλῆς καρηβαρικά. vbi abundat κεφαλῆς, vt antea cum καρηβαρεῖν abundare κεφαλῇ annotaui. ET Καρηβαρίτης, vt καρηβαρίτης οἶνος, quod exponitur χυδαῖος. Videtur autem à grauedine capitis quam afferat, ita vocari. καρηβαρίτης οἶνος (inquit Cam.) qualia vina nostrates dicunt cerebrum pertundere.

C. Καρηβοάω, ῶ, Vertigine laboro seu caligo, & caput clamoribus oppletum habeo. Ita ferè Ælius Dionysius apud Eustath.

C. Καρικομάω, μῶ, Caput comatum habeo. vt καρικομόωντες Ἀχαοὶ apud Hom. quod nonnulli diuisim legere malluerunt κάρη κομόωντες.

C. Ἀμφικαρής, (ex ἀμφὶ & κάρη) VEL Ἀμφικάρηνος, (ex ἀμφὶ & κάρηνον) Vtrinque caput habens, vel Biceps, Geminum caput habens. vt ἀμφικαρὴς σκολοπένδρα, Nicand. in Theriacis, id est δικέφαλος, vt ait scholiastes apud eundem, ἀμφίσβαιναν ἀμφικάρηνον exponit τὴν ἀμφοτέρωθεν κεφαλὰς ἔχουσαν, id est, vtraque ex parte habentem capita. Dici autem ET Ἀμφίκρανος per syncopen, pro ἀμφικάρηνος, quidam tradiderunt.

Ἀμφικαρῆ ὑποπόδια, Vtrinque capita labentia, id est prominentias quasdam & ansas. Eustath.

D ¶ Κάρα, τὸ, idem quod κάρη, & apud tragicos frequens. Sophocl. Aiace, πᾶσας κάρα δώσει. Euripides Medea, ξανθὸν κάρα. Idem ibidem σοῦ κάρα in datiuo: Οἶσθ' εἶσθ', οἶμαι, σοῦ κάρα μιάσουσι. ‖ Sophocles autem totam faciē κάρα vocauit, scribēs, γέλωτα φαιδρὸν κάρα. ‖ Sciendum est autem κάρα veteres neutro genere dixisse, qui autem illis successerunt, in fœm. etiam vsos esse. quod & Eustath. annotauit.

C. Καραδοκέω, κῶ, (quasi τῇ κάρᾳ δοκεύω, inquit Suid.) Solicitè & cupidè expecto (tanquam exerendo caput ad prospiciēdum eminus eum qui expectatur) Quod etymon attingit Suidas, item Etymologistes: sed & aliud afferunt ex quodam Timachida, de capitis demissione: vt καραδοκεῖν sit τοῦ τὸ κάτω κάρα φέρειν. quod mihi nullo pacto probatur. sicut nec quod apud eundem Etymol. habetur, τὸ τῶν τραγημάτων κεφάλαιον ὀλίγον τηρεῖν ὅπου χωρήσῃ. Xenoph. τὰ τοῖς πατρικοῖς σῶμα καραδοκοῦντες. Plutarc. εφεδρεύειν καὶ καραδοκεῖν τὸ μέλλον. Sic Philo De vita Mosis lib. 1, μικρὸν ἀπέχει ἐκαραδόκει τὸ ἀποβησόμενον. In hoc autē Euripidis loco in Troad. -- καραδόκει Ὅταν σφάτευμ' Ἀργείων ἔξω κάλως, Cam. vertit Obseruare. Videtur porro alicubi & simpliciter pro Expectare poni, vt in isto Herodoti loco Polymnia, ὁ δὲ πέμψας εἰς Δελφοὺς Καδμον καραδοκησόντα τῷ μάχῃ ἢ πεσεῖται. Exponitur etiam ἀποβλέπειν in hoc Aristoph. loco in Eq. Ἐκαραδόκησον εἰς ἐμὲ ἢ βολὴ πάλιν. HINC Καραδοκία, Solicita expectatio.

c. 2. Ἀποκαραδοκέω, κῶ, Expecto solicitè, Expecto cum anxietate animi & magna solicitudine. Quidā apud Suidam, ὁ δὲ καθήσεται τῇ παρεμβολῇ, ἀποκαραδοκῶν ὅπου καὶ τύχῃς χωρήσῃ τὰ τοιαῦτα.

C. Υπέρκορος, ου, ὁ καὶ ἡ, Supra modum satur. Apud Athen. lib. 10, ἐγὼ σε ὑπερκόρου ποιήσω, Eo te exatiabo, Faciam vt eius te satietas capiat. VNDE Υπερκόρως, Satis supérque. Poll. Dicitur ET ὑπόκορὴς, (vt δῆμοκορὴς & κατακορὴς & πεφσκορὴς) idem significans quod ὑπέρκορος. Dion de Claudio Cæs. ὑπόκορὴς μέθης σφόδρα, mero plenus.

C. Ακορεία, ας, ἡ, Insatiabilis auiditas, Desideriū insatiabile & inexplebile. vt ἀκορεία ἐδῆς, quum quis citra satietatem comedit, Insatiata edendi auiditas.

Κορέντυμι, SIVE Κορέω, F. ήσω vel ήσω, Satio, Saturo, Exatio. Hom. Il. ρ. Ὅς κε τόσα Τρώων κορέσῃ κύνας ἠδ' οἰωνοὺς Δημῷ ἐ σάρκεσσι. Et Il. φ. Ἦ τοι καὶ Τρώων κορέσω κύνας ἠδ' οἰωνοὺς Δημῷ καὶ σάρκεσσι. satiabit adipe & carnibus suis canes Troianas. vbi Eustathius vult esse præsens pro futuro. Nicander Alexipharmacis, Μὴ μὲν ὑσκιάμῳ τις αἰδρήνῃ κορέσσει Νηδύν. Et in passiuo Il. τ. οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς, vino expletus & dapibus. Od. θ. δαιτὸς κεκορήμεθα θυμοῦ εἴσης. Heliod. Erg. κεκορημένον ὅπερ ἐδωδῆς. Panyasis apud Athen. lib. 2, βορῆς κεκορημένον. Aliquando construitur cum participio. Od. υ. — ἐπὶ κλαίουσα κορέσσατο ὃν κῆρ θυμόν, Quum ad satietatem vsque fleuisset, seu Quum lacrymis animum explesset. Il. χ. — κορέσσάμεθα κλαίοντέ τε μυρομένω τε. Od. η. ἐπεὶ κλαίων τε κυλινδόμενός τε κορέσσθην. Iliad. σ. Ἦ οὔπω κεκόρησε φίλον κῆρ ἐνδεὲς πόρσω; Iliad. λ. de lignatore, κορέσσατο χεῖρας Τάμνων δένδρεα μακρά quod declarans subiicit. — ἄδος τέ μιν ἵκετο θυμόν. ‖Κορέννυσθαι dicimur etiam quum nobis satisfit, seu quū cupiditas nostra acquiescit. Herodianus lib. 1, ὁ δὲ δῆμος κεκόρεσται πολυφίλοις πεφὶ τὸ δεινὰ δρᾶσαι πάντας εἰλικφῶς, populus satisfactum sibi autoris supplicio putabat, vt Politian. interpr. ‖Dicimur præterea κορέννυσθαι quum aliquid abundè nobis suppetit, seu quum aliqua re abundamus. Hesiodus Erg. Τοῦ κεκορεσμένος ἦμος νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλοις Κτήσασθ' ἐπ' ἀλωτείοις, Quo quum abūdabis, seu Quo quum ædes tuas expleueris, Quem quum abundè tibi congesseris.

C. Ακόρεστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Insatiatus, Insatiabilis, Insaturabilis, Inexplebilis. Philo De vita Mosis lib. 2, δι' ὧν αἱ ἀκόρεστοι γαστρὸς ἡδοναὶ σιωπῶνται, insatiabiles abdominis voluptates. Et in bonam partem apud Chrysostomum, ὁ τῆς τοῦ Θεοῦ λατρείας ἀκόρεστος, Ille Dei cultor insatiabilis, Quī cultū numinis diuini exatiari nequit. Apud Soph. autē Electra, πῶς ἀν τάχιστα δῆτ' ἀκόρεστον οἰμωγαῖ, Scholiastes dicit esse aduerbium pro ἀκορέστως. vt sensus sit, πῶς ὅστις ἡ οἰμωγὴ ὦ οὕτως ἀκορέστως ἀεὶ τήκουσα σιωπῶ οἰμώζεις; vel, πῶς τὴν ἀκορέστῳ οἰμωγῇ; Vbi quædam exemplaria habent ἀκόρεστον. VNDE Ακορέστως, Insaturabiliter, Insatiabiliter, Inexplebili auiditate. Pro ἀκόρεστος autem poetæ DICVNT Ἀκόρητος. Il. υ. — μάχης ἀκόρητοι Ἀχαιοί. Il. ν. Τοῖσι δ' ὑπερφίαλοι δῖοι ἀκόρητοι αὐτῆς. sicut Hesiod. Asp. Martem dicit ἀκόρητον αὐτῆς. Il. ι. μάθου ἀκόρητος. Il. ξ. ἀπειλάων ἀκόρητος, Supra modum minaces, Qui minis satiari nequeunt.

C. ΚΑΤΑκορέννυμι ET ΠΡΟΣκορέννυμι, Exsatio, Exsaturo. idem ferè quod simplex κορέννυμι.

ΚΕΛΛΩ, F. σω, Apello, vel Apellor, Peruenio in portū, ἐλλιμενίζομαι. Od. ι, Κελσάσης δ' νηῦς καθείλομεν ἱστία, nauis quæ appulsæ erāt. Apollon. ἐνθάδε κέλσαι Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον σέλας. At metaph. apud Eurip. in Hecuba Polymestor orbatus oculis dicit, Ὦ μοι ἐγώ, πῇ βῶ; πῇ σῶ; πῇ κέλσω; Quò appellam, seu Quò me conuertam? Pro quo idem in eadem fabula dicit, πῇ βῶ; πῇ κάμψω; πῇ σῶ; ‖Κέλλω ab Eustathio exponitur etiam Moueo, κινῶ, deriuante inde δίκελλα & μάκελλα. ‖Etymologistæ autem est etiam Celeriter curro, ταχέως τρέχω: vnde deducit κέλης.

C. ΒΠικέλλω, idem. Od. ι, de portu quodam quem εὔορμον vocat, [ἵν'] ὀπικέλσαντας μείναι χρόνον, εἰσόκε ναυτέων Θυμὸς ἐπόδυσιν. Et paulo pòst, πρὶν νῆας ἐϋσσέλμους ὀπικέλσαι. Od. ν, ἡ μὲν ἔπειτα Ἠπείρῳ ἐπέκελσε, ad continentem seu littus appulit. Apoll. Arg. 2, ὀπικέλσετε νήσῳ.

¶ Οἴκελλω, Appello, Applico. signif. transitiua, vt κέλλω neutra. Thuc. lib. 4, pag. 125, τὴν ἑαυτοῦ κυβερνήτην ἀναγκάσας

οἰκεῖλαι πρὸς ναῦν, id est ἐμπρῆσαι, appellere seu applicare. A Et apud Herodot. ὤκελλον πρὸς νῆας.

C. ΑΠΟκέλλω, Deflecto & declino à via quæ ad portum tendit, Declino à recta via. vnde ἀποκειλαντες, quod Suidas exponit ἀποκλίναντες.

C. ΕΞοκέλλω, Delabor, Impingo, Incurro. Isocr. Areop. εἰς πραγμάτων τινὰ πῦρ ἐξοκέλλω. Idem Epist. ad Phil. καὶ εἰς ὀπτοῦς συμμετρίαν, ἀλλ' εἰς λόγου μῆκος ἐξοκείλας. Paus. Arcad. 202, εἰς ὀπτοῦ μίας δὲ ἀνθρώπους πολλοὶ μὲν ἄνδρες, γυναῖκες δὲ πλέον ἐξοκέλλουσι. Apud Athen. l. 12, εἰς φυρὶ ἐξώκειλε ἀν οὐχ ἥκιστα Συβαριτῶν. Plutarch. εἰς ἄπορον ἐξοκεῖλαι πεφοκοπίᾳ. In his ferè locis idem est quod ἐκπίπτειν, ἐξολισθαίνειν, Delabi, Deuenire. Incurrere. Impingere. Sicut & apud Herodianum lib. 5, εἰς τοῦτο ἐξώκειλε πεφανοίας, eò deuenit vecordiæ. Videtur autem metaphora sumpta ab iis qui à portu aberrātes, aut vi tempestatis auersi, in periculosa loca impingunt nauem. Adeo vt ἐξοκέλλω progriè sit, Impingo nauem in scopulos à recta via auersus. Aliquando commodius exponitur Erumpere, Effundere se, Effundi. Plutarch. De puer. educ. εἰς κύβους καὶ κόμους ἐξοκέλλουσι. Theodorit. Hist. Eccl. l. 3, τὴν γὰρ θεατὰ ὄνος εἰς πῦρ τὸ, πρὸ πόσων ἀσέβειαν ἐξοκέλαντα. ‖Transitiuè etiam capitur pro Auerto alium à portu. Vnde metaph. βρόχοις τοῖς ὀπτοκειλέων ἐξώκειλεν αὐτὸν, blanditiis labiorum peruertit eum, vt vulgò interpr.

C. ΕΠοκέλλω, Impingo, Illido, Impello contra: vt quum nauem scopulis impingimus. Thucyd. lib. 4. pag. 131, ἐπόλεμον δὲ τὰ πλοῖα πεπιμπφῶν χρημάτων. Impegerūt in scopulos, ἐξεδίδοσαν τῇ πέτρᾳ, vt schol. exponit. Et lib. 8, p. 296, μίαν μὲ ἐποκείλασαν τὸ ἱερὸν τοῦ Πρωτεσιλάου, impingentem: neutraliter sicut suprà transitiuè. Sic apud Polybium, ὥστε ἐποκείλαι πρὸς τοῖς Ῥωμαίοις ὑποχείριον, vt casu impacta illisaque in Romanorum ditionem venerit. Rursum in trāsitiua significatione, Act. Apost. 27, πεφιπεσόντες δὲ εἰς τόπον διθάλασσον ἐπώκειλον τὴν ναῦν, illiserunt nauem.

C. ΠΡΟΣοκέλλω, Appello, Applico. idem quod ὀκέλλω, seu πεφσορμίζω. vt πεφοσκείλειν τὴν ναῦν πρὸς ἀγκυρῶν. ‖Item cum datiuo, Impingo, apud Luc. teste Bud.

ΔΙΚΕΛΛΑ. ας, ἡ, Ligo bifidus, seu bidens, aut etiam Bidens sine adiectione. Phoc. Εἰ δὲ τις ἐ δέδακκε τεχίλω, σκάλοπι δικέλλῃ. A Apud Athen. 13, ἀπειλοῦντων κατὰ τὰ οἰκίαν ὀνίων χέρσαι καὶ δικέλλας. De eius etymo dixi in Κέλλω. VNDE Δικελλίτης, ου, ὁ, Qui ligone vtitur, Fossor. idem quod σκαπανεύς. Luc. δεῖ τοῦτο δικελλίτης καὶ δίφθειρας, ὡς ὁρᾶς, μισθοῦ γεωργεῖ.

ΜΑΚΕΛΛΑ. ας, ἡ, Ligo: sed talis qui bidens non sit. nam dictum volunt παρὰ τὸ κέλλειν, κινεῖν seu πέμπειν. Hesych. dicit esse δίκελλαν πλατεῖαν. Il. φ. de agricola riuos ducēte, Χεῦε μάκελλα τε ἔχων, ἀμάρης δ' ἐξ ἔχματα βάλῃ. Vtitur & Aristoph. Pro quo dicitur ET Μάκελα. Hesiodus Erg. ὁ δὲ πυθοῦ ὅπισθεν Δμῶες ἔχων μακέλας, πόνον ὀρνίθεσσι πιθέοι, Σπέρματα κακκρύπτων. ‖Apud Hesych. verò Μάκελλος & Μάκελα, sunt φεφίσματα & δρυφεκτοι.

ΚΕΛΗΣ, ητος, ὁ, sub. ἵππος, Celes, Equus desultorius: ad differentiam equi quadrigarii. Vnde frequenter apud Pindarum, Γέρωνι Συρακοσίῳ, (aut alii alicui) κέλητι, qui equo celete seu singulari victoriam adeptus fuerat: ad differentiam eorum qui ἅρμαι aut ἁπήνη. Eustachio est ἵππος ἄζυξ καὶ κῆ μόνας ἐλαυνόμενος, quem Sellarium dici annotat: quorum si duo copulentur, propriè ἅμαι ac desultorii equi appellātur, seu ἄμφιπποι, de quibus supra Od. ε. — αὐτὰρ Ὀδυσεὺς Ἀμφὶ ἑὴ δούρεσσι βαίνε κέλητ' ὠκὺς ἵππους ἐλαύνων. Synes. epist. 40, de equo quem dono mittit amico, ἡ γὰρ οἶδα ὅ, τι μᾶλλον ὅτι, κωνωπίτης ἢ κέλης, ἵνα γώνιος ἢ πομπεὺς ἢ πολεμιστήριος. Laert. 428, ἵππῳ κέλητι νεικηκέναι. Paus. in 2 Eliacōν, αἰετὸν ὄρνιν κέλητι ἵππῳ τέφανον. Frequenter etiam non additur ἵππος, sed subaudiēdum relinquitur: vt apud Plutarchum, τὸν κέλητα τὰ ἡρῶα νικῶντα. Et Herodot. ἤλαυνον κέλητας καὶ ἅρματα, equos desultorios & currus. Hos centauri primùm cōmonstrarūt, quum antea curribus tantùm vterentur, vt docet Palæphatus. ‖Κέλητες dicuntur etiam ipsi desultores equites, qui non bigis aut quadrigis in certamine vtuntur, sed equo vno insident: cuiusmodi certamen hodie quoque in nonnullis locis celebratur. B. Suet. in Cæs. Quadrigas bigásque & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Plin. lib. 34, de statuis equestribus, Græci κέλητας tantùm dicabant in sacris victores: postea verò & qui bigis vel quadrigis vicissent: vnde & nostri currus nati in his qui triumphassent. Eosdem celetas interdum Plinius κελητίζοντας vocat participio Græco. Hæc Bud. in Pandect. Sic apud Eustath. κέλητ ἱππότη παρεικάζει τὸν μᾶ σαιδί ὀν θαλάσσῃ ἐπιχούσῃ. Sed eam significationem non esse propriam idem Eustath. indicat his verbis, κέλης κυρίως οὐχ ὁ ὀπτοβάτης, ἀλλὰ ἵππος. ὅθεν καὶ κέλητ νικᾶν πιὲς ὀν ἀέθλοις ἐλέγετο. Hesych. quoque annotat κέλητα dici tam equitem ipsum quàm equum desultorium. ‖Κέλης dicitur etiam paruum & angustum nauigium, vt Thucyd. schol. docet: ducta metaphora ab equo celete, qui sicut ab vnico sessore agitatur, ita & hoc nauigium vno remo & non binis aut ternis per sedilia agitur, quum tamen plures remiges habeat, vt Bayf. docet, cui inter actuaria ponendum videtur. Gell. lib. 10, cap. 25, Hippagines, cercuri, celoces, vel, vt Græci dicunt, κέλητες. Thucydides lib. 4, p. 124, ὁκ λιφρικὴς Μεσσηνίων πεπακοντέρου καὶ κέλητες. Polybius l. 5, ἔλαβε δὲ καὶ κέλητα πεφὶ τὸ Ῥίον Αἰτωλικὸν ὁμοῦ τοῦ πληρώματι, Cepit & celocem secundum Rhium Ætolicum simul cū sociis naualibus. Rursum Thuc. παρεσκευὴ Ἀσύχω τοὺς ναῦς, ἀποπλέων ὀν κέλητι ἀφανίζεται, traditis Astyocho nauibus, remeans in celote extinguitur. X. Hell. 1, τοῦ δὲ Ἑπτανίκου ὑπηρετικὸς κέλης παίπα ἐξηγγειλε τὰ πεφὶ τὴν ναυμαχίαν, Et conicis omnia quæ in prælio contigerant per exploratorium celocem nuntiata sunt, Bayfio interpr. Sed & apud Eustathium quidam dicit κέλητας πεντεκαίδεκα, celoces quæ quinque haberent scalmos, Bayf. hæc nauigia eadem esse putat quæ μονήρη, & pluribus quidem remis agi, sed vnico tantùm per transtra & sedilia remo, & non binis aut ternis aut etiam pluribus. Idem diminutiua voce κελήτιον dicitur. ‖Κέλης apud comicos vocatur quoque pudendum muliebre, teste Eustathio. Quod verò ad etymon attinet, Eustath. deriuat à κέλλω, significante βαδίζω seu τρέχω: alibi autem à κελέω.

Κελητίζω, Celete equo vehor, Equum desultorium agito. Iliad. ο, αὐτὴρ ἵππουσι κελητίζει εὖ εἰδώς, Ὅς τ' ἐπιδεύκ πολέων πίσυρας σωαχείρεται ἵππους, Σβυας ὀκ πεδίοιο, μάχα ποτ' ἄστυ διώκει. Et apud Aristoph. Vesp. Ὅτ' κελητίσειν κέλθον, ὀξυθυμηδεόα μοι, Ἢ οὐτ' ἐ πῶ ἱππόν, καὶ ἵστα μαι τυραννίδα, quū iubebam equum celetem agitare. Vtitur & Athen. lib. 13. Idem est ET Κελητάω, si Hesychio credimus.

C. ΠΑΡΑκελητίζω, Celete equo alicui à latere equito. idem quod παρεμπαίζομαι seu παρεμπαίνω.

Κελήτιον, ου, τὸ, Parua celox. à κέλης significante celocem, de quo paulo antè. Thucydides lib. 4, pag. 119, πεμπόμενοι μὲν φυλάκια πεφὶ πλεούσῃ, αὐτὸς δὲ ὀν κελητίῳ ἄπωθεν ἐφεπόμενος, quod ipsum κέλητα ibidem appellat. Synes. epist. 4, καὶ τέλος μόνος ἦλθεν ὀλίγ κελήτιον δίσκαλμον ὀπτὸν ἐξάμας δ' πλοίου, μεταχειρίζεται τὸ πηδάλιον, in celoce duos habente scalmos. Appianus in 2 Ciuil. bell. dicit etiam κελήτιον ὀξύ, celocem celerem.

Κέλευθος, ου, ἡ, Via. nec tantùm de terrestri via dicitur, sed & ea qua per mare itur aut etiam per aerem. Odyss. α, Ὅς κέν τοι ἔπιτον ὁδὸν καὶ μέτρα κελεύθου. Iliad. α & Odyss. β, Ἢ ὁ' ἔθεεν κῆ κῦμα δῆμοκόρεστα κέλεθον. Odyss. ν, Υψόσ' ἀειρόμενοι ῥίμφα πεφήσουσι κέλεθον. Iliad. γ, ἠῶν δ' ἠτόειπε κελεύθους. Sophocles Aiace, πῶ σφ' ἡλίου βολῶν κέλεθον, viam à solis ortu. Et πλατεῖα κέλευθος, Bacchyl. apud Plutarchum Numa. Et μακραὶ κέλευθοι apud Apollon. Per metaplasmū autem plurali numero DICITVR Κέλευθα pro κέλευθοι, sicut καθμὰ pro καθμοί, & ζυγὰ pro ζυγοί. vt Od. γ, πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα; Ibidē, ἰχθυόεντα κέλευθα διέδραμον. Iliad. ξ, λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα. Deriuant grammatici à κέλλω πῦρ τρέχω seu βαδίζω: nonnulli tamen ab ἐλεύθω deducere malunt, pleonasmo literæ κ. Pro eodem dicitur ET Κέλευθρον, vt quidam tradunt vulg. lex.

C. Κελευθοπόρος, ου, ὁ, Viator, Qui iter conficit, Qui viam it,

vt Virg. loquitur, Qui viam carpit, Qui viam conficit. Epigr. In prosa dicitur ὁδοιπόρος. A

C. Ἀγχικέλευθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui prope viam est. Apud Nonnum ἀγχικέλευθος πόλις, vrbs quæ in propinquo est, vt v. l. exponunt.

C. Ἀκέλευθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inuius, ἄοδος, vt Hesych. explicat. Sunt autem ἀκέλευθα apud eum & in aruspicina ἐν τῇ θυσκῇ, ὅπου μὴ ἦ κέλευθος: hoc est (vt v. l. interpr.) signa quæ locis parum peruiis præfiguntur.

C. Ἀμφικέλευθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui circa seu propter viam est, aut Vtrinque viã habẽs. vt ἀμφικέλευθος πάφος, in Epigr. B

C. Ἀνικέλευθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Obuius, Aduersus. ex Nonno.

C. Αὐτοκέλευθος, ου, ὁ ἢ ἡ, Qui per se iter facit, αὐτόκρατης, vt v. l. exponũt in Epigr. νυμφίος αὐτοκέλευθος. Sunt qui αὐτοκέλευστος legant, vt fit pro αὐτοκέλευστος, Per se exhortans, Quæ interpretatio tribuitur & Iano Lascari.

C. Ὀψικέλευθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Sero viam carpens. ὀψικέλευθος ὁδίτης apud Nonn. Serus viator, Qui serò iter facit seu serò venit.

C. Προκέλευθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Præuius, Qui præit, Præcursor. Nonn. C

C. Ῥηξικέλευθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Viam perrumpens. Epithetum Apollinis in Epigr.

C. Ὑψικέλευθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Per alta loca incedens. Epigr.

Κελευθεῖαι, apud Hesych. αἱ ὁνοδιοδαίμονες, Deæ quæ in viis statuuntur, seu Viarum monstratrices, aut Viatorum custodes.

Κελευθεῖω, Viam carpo. ὁδεύω, Hesych. A T Κελευθεάω, Iter facere cupio. v. l.

Κελευθιητής, ου, ὁ, Viator. idem qui κελευθοπόρος, In Epigr. Προίκιος αὐθρώπισι κελευθιητῆσι ἀοιδός. id est ὁδοιπορικός, D Suid.

Νωχελής, ές, ὁ καὶ ἡ, Tardus, Segnis. vnde à κέλλω, significante ἀχρεῖος πρεσβ., & ν particula priuatiua (sicut νη) compositum existimatur. Item Inualidus. Ammon. At Suidæ est etiam ἀχρεῖος, item ὀμαλός. VNDE Νωχελειαγας, ου, SIVE Νωχελια, Tarditas, Segnities, βραδύτης, ἀργία, ναθεία, vt Hesych. exponit, apud quem per ει scribitur. Il. τ, Οὐδὲ γὰρ ἡμετέρη βραδυτὴς τε νωχελίη τε Τρῶες ἀπ' ὤμοιιν Παλλάδος ἐλόντο. Vbi Eust. νωχελίαν & βραδυτῆτα scribi. Ἀθηναιοι δὲ ἀναγινώσκουσι. Ab Hesych. E exponitur etiã ἀσθένεια, Infirmitas, Inualentia. ET Νωχελίζω, Tardo, Moror. βραδύνω. Hesych. sed apud eum SCRIBITVR Νωχαλίζω, per α in antepenultima.

ΚΕΛΩ, Iubeo, Hortor. A Κέλω (inquit Eustathius) fit Κελεω & Κελδω, sicut βουλδω a βολω. Nullum tamen vsus actiuæ huius vocis Κέλω exemplũ ab eo affertur, sic nec a cæteris grammaticis, quod sciam: A T Κέλομαι passiuum in frequenti est cum apud alios poetas, tum apud Homerum vsu: vt Il. σ, — κέλομαι δ' ἔγωγε ἄνευθε νεῶν ἱέναι. Et Od. ο, Ἤδη γὰρ θρασὺ πατήρ τε καὶ γνωτοί τε κέλονται Εὐρυμάχῳ γήμασθαι. Ab eodẽ dicitur θυμὸς κέλεσθαι, item γαστὴρ Od. ρ, — μεταλλῆσαι τέ θυμὸς Ἀμφὶ πόσις κέλεται καὶ κήδεα οἷσ' ἀπαθύρῃ. At Od. ζ, de leone dixit, — κέλεται δέ ἑ γαστὴρ Μήλων πειρήσαντα καὶ ἐς πυκινὸν δόμον ἐλθεῖν. Interdum κέλομαι cum ἄνωγα copula: vt Odyss. γ, Ἀλλ' ἐς μὲν Μενέλαον ἐγὼ κέλομαι καὶ ἄνωγα Ἐλθεῖν. Et vt dicit ὀτρυνθύσα κελεύσας. Od. ψ. & alibi κέλευσεν ἐπτρωθύσα, sic etiam ἐπτρωθύσα κελόμην. Il. ω, Οὐκ ἄν ἔγωγέ σ' ἔπειτα ἐπτρωθύσα κελοίμην Νῆας ἐπ' Ἀχαιῶν ἱέναι. Inuenitur & futurum κελήσομαι apud eundem poetam G Od. κ, Ἤ δέ σ' ὑποδδείσασα κελήσεται ἀλόχοιο θίειν. quod est tanquam à T H E M. Κελέομαι οὖμαι, cuius actiua vox Κελέω, ῶ, (sicut dicitur ῥθήσω tanquam à μελέω, ῶ,) haud tamẽ vllum huius actiuæ vocis exemplũ affertur, sicut ne Barytoni Κέλω. Cæterùm quanuis antea promiserim (videlicet in verbo Καλῶ, a quo quidam verbum Κέλομαι, deducendum falsò crediderunt) me τὸ Κελδω subiunctum esse Κέλομαι, hic tamen contra non dubaui illud huic subiungere, mutata, vt quidem existimui, in melius sententia, aut certè errando cum Eustathio.

Κελημοσυνή, ης, ἡ, Iussum, Mandatum. κελημοσύναις ab Hesychio exponitur κελεύσεσι. Fit autem inde vnde & futurum κελήσομαι, videlicet à themate Κελέομαι, οὖμαι, alioqui inusitato. H

¶ Κέλομαι, idem quod κέλομαι, Hortor, &c. Fit autem ex Κέλομαι per reduplicationem & syncopen. Homerus Il. σ, Τρῶες δὲ κέκλετ' ἄυσαν. Idem Il. φ, Ἀλλήλοισί τε κεκλόμεθον. id est ἐγκελευόμεθα, inquit schol. ‖ Item pro Inuoco, ex Apollon. Argon. 2, — κεκλόμεθα μαντήιον Ἀπόλλωνα. Sed & κεκλετο pro Vocauit seu Aduocauit, ex Homero affertur.

Ὁμοκλή, ῆς, ἡ, Hortamentum quod fit cum vociferatione. Item Increpatio, & Cõminatio, ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ κέκλεσθαι, inquit Eustath. ita enim legere malo apud eum quãm κέλεσθαι. Hom. Il. μ & ψ, — οἱ δὲ ἄνακτος ὑποδδείσαντες ὁμοκλήν. Et Il. α, — οἱ δ' ἄρα πᾶς ὑποδδείσαντες ὁμοκλήν. Et Iliad. ζ, — κρατερὸς δ' ἔχε θυμὸς ἀυδρὸς ὁμοκλῆς. Affertur autem & cum tenui scriptum hoc nomen apud Hesiodum in Scuto Herculis, de equis, — Τοὶ δ' ὑπ' ὁμοκλῆς Ῥίψαν ἐφεστηότα θοὴν ἅρμα. quæ scriptura si mẽdosa non est, falsa comperietur illa Eustathii deductio ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ κέκλεσθαι. HINC Ὁμοκλάω ῶ, VEL Ὁμοκλεω, ῶ, Hortor vociferando. Minaciter clamo, Increpito, Inclamito. Bud exponit etiam Minabundè clamo, vt in conferẽda pugna. Il. β, Τὸν δ' ἐπιπτήσας ἐλάσασκε, ὁμοκλήσασκέ τε μύθῳ Il. υ, Τρῶας δ' φαίδιμος Ἕκτωρ Κέκλετ' ὁμοκλήσας. Dicitur autem aliquis ab eo equis etiam ὁμοκλῆσαι. vt Il. ψ, Πέπληγόν τε ἵππους, ὁμόκλησαν τ' ἔπος ἀντα. Eosdem vbi scribit Eustathius, ὁμοκλῆσαι esse ἀπειλῆσαι τοῖς ἵπποις εἶα δύνασθαι καὶ ὡς ἐρεθίζειν αὐτοὺς εἰς δρόμον: addens ὁμοκλᾶν simile esse τῷ κέκλεσθαι. Idem in hunc locum Od. φ, — αὐτὰρ ὁ ἵππους φόρων αὐτοῦ ἐνὶ χώρῳ Δέησας, οὕνεκα πολλοὶ μάλ' ἐν μεταδόρπιον, annotat, Homerum ad ostendendum ὁμοκλεῖν idem esse quod ἀπειλεῖν, post πολλοὶ ὁμόκλεον subiunxisse, ἀπειλήσας ἐγεφρένει.

Ὁμοκλητήρ, ῆρος, ὁ, Increpitator, Obiurgator. item Minator: si dici possit pro eo qui minatur. Sed intellige eum qui clamans minatur, seu magno cum clamore. Il. μ, — ὁμοκλητῆρες ἀκουον. Et Il. ψ, — ὁμοκλητῆρος ἀκούσας.

KELEY Ω, Iubeo, Impero. Hom. Il. 3, circa principium, Θωῦξαν δ' ἐκέλευε καρηκομόωντας Ἀχαιούς. Et paulo post, Θωῦξαι σε κέλευσε. Alicubi copulat cũ ὅπλισμαι. vt Il. τ, Σὺ δ' αὖτε πεῖρ' ἐπὶ δῆν ὅπλισμαι καὶ κελεύω. Herodot. in Clione, in historia de Arione, ἀλλὰ κελεύει τοῖς πειθομένοις ἢ αὐτὸν ὀρχεῖσθαι μιν, &c. id est (Gellio interprete) Sed imperauisse vt iam statim &c. Xen. κέλευσιν ἐλθεῖν ὡς ἐμέ. Plato Pol. t. lib. 1, circa prin. ipium, ἐκέλευσε σφρόνιμον τε καὶ πεῖθε πθεμιεῖν καὶ κελεύειν. (vbi obserua ἐκέλευσε κελεύειν.) Inuenitur & κελεύω τινὶ πιεῖν apud Plutarchum pro Iubeo. sic Homerus Il. π, Κεβριόνη δ' ἐκέλευσε δαΐφρονι φαίδιμος Ἕκτωρ Ἵππους ἐς πόλεμον πεπληγέμεν. Sed & pro Hortor, cum eadem constructione, ex eodem poeta habebis paulo post. Saepe autem relinquitur subaudiendus infinitiuus, vt Hesiod. μελετᾶς βίον ὡς σε κελεύω. subaudi μελετᾶν. itidem verò in soluta oratione frequenter. Pass. Κελόμαι, Iubeor, Mihi iubetur, Mihi imperatur. vnde κελευστής, Iussus. Xenoph. κελεύομαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Plutar. Lyc. κελεύεσθαι ἄνειν. Interdum etiam ponitur κελεύομαι nõ iunctum cum infinitiuo, neque addito, neque etiam quem necesse sit subaudiri, vt Thuc. 1, καὶ τὸ ξύμπαν, οὐδὲν κελευόμενοι ποιήσειν. id est, Et in summa se nihil facturos imperio coactos. (quo ex loco imperitissimè annotatur in vulg. lex. Thucydidem κελεύω iunxisse cum futuro infinitiui, videlicet cum ποιήσειν) Itidem verò res aliqua dicitur κελεύεσθαι. vnde τὸ κελευόμενον ποιεῖν seu πράττειν. Xenoph. Pæd. 4, καὶ ἀφεὶς ὁ ἔμελλε ποιεῖν, τὸ κελευόμενον ἐπράττει. Dicitur etiam τὸ κελευόμενον vel τὰ κελευόμενα ὑπό τινος: vt Plato Pol. 1, τὰ κελευόμενα ποιεῖν ὑπὸ τοῦ δρῶντος. Sed generalius etiam τὸ κελευόμενον vel τὰ κελευόμενα ποιεῖν seu πράττειν (sicut & τὰ πρεσταττόμενα) dicitur qui alicui obnoxius est, ita vt dicto audiens esse qualibet in re cogatur. Demosth. Pro corona, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸ κελευόμενον ποιῆσαι. Latini itidem dicũt interdum Imperata facere, pro Imperio alicuius parere & obnoxium ei esse. Cur autẽ Κελεύω subiungere maluerim verbo Κέλομαι, quàm contra, docui in Κέλομαι.

Κελεύω, Hortor, Inuito ad aliquid agendum. Hom. Il. 6, — Τοὶ δ' ἀλλήλοισι κέλευον Ἀμφὶ θεᾷ νηῶν. Ibidem, Καὶ φθάν σεῦ τινὶ πολυκλήϊδι κελεύσω. Et Il. λ, Ἤρχον ἐγὼ μύθοιο, κελεύων ὔμμ' ἄμμε ἕπεσθαι· Σφῶϊ δ' μάλ' ἠθέλετον. vbi Eustath. annotat

annotat κελεύων non esse vocem δεσποτικὴν, id est quæ A dominii significationem habeat. nam φιλικῶς, inquit, non autẽ vt dominus ἐκέλευεν ὁ Νέστωρ Ἀχιλλεῖ καὶ Παλλάδι εἰς μάχην ἔπεσθαι. adeo vt κελεύων hoc in loco non aliud sit quam ἀξιῶν. Sic autẽ & verbum ὀνομάζω postea sumi. Addit idem poeta interdum & participium hortandi significationem habens, sequente itidem infinitiuo: vt Odyss. ψ, Δαιμόνιε, πῆ τ' ἄρ' ἀοῦ με μάλ' ὀτρυνέουσα κελεύεις Εἰπεῖν, αὐτὰρ ἔγὼ μυήσομαι, οὐδ' ὀπιθήσω. Sic Od. η, Καὶ πότε δὴ μὲ κελεύσεν ἐπιτρωθοῦσα νέεσθαι Ζεύς τε καὶ ἀγχιάλοιο. Sed vtitur sæpe verbo κελεύω Homerus pro Hortor, sine infinitiuo etiam: dicens interdum κελεύω σε τοῦτο, interdum κελεύω σε, non addito accus. rei, nonnunquam & κελεύω σε. quarum constructionum exempla subiiciam, Ἀποδάμα, τί με τοῦτο κελεύετε κερτομέοντες; (nisi quis & hic subaudiendũ esse infinit. suspicetur) Alicubi verò post κελεύω σε τοῦτο additur infinitiuus, quo velut exponitur quod sit illud τοῦτο. vt Il. υ, Πειραιδάη, τί με τοῦτο καὶ οὐκ ἐθέλοντα κελεύεις, Ἀντία Πηλείωνος ἰοῦσ' ἐθέμεν μάχεσθαι; At κελεύω σε sine accusatiuo rei, & sine infinitiuo est. Inuenitur tamen & de equis dictũ ab eodem C poeta. Il. ω, — αὐτὰρ ὅ πᾶσι Ἵππους, τοὺς ὁ γέρων ἐφίππων μάστιγι κέλευε Καρπαλίμως κῆ' ἄεθλα (Potest tamẽ, & rectiõ forsan, accipi κέλευε per se, vt accusatiuus regatur ab ἐφίππων, nõ ab eo. nam κελεύειν poni etiam sine casu, docebo paulo post. Sunt autem qui κέλευε vertant hic Virgebat) Contra verò frequens est κελεύω σοι, & quidem sæpe apud Homerum de iis qui ad fortiter certãdum seu praeliandum hortantur. vt Il. ψ, — μάλα δ' ἀσπουδὶ κέλευον. Et Il. ω, Παλλὰς δ' ἐπὶ σφεδανὸν Δαναοῖσι κελεύων. & Iliad. υ, Mars Τρώεσσι κελεύων. Nonnunquam verò omittitur D casus, vt Il. ε, Ἀστεριδὴς δ' ἀν' ὅμιλον ἐφοίτα πολλὰ κελεύων, Ἐσθλοὶ αἰέρες ἔστε, &c. Sic Il. ρ, Αἴας γ' μάλα πύκνας ἐπώχετο πολλὰ κελεύων, Οὔτε πὶ' ὀπίσω νεκροῦ χαζέσθαι αἰώνος. (his enim in locis πολλὰ non est accusatiuus, sed aduerbialiter ponitur) Et Il. λ, Ὦ, Ἕκτορ ὅτε μθῦ τε μετὰ πρόσθεν φάνεσκε, Ἄλλοτε δ' ἐν πυμάτοισι, κελεύων. vbi Eustath. κελεύων exponit ὀτρυνῶν στρατηγικῶς τοὺς ὁπισθοφύλακας ἀέριος. Hoc verbum κελεύω hortandi & suadendi significationem in soluta quoque oratione habet, & quidem frequentissime. Interdum verò est Peto, Postulo. Thucydides li- E bro 1, εἰ ὤμην πείσειν, οὐδὲν ἂν ἠξιοῦτε ἐκέλευον αὐτὰ δοῦναι, id est, Si putarem me persuasurum, hortarer vt vos ipsi. Vel potius, Autor essem, seu Suaderem vt vos ipsi, &c. Apud eũdem sæpe pro Peto, Postulo. vt lib. 3, κελευσάντων Ἀκαρνάνων τοῦ Φορμίωνος πολὺ σφίσι πλεῖστα ἐπιψῆφον. Ibidem, κελεύοντες σφίσι βοηθεῖν πανδημεί. Sic apud Xenoph. Hellen. 6, παυεσθαί τε ἐκέλευον, Petebant, potius quam Hortabantur. licet aliqui sæpe verbo Hortor reddatur, & reddi debeat. Alicubi verò vertitur etiam Censeo: vt apud Lysiam, ἐκέλευον σε δὲ εἰπεῖν pro Censebam vt mecũ cœnaret, & inuitabam: inquit Budæus. cui tamen in ista interpretatione non assentior: quum multo aptius sit Hortabar vt mecum cœnaret, vel Petebam ab eo vt, &c. At in istis Demosth. locis, Philipp. 1, καὶ θορυβοῦντα πολλὰ καὶ ἄλλα: & paulo post, καὶ πολίτας τοὺς γραπευομένους εἰ κελεύω: nec multo pòst, τὸν δὲν κελεύω; τοὺς τοιφάσεις ἀφελεῖν, &c. in istis inquã locis κελεύω reddi posse videtur Censeo, potius quam in illo Lysiæ, nisi quis malit Autor sum, Suadeo. Affert autẽ Bud. & pro Permitto in hoc eiusdem Lysiæ loco, ἢ δὲ θεράπαινα τὸ μθῦ τοῦτον ἔξαρνος ἦν, καὶ ποιεῖν ἐκέλευεν ὅ, τι βούλομαι. Quam certè interpretationem dandam puto huic verbo & in isto Thucydidis loco, 1 3, ὡς δ' ἐκέλευσαν, ἔλεγον τοιάδε, Quum illi permisissent [λέγειν,] Quũ dicendi potestatem fecissent. Petierant enim vt sibi apud eos verba facere liceret. At verò nouæ constructionis huius verbi exemplum apud Demosthenem extat Philipp. 1, πόθεν οὖν ὁ πόρος τῶν χρημάτων ἃ παρ' ὑμῶν κελεύω λαμβάνειν; vbi χρημάτων ἃ παρ' ὑμῶν κελεύω redditur Pecuniarum quas à vobis requiro. Sunt & qui Exigo vertant. Quod H si infinitiuum passiuum subaudiamus, aut etiam deesse (quod ego potius suspicor) dicamus, accipietur simpl citer pro ἀξιῶ: vt in illis eiusdem orationis locis quos paulo antè protuli. Nouus rursum huius verbi est vsus apud Xenoph. Hellen. 2, ἐκέλευσε μθῦ τοῦτο τε ἀκοῦσαι κήρυκα τοὺς ἕνδεκα ὅπῃ τὸν Θηραμένην· ἐκεῖνοι δὲ ἐστηθότες, &c. vbi redditur Vocauit. sed qui ita interpretati sunt, repositisse videtur ἐκάλεσε. verum ne hoc quidem satis aptum huic loco esse, aliudque potius scripsisse Xenophontem arbitror.

Κελεύω peculiarem hortandi significationẽ habens, à qua videlicet dicitur κέλευσμα, celeusma nauticum. (de quo infra) extat in hoc loco quem citat Athenæus lib. 12, Χρυσόγονος φήσιν ἐν τῷ περιπλοῦν, Καλλιστράτης δὲ ὁ τραγῳδὸς ἐκέλευε. Aristoph. autem & composito κατακελεύω hanc signif. tribuit.

Κέλευσμα, ατος, τὸ, Iussum, Mãdatum. vt θεοῦ κέλευσμα, Eurip. Ἐξ ἐνὸς κελεύσματος, perinde ac si dicas ὀνόματος ἀφθεγγέλστου. Item Hortamentum, Quod hortandi causa dicitur. Sed vsus obtinuit vt ad hortamentum quod remigibus datur, verbale istud restringeretur, id est celeusma, vt Latini quoque loquuntur. Solebat autem cani remigibus celeusma (vt Budæus ex Pædiano annotat) interdum per symphoniacos pueros, & per aliam vocem, id est ore prolatam; interdum per citharam, vt in Argo naui. Affertur autem & Celeuma sine σ, ex Martiali, sed ea vitio librarii ibi, sicut & alibi omissa videri possit. (At in hoc Euripidis loco in Hecuba, αὐτὰ δὲ κέλαδος ἤμελε πάλιν, Κέλευσμα δ' ἐν κατ' ἔσω Τροίας τ' ἀν', ὦ παῖδες Ἑλλανίων, &c. sequente verbo ἤξει: in hoc inquam loco scholiastes κέλευσμα exponit nomine generali βοήν: itidémq; in quodã veteri codice qui apud me est, explicatur nomine κραυγήν. & Erasmus quoque Latinè reddidit Clamor, ita vertens illum locum, Et oppidum occupat tumultus, Phrygumque talis vrbe clamor sonat, &c.)

SIC Κελευστὴς ad eum restringitur qui celeusma illud canit: quum alioqui sonet Iussor (seu Qui iubet) & Hortator. Sed apud Plautum nomen Hortatoris significationem hanc peculiariter itidem habet aliquibi. Thucydides libro 2, βοῆ τε χρώμενοι καὶ τοῖς ἀλλήλοις, αὐτοφυλακή τε καὶ λοιδορία, οὐδὲν κατήκουον οὔτε τῶν κελευστῶν. Xenophon Hellenicῶν lib. 5, λίθων τε ῥῶφος τῶν κελευστῶν αὐτὴ φωνῆς χρεμβρῶν. Plut. in Pol. præc. χρῶνται δ' ναύταις καὶ παρεμβοῦσι καὶ κελευστῆς, Idem in Themist. εἰς ναύτας καὶ κελευστὰς καὶ κυβερνήτας τὸ δ' ὠμαίμεως ἀφικοδόμησε. HINC Κελευστικός, Hortatorius, Hortamenti vim habens. Dicitur etiam τὸ κελευστικὸν substantiue: vt apud Synesium, καὶ ἡ μάστιξ πρὸς καὶ ἡ βοὴ τὸ κελευστικὸν ἦχεν. vbi quidam interpretatur Clamor cũ cohortatione sonabat. Sic tamen appellatur & Hortamentum aurigæ, a Platone in Phædro, κελεύσματα μόνον καὶ λόγῳ ἱππικῷ. vel (vt apud Heracl. Pont. legitur) κελεύσματα καὶ λόγῳ ἱππικῷ.

Κελεύσμασιον, ου, Iussum, Mandatum. ex Herodoto.

Κέλευσις, εως, ἡ, Iussus, Actio ipsa iubendi. Item Exhortatio, in v. l. fine exemplo.

C. Ἀκέλευστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Iniussus. ex Sophocle in Aiace: item ex Philippo in Epigr. Ναῦ ἀκέλευστος ἄπας ὅρνις αἰακρέκεται. Possumus autem & proximè sequente adiectiuo αὐτοκέλευστος in eadem signif. vti.

C. Αὐτοκέλευστος, ου, ὁ καὶ ἡ, (q. d. A seipso iussus.) Dicitur αὐτοκέλευστος ποιεῖν τι, qui iniussus, id est non iussu alius sed sua spõte & quasi suo ipsius hortatu aliquid facit. Arrianus, κρότος τε ἀθόος ἀκόρεστος ἐπεφθεγγέλματος, ἀλλ' αὐτοκέλευστος ὁρμήσας. Philo De mundo, ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐθελουσιος καὶ αὐτοκέλευστος γνώμης χαλινῶν, quod Budæus vertit Homo fortitus mentem sui arbitrii prærogatiua & sua sponte præditam. Apud eundem Philonem αὐτοκέλευστος θυμία redditur Voluntario studio & alacritate. Αὐτοκέλευστος (inquit Budæus) Sua sponte, Themist. in Sophista pag. 114, in principio. Et Gregorius De homine αὐτοκέλευστον ὁρμῶν vocat τὸν θεραπεικόν.

¶ Κελευστάω, ῶς, Hortor. poeticum est, & metri causa ei adempta est litera σ. debuerat enim dici κελευσταίω. Homerus Iliad. ν, v. 125, Ὡς ἄρα κελευστίων γαίοχος ὤρσεν Ἀχαιούς. vbi annotat Eustath. κελευστίων dici ὅτι δημηγορίας ὀρεκτικῆς.

C. ΑΝΤΙΚΕΛΕΥΩ, Contrà iubeo, E contrario iubeo, Contraria iubeo. Vel, Vicissim iubeo. Ἀντικελεύομαι, Vici-

ſſim iubeor aliquid facere, vel imperor, quo veitur Horatius. A

C. ΔΙΑκελεύομαι, Hortor, Adhortor, Cohortor: vt interpretatur Budæus, afferens hæc Iſocratis in Paragr. πρὸς ὑμᾶς διακελεύομαι, μνημονεύειν ὅταν φέρητε πρὸς ἡδονήν. quæ dicuntur iudicibus à litigante. Vt autem Budæus hic reddit Adhortor, ita & Politianus in iſto Herodiani loco, διακελεύεται διώκειν καὶ φονεύειν τοὺς ἐχθροὺς, ad perſequendos occidendoſque hoſtes adhortabatur. In vulgatis lexicis exponitur Admoneo, apud Iſocratem in Euagora, πολλάκις σοι διακελεύομαι περὶ τοῦ αὐτοῦ: & apud Plutarchum in Publicola, vbi non eandem conſtructionem habet, ſed rurſum infinitiuo iungitur: διακελεύομαί σοι ὁρᾶν. Affertur verò & Platonis locus in epiſt. κοινωνεῖν διακελευόμεθα, vbi διακελευόμεθα exponitur Rogatis. quam interpretationem non admitto. Sed nec διακελεύομαι in illo Iſocratis loco ex Euagora lubenter reddiderim Admoneo, vt paulo pòſt docebo, ‖ Διακελεύομαι à Plutarcho accipi etiam pro κελεύω, id eſt Iubeo, teſtatur Budæus, locum tamen non afferens. Ego in illo Iſocratis loco cuius modò memini, exiſtimo reddi poſſe ſi nō iubeo, at certè Præcipio vel Præcepta do: quum addatur περὶ τοῦ αὐτοῦ, id eſt de rebus iiſdem. In hoc item Gregorii loco, in quo διακελεύομαι habet accuſatiuum rei, cum datiuo perſonæ, διακελευόμενος ἀλλήλαις πρὸς τοὺς πυλῶν ἔπαρσιν, ſunt qui iubēdi ſeu præcipiendi ſignificationem includi hac voce putent: ſed illa prior aptius fortaſsis ei dabitur, hortandi videlicet. Niſi quis verbo ſuadere vti malit (quod eiuſdem generis ſignificationem habet) vt retineatur Græca conſtructio. B C

Διακελευσμὸς, οῦ, ὁ, Adhortatio. Thucydides lib. 7, καὶ ὁπόσα κείμενοι λαμπρῶς, πολλῇ κραυγῇ καὶ διακελευσμῷ χρώμενοι. D

C. Εἰκελεύω, Hortor, Incito. Xenophon in lib. De Venat. ἐν δὲ τούτῳ ἐγκελεύειν τοῖς κυσὶ, καὶ χρῆσθαι τοῖς ἀκοντίοις. Ibidem verbo ὀπκελεύειν eadem in re vtitur, ſcribens, ὀπκλύσαντα τοὺς κυνας καὶ ὀπκελεύσαντα. Dicitur etiam Εἰκελεύομαι voce paſſiua, inquit Bud. Ex Plutarcho autem in Public. affertur partic. mediæ vocis, ἐγκελευσαμένη τοῖς ἄλλοις, adhortata alias.

Ἐγκέλευσμα, ατος, τὸ, Hortamentum, Adhortamentum. Xenophon in lib. De venat. χρώμενον τοῖς αὐτοῖς ἐγκελεύσμασιν, ET Ἐγκελευσμὸς, Adhortatio. A T Ἐγκέλευστος ex eodem Xen. affertur pro Iuſſus. E

c.2. Παρεγκελεύομαι, Hortor obiter, vt quidem exponitur in hoc Plut. loco in Apophthegmatis, πολλῶν σωτηρεχόντων τοὺς αὐτὸν καὶ παρεγκελευομένων ὀκεῖνον τὸν λόγον καταλαβεῖν.

C. ΕΠΙκελεύω, & Ἐπικελεύομαι, Hortor. Voce actiua vtitur Xenophon, vt dictum eſt in Ἐγκελεύω: voce paſſiua Plutarchus in Antonio de Cleopatra per funem attrahente Antonium in conclaue, τὸν δεσμὸν αἰνελάμβανεν, ὀπκελευομένων τῶν κάτωθεν καὶ σωναγωνιώντων. vbi tamen Budæus ὀπκελεύεσθαι non vult eſſe ſimpliciter Hortari, ſeu Adhortari, ſed Adhortatione ſua adiuuare laborantem. F

C. ΚΑΤΑκελεύω, Iubeo, ſed peculiarem quandam iubendi ſignificationem habet, eam videlicet ad quam & κέλευσμα reſtringitur, dictum itidem Latinis celeuſma. Hanc autem ſignif. Euſtathius ex Ariſtophane affert: ex eodem verò in vulg. lex. citatur κατακελεύειν pro Imperare ſilentium, ſeu potius indicere, Audientiam facere. G

C. ΠΑΡΑκελεύομαι, Hortor, Adhortor. Vel Suadeo. Plato in Apol. ὑμῖν παρακελευόμενος ὑπὲρ παύσομαι. Idem Pol. 2, λέγουσι δέ που καὶ παρακελεύονται πατέρες τε υἱέσι καὶ πάντες οἱ πνῶν κηδόμενοι. Itidem apud Xenoph. Hellen. 1, παρακελεύεσθαι τοῖς ἄλλοις. Et Pæd. 7, πολὺ δὲ βελτίω μᾶλλον αὐτὸν καλοῦντων ἀλλήλοις, ἢ παρακελευομένων, ἢ θεοὺς ὀπκαλουμένων. Iſocrates quoque dixit in Euag. παρακελεύον τῶν δρομέων οὐ τοῖς ὑπολελειμμένοις, ἀλλὰ τοῖς περὶ τῆς νίκης ἀγωνιζομένοις. At verò apud Thucyd. lib. 2, παῖδα μὲν τοῖς Πελοπεννησίοις οἱ ἄρχοντες παρεκελεύσαντο, Hac adhortatione apud milites vſi ſunt, His milites adhortati ſunt. Poſſit etiam reddi, Hæc militibus ad eos adhortandos loquuti ſunt. Vel, Hæc adhortādo loquuti ſunt, ſeu Hæc dixerunt adhortantes, ταῦτα παρεκελεύσθησαν ἔλεξαν. Quo reſoluendum modo cenſeo hoc verbum apud Xenophontem ſequente ὅτι, item ſequente infinitiuo: videlicet Hellen. 1, παρεκελεύετο αὐτοῖς ὅτι αὐοσκηθεῖν καὶ γαυμαχεῖν καὶ πεζομαχεῖν. Et ibidem, παρεκελευσάμενος τοῖς συμμάχοις μὴ ἀθυμεῖν ἕνεκα ξύλων. Dicitur item aliquis παρακελεύεσθαι ἑαυτῷ ποιεῖν τι qui in animum inducit aliquid facere, ſeipſum velut adhortando. Lyſias, ὥστε ἄξιον ὑμᾶς παρακελεύεσθαι ὑμῖν αὐτοῖς παρὰ πυτωνὶ δίκην λαβεῖν. Ita enim hunc locum accipio potius quàm vt Bud. pro Vos inuicem hortari. eodemque ſenſu, licet diuerſa cōſtructione, dixiſſe Ariſtophanē exiſtimo in Veſpis, ἰὼ ταῦτα παρακελεύει, μὴ κτῆν νεανίαν τόνδε λέγειν. Quinetiam huc pertinere iſta Thucydidis, θαρσοῦντες καὶ παρακελευόμενοι ἐν ἑαυτοῖς: vt videlicet ἐν ἑαυτοῖς ſignificet Intra ſeipſos, potius quàm Inuicem. niſi fortè expungendam quis ſuſpicetur præpoſ. ἐν. Sæpe verò παρακελεύομαί σοι τοῦτο eſt Hoc tibi ſuadeo, Huius rei tibi ſum autor. Lyſias, ἐγὼ μὲν οὖν ταῦτ' ὑμῖν παρακελεύομαι. Et Plato epiſt. 7, ὃ δὴ καὶ νῦν οὗμος λόγος πᾶσι παρακελεύει. Sed & partic. παρακελευόμενα. aſſ. ſignif. ex eodem affertur ταῦτα ἰὼ τὰ λεγόμενα καὶ παρακελευόμενα ὑφ' ἡμῶν, Hæc dicebantur & ſuadebantur à nobis. c

Παρακελεύω etiam inuenitur apud Plut. ſi non mentiuntur exemplaria. Affertur & ex ſchol. Thuc.

Παρακέλευσμα, ατος, τὸ, Adhortamentum, Quod adhortandi gratia dicitur. Item pro Adhortatio. Plato in epiſt. τὰ μὲν δὴ παρακελεύσματα ἰὼ ταῦτα. A T Παρακελευσμὸς eſt tantùm Adhortatio. Thucyd. θεσθυμία τε πάσῃ χρώμενοι καὶ παρακελευσμῷ. D

Παρακέλευσις, εως, ἡ, Adhortatio. Thuc. lib. 4, οὐκ αὐ ὁμοίως διδαχὴ ἅμα τῇ παρακελεύσει ἐπιτιθεμένη. ſtatim pòſt autem ὑπόμνημα & παραίνεσιν pro duobus illis dicit. Idem lib. 5, οὐ πείσαντο πρὸς παρακέλευσιν τῆς μνήμης ἐπιτιθεῖσα. In vulg. lex. ἐκ παρακελεύσεως ex eodem affertur pro Dato ſigno.

Παρακελευστὸς, Hortatus, paſſ. ſignif. Perſuaſus, Qui eſt aduocatus ab aliquo qui eum hortatus fuerit. Ita Budæus apud Thuc. lib. 6, οὓς ὁρῶν ἐγὼ νῦν ἐνθάδε τῷ αὐτῷ αὐδρὶ παρακελευστοὺς καθημένους, φοβοῦμαι, καὶ τῷ θεσσβυτέρους αὐτὸ παρακελεύομαι, μὴ κατεγνωσθῶσι εἰ, &c. Quidam corrogatos interpretātur: ſcholiaſt. exp. παρακεκλημένους. Ego verò non ſimpliciter παρακεκλημένους eſſe dixerim, ſed παρακεκλημένους μετὰ παρακελεύσεως. A T Παρακελευστικὸς, Adhortatorius, Adhortandi vim habens. vnde παρακελευστικὸν ὀπίφθεγμα, & παρακελευστικὸν σάλπισμα, Claſſicū, τὸ κατ' πρὸς τῆς μάχης συμβολήν: vt αὐακλητικὸν, quum receptui canitur. Vide Poll. E

c.2. Ἀντιπαρακελεύομαι, Viciſſim hortor, ſeu adhortor. Xen. Pæd. 3, αὐτὸ παρακελεύοντο τοῖς θεσσοτοῖς ἡγεῖσθαι ἐρρωμένως. Vſus eſt & Thucyd. in loco quem attuli in Παρακελευστὸς. Exponitur etiam Contra hortor, ſeu ſuadeo, vel Contraria ſuadeo. F

ΚΕΛΑΔΟΣ, ου, ὁ, Strepitus, Tumultus. Item Clamor. Homerus Il. 1, Ἡ ἑ' ἀμφ' ἀυτῇ θῆκε πολὺν κέλαδον καὶ ἀυτήν. Eurip. in Hecuba, αὐὰ δὲ κέλαδος ἔμολε πόλιν. vbi ſchol. exponit ἦχος. at ego malim θόρυβος: quæ ſignificatio ab Heſych. quoque datur huic nomini. ‖ Κέλαδος eſt etiam Sonus muſicus, ἦχος μουσικὸς, inquit Heſych. qui tamen non rectè priorem locum huic ſignificationi dare videtur. nam propriè κέλαδον eſſe puto quemuis ſonum ſeu ſonitum, atq; adeo clamorem & ſtrepitum: ſed peculiariter ſonum muſicum & ſtrepitum: ſicut & ſtrepitum citharæ dixit Horatius Hanc autem ſignificationem ſequitur frequenter verbum Κελαδέω ab eo deductum. Ex lib. Epigr. affertur etiam κέλαδος μουσεῖος pro cantu muſico. Cæterùm quum huius nominis κέλαδος nullam deriuationem à grammaticis traditam inuenirem, meo vtens iudicio, hic collocaui, tanquam & ipſum à Κέλομαι deriuatum: quum non valde diſcrepet ſignif. G H

C. Διςκέλαδος, ου, ὁ καὶ ἡ, Malè ſonans ſeu Grauiter ſonans. q.d. Grauiſonus. Agath. lib. 2 Epigr. Καὶ θαμὰ δυσκελάδοις ἄσθμασι πνευσιβόων, ſuſpiriis grauiſonis. Apud Heſiod. I

autem exponitur Malè ſonans, id eſt Maledicus, in Erg. Ζῆλος δ' αἰθρώπισιν ὀϊζυροῖσιν ἅπασιν Δυσκέλαδος κακόχαρμος ὀμαρτήσει συνεριώτης. A

C. Εὐκέλαδος, q.d. Cui ineſt κέλαδος. Sed εὐκέλαδα ζῶα Ariſtoph. ſchol. ſunt quædā animalcula de genere inſectorum, quæ & βόμβυκια appellantur, quæ δέξ ἢ τύπτις πρὸς φωνὴν ποιεῖ. Sūt autem ita dicta ὅτι ἐν αὐτοῖς τὸν κελαδον ἔχουσιν, vt inquit idem ſchol. Ariſtoph. B

C. Καλλικέλαδες, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchrum ſonum edens, ſeu elegantem. q.d. Pulchriſonus, vel Pulchriſtrepus. Cui opponitur δυσκέλαδος. B'

Κελαδεινὸς, ου, ὁ, Obſtreperus, Item Tumultuoſus. Et κελαδεινὴ Diana dicitur διὰ τοὺς ἐν τοῖς κυνηγεσίοις κελάδους, id eſt propter tumultus ſeu ſtrepitū venatorios, atq; adeo clamores: aut certè propter turbulentū & quaſi tumultuoſum aeris ſtatum qui lunæ mutationē comitatur, (nā Diana εἰς σελήνην ἀλληγορεῖται, id eſt lunam) vel quòd Enceladum occiderit: vel quaſi κῆλα δεινὰ ἔχουσα, id eſt βέλη δεινά. quæ duæ poſteriores ſignificationes ad aliā deriuationem pertinent. Vide Euſtath. C

Κελαδέω, ῶ, Strepo, Tumultuor. item Sono. vt Iliad. θ, Ὡς Ἕκτωρ ἀγόρευ', ὀτὶ δὲ Τρῶες κελάδησαν. vbi Euſtathius exponit ἐθορύβησαν. ‖ Sæpe verò dicitur pro Sono, & interdum de muſicis etiam ſonis: & quidem in proſa etiam. Luc. δίνηκα κελαδοῦσι. De auibus in hoc loco quem Euſtathius affert, καὶ πᾶς ἀλεκτορίδας ἀπέκτεινε, τὴν μὴ κελαδούσας καὶ ἀδούσας ὀτὶ τοῖς ὠοῖς μιμοῦσιν ἢ μοιχόν. vbi videtur ſignificare Strepētes. Sunt qui de fluuiis propriè dici putent. V N D E Κελάδων ποτάμος, per metapłaſ. cōiug. Reſonans. vt ποταμὸν κελάδοντα apud Hom. & κελάδεντα πόντον. ‖ Eſt & nomē fluuii Arcadiæ. Callim. D

Κελάδημα, ατος, τὸ, Tumultuatio. Item ſtrepitus, Clamor. Apud Ariſtoph. ποταμῶν ζαθέων κελαδήματα.

ΚΕΝΟΣ, οῦ, ὁ, Vacuus Inanis. Xenophon Hellen. 1, & Thucydides lib. 8, κενὰ ναῦς. Ariſtophanes Nebulis, πλῆρες τὸ βαλανεῖον ποιεῖ, κενὰς δὲ τοὺς παλαίστρας. Idem, ἐς θραμῶν ἐς τὸ φρυτανεῖον κενῇ τῇ κοιλίᾳ, ἔξεστι πλέα. Diphilus apud Athen. lib. 11, λάγυνον ἔχω κενὸν, ὦ χρεοῦς, θύλακον ᾗ μεστόν. Et cum genitiuo apud Xenoph. Hellen. 7, pag. 361, κενὰ πάντων ἀπέδειξε. Sic κενὴ νοῦς, apud Sophocl. Et apud philoſophos τὸ κενὸν, Inane, vt Lucr. Cicero & Seneca appellant: quidam etiam Vacuum. Sic Democritus apud Plutarchum ad Colot. dicit οὐσίας ἀπείρους τὸ πλῆθος, ἀτόμους τε καὶ διαφόρους, ἐν δὲ ἀπείοις καὶ ἀπαθεῖς ἐν τῷ κενῷ φέρεσθαι διεσπαρμένας. Ibidem ὅλως μὴ οὐδὲν ἔστιν, ὀνομάζεται ᾗ ὑφ' ἡμῶν αἰωρεῖ καὶ κενὸν καὶ ἀτόμωμον, de Epicureis. Item ſubſtantiuè Inanitas. Plutarchus De primo frig. Metaphoricè quoque capitur, vt Inanis apud Latinos: ac tunc aliquando non incommodè exponi poteſt Vanus. Iſocrates De pace, ἐλπίδων κενῶν ὄντα μεστὸν. Demoſthen. Pro corona, κενὰς χαρίζῃ χάριτας πύτοις, Fruſtra his gratificaris. Plutarch. ad Colot. κενὰς ἀρετὰς καὶ ματαίας. Luc. κενὴν μακαρίαν ἰαυτοῖς αἰαπλάττοντες. Rurſum Demoſthenes Pro corona, κενῇ θεσφάσει ταύτῃ κατεχεῖ καὶ ψευδεῖ, inani & futili. In eadem oratione κενὴν αἰτῶν dicit quam paulo antè ψευδῆ. Item Sol. in prouerb. κενοὶ κενὰ λογίζονται. At Κενὸν πυακίδιον dicitur tabella in qua nihil ſcriptum eſt, Pura. Ariſtoteles, φέρειν ἔκωσον πινάκιον, ὃν ὦ γράφειν εἰ καὶ δικαίζοι ἁπλῶς πρὸς δίκλω. εἰ δὲ ἀπολύοι, κενὸν, ſiu abſoluat, purum relinquere. Bud. Κενὸς σφυγμὸς, Pulſus vacuus, id eſt Qui digitorum impreſſione conſidet, ſeu qui aeris modo arteriam excitat, vt digitorum impreſſione loci inanitas occurrat. Contrarius eſt τῷ πλήρει. Sumptáque eſt tota hæc differentia à quantitate infuſionis humorum arteriæ, ſeu à contētis in capacitate arteriæ. Vide Galenum lib. 4 De pulſuum dignotione. Τὸ κενὸν in Hippiatr. poſitum videtur pro κενεῶν, ilia: λακπαδεὶς ἵππος ὑφ' ἑτέρῳ ἵππου εἰς τὸ κενόν. E

C. Ἀπόκενος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vacuus, Inanis. idem quod κενός. v. l.

C. Διάκενος, it idem prò κενὸς, Vacuus, Inanis, apud Ariſtotelem in Probl. ſæpe, inquit Budæus, afferens hunc locū inter alios, ex ſect. 23, probl. 8, τὸ μὲν οὖν πνῖμον, πυκνὸν ὄν, λεπομέρειαν ἔχει τὴν ἀλμυρὸν μεγάλα ἔχει τὰ διάκενα. In vulg. lex. apud Plutarchum in Lycurgo, διάκενος ἕξις exponitur Macilentus corporis habitus. Ibidem ex Luciano affertur διάκενοι δέρκειν de iis dictum qui fame aut morbo emaciati ſunt: φοβερόν τι καὶ διάκενοι δεδορκότων, καὶ γυμνοὶ τοῖς ὀδόντας θεσφαγόντων. Quod autem apud Thucydidem habetur lib. 4 in fine, ἐς τὸ διάκενον, duobus modis à ſcholiaſte exponitur, quem lege. B' C C' D E

A T Διακενῆς aduerbialiter dicitur pro Inaniter, Fruſtra, Nequicquam. Polyb. in 3, τὸ δὲ μέγιστον, θεραπεῦειν τὸ καὶ μὴ θεσεῖσθαι διακενῆς τὸν χρόνον. Item Inani conatu vel iactatione, vt Budæus vertit in hoc Ariſtot. loco Probl. ſect. 5, διὰ τὸ κοπιαρώτερον ὀδὶ τῷ βραχίονι τὸ διακενῆς ῥίπτειν ἢ λιθάζοντα. ἢ ὅπερ ἀσασμα τῶν δίστερον τὸ διακενῆς ὀδὲ ν. οὐ γὰρ, &c. A Suida αὐδὶ πικὸς θεοφάσεως exponitur apud Graecos Bibl. interpr. in hoc Pſalmorum loco, αἰαρῶ θήτασαν οἱ αὐομοιοῦντες διακενῆς. Sciendum eſt autem inueniri etiam ſcriptum diſiunctim Διὰ κενῆς.

C. Φιλόκενος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vana amans, ſeu res vanas, Rerum inanium & vanarum ſtudioſus.

Κενότης, Inanitas, Vanitas. Pro quo dicitur etiam τὸ κενὸν ſubſtantiuè.

Κενόω, ῶ, Exinanio, Vacuo, ſeu Euacuo. Et Κενοῦμαι, Vacuor. Theoph. De cauſis plantarum lib. 2, cap. 1, δεῖ γὰρ κεκενῶθαι τὰ δένδρα μετὰ τὴν καρπὸν, αὐπαπηρωθῆναι πάλιν τῆς τροφῆς, arbores inanitas, ſeu exinanitas, abſumpto videlicet in fructus alimento. A Thucydide autem κενοῦσθαι dicuntur οἰκίαι, domus quæ vacuæ relinquuntur & inhabitatæ, moriētibus videlicet qui eas habitabant: libro 2, καὶ οἰκίαι πολλαὶ ὀκενώθησαν ἐπειδὰ τὴν θεραπεύσοντος, Multæ domus vacuæ relictæ ſunt. Exponitur etiam Exhauſtæ ſunt, eodem ſenſu. ‖ Κενοῦσθαι dicitur etiam corpus vacuum, quod vulgò Purgari: de qua ſignificatione lege in Κένωσις. Ex Galeno autē in 1 ad Glauconē affertur, ὅσα κάτω τε καὶ αὖω κενοῦται, pro Quæ euacuando ſeu exinaniendo eximuntur, id eſt Excrementa partium inferiorum & ſuperiorum. Aliquando autem κενοῦσθαι eſt Vacuari, id eſt Exhauriri, vt apud Gregor. καὶ μοι καθήσεσθε καὶ νοῦν καὶ ἀκοὴν ὅσοι τρυφᾶτε τὰ τοιαῦτα· ἵν' ἀπέλθητε τρυφήσαντες ὄντως τὰ μὴ κενούμενα. Budæus tamen hunc locum ſubiūgit huic expoſitioni Heſychii, κενωθὲν, μάταιον ὀπφανθὲν: tanquam videlicet ad proximè ſequentem ſignific. referens. ‖ Κενοῦσθαι, Inanem reddi, ſeu vanum, id eſt inutilem. Paulus 1 ad Cor. cap. 1, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ.

Κένωμα, q. d. Euacuamentum, Quod euacuatur: aut etiam Euacuatio. In vulg. lex. exponitur Inanitas. item Euacuatio. & additur, Dioſcoridi & Ægin. τὸ κένωμα, ἡ κένωσις διὰ κλυσῆρος. S E D Κένωσις frequentius eſt, id eſt Exinanitio, Euacuatio.

Κένωσις apud medicos (inquit Gor.) Eſt humoris è toto corpore, aut aliqua eius parte, detractio. Detractionē appello καθαίρεσιν, quæ quoniā cum de liquidis, tum de ſolidis dicitur, rectè genus vacuationis ſtatui poteſt, vt quæ liquidorum tantùm fit, vt ſcribit Galenus Commen. 3, in lib. 6, περὶ ὀπιδημιῶν. Itaque non omnium quæ in corpore continentur euacuatio propriè dicitur, ſed humorum tantùm. Spiritus enim propriè euacuatio non dicitur, ſed vel διαφόρησις, vel λύσις, vel ſi lubet alio nomine appellare quo ipſius reſolutio diſſipatióque ſignificetur. Neque ſimiliter ſiquid intus ſolidum contineatur, quod eximi debeat, vt ὀστοῦ ἀπόκωμα, porus inutilis, oſſium ruptorum fragmenta, id κενοῦσθαι dicetur, ſed καθαίρεσθαι, hoc eſt tolli aut auferri. Quum verò humores, de quibus propriè vacuatio vſurpatur, multiplices in corpore contineantur, & cuiuslibet eorum vacuatio poſſit cōtingere, attamen (vt ſcribit Galenus in Aphor. 17, ſect. 2) Hippocr. κένωσιν ſimpliciter dicere conſueuit quando æqualis fit omnium humorum vacuatio: καθαρσιν verò quando ii vacuātur qui vitioſam adepti ſunt qualitatem. Sumptū tamen eſt à Galeno & poſterioribus medicis vacuationis nomen generalius, vt quicquid ſiue naturæ ſponte, ſiue arte medici, ex toto corpore, vel aliqua parte, quouis modo expellitur, vacuari dicatur. Quum Quicquid dico, non ſpiritus, non flatus, non vllum excrementi genus, non denique fœtum ipſum excipio: quòd ipſe etiam partus, ipſaque lactis in mammis generatio, ſpecies quædam ſint vacuationis, ſicut Galenus lib. De venæ ſe-

ctione aduersus Erasistratum prodidit. Ex quo apparet multas esse vacuationis differentias: ab humore quidem, &c. Aliquanto pòst, Similiter verò & à subiecto à quo aliquid vacuatur, duplex est vacuationis differentia. Aut enim illa à toto corpore proficiscitur, vocatúrque à Galeno κοινή, hoc est communis vacuatio, in lib. artis medicæ, vt quæ contingit per magnas & copiosas vomitiones, alui deiectiones, sudores & sanguinis effusiones: aut humoris est aliqua parte contenti, quæ ἰδία, hoc est propria, vocatur. Huius generis sunt apophlegmatismi, errhina, & per nares mediocris αἱμορραγία. his enim cerebrum ipsum vacuatur. Item vomitus mediocris, & eorum modò quæ in vẽtriculo continentur: & balani atque clysteres intestina vacuantes: similiter menstrua naturali modo prodeuntia, & sanguinis per hæmorrhoidas moderata profusio: ad hæc scarificationes, hirudines, & quicquid etiam impactum in parte humorem potest reuellere. Quod enim à parte aliqua reuellitur, id ab ea vacuatur, etiamsi corpore non excesserit. Præterea vacuationum aliæ sub sensum cadũt, aliæ sensibus vsurpari non possunt. Sensibilis quidem est quæ fit venæ sectione, purgatione, sudore, apophlegmatismis, vomitionibus, clysteribus: sub sensum non venit quæ quotidie per πλὼ ἄδηλον ἀναπνοὴν, hoc est insensilem transpiratum, in nobis peragitur, & quam balnea, frictiones & medicamenta διαφορητικὰ cuti adhibita moliuntur.

A

Κενωτικός, ού, ὁ, q.d. Euacuatorius, Euacuandi vim habens. vt κενωτικὸν φάρμακον, Gal. ad Glauc. lib. 2.

C. Ἀκένωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non euacuatus, Cuius euacuatio facta non est.

C. ΑΓΟκενόω, ῶ, pro κενόω, Exinanio, Vacuo. sicut ἀπόκενος, poni dictum est pro κενός. sed rariora sunt hæc composita.

C. ΕΚκενόω, idem, sed vsitatius quàm ἀποκενόω. Exponitur etiam Exhaurio. In vulg. lex. affertur ex Græc Bibl. interpret. Ezech. cap. 5, ὀκκενώσω μάχαιραν pro Nudabo ensem. HINC Ἐκκένωσις pro κένωσις, Exinanitio, Euacuatio. Exponitur & Egestio, sicut ὀκκενόω, Egero.

¶ Κενὸς apud poetas idem quod κενὸς, Inanis, &c. vt Od. κ, Οἴκαδε νισόμεθα κενεὰς σὺν χεῖρας ἔχοντες, habentes manus inanes seu vacuas. Ab eodem dicitur etiam aliquis reuerti κενὸς, qui reuertitur nihil consequutus eorum quæ volebat, seu rebus infectis, ἀπρακτος: vt schol. exponit, Il. β, Αἰδέομαι μετὰ δηρόν τε μάχην κενεὸν τε νέεσθαι. Idem Odyss. ο, — οὐδὲ σε φημὶ ἄψ ἰέναι κενεόν. Vt autem Κενὸς sic ETIAM Κενὸς pro κενὸς ab Hom. dicitur. vt Il. γ, κενὴ δὲ προφάνεια.

Κενεὼν, ῶνος, ὁ, Pars corporis quæ inter thoracem est & os quod ad ilia pertinet: sic dicta quòd inanis sit & desidat, vt annotauit Gal. Comm. 2 εἰς τὸ κατ' ἰητρεῖον. Idem Comm. 3 εἰς τὸ περὶ ἀρθρων, scribit ilia ab Hippocrate vocari κενεῶνα, eámque regionem ab eo intelligi quæ est inter ossa coxarum & costas nothas, quæ omnino sine osse est. Similiter Comm. 2 εἰς τὸ προγνωστικόν: vbi scribit Hippocratem eas quæ in spatiis alui inanibus (Lat. ilia vocant) continentur partes, vno cõmuni vocabulo complexum esse. Has autẽ esse, ieiunum, lactes, tenuiáque intestina. nanque verisimile esse omnes eas partes ab Hipocrate κενεῶνας appellari quæ inter extremam thoracis costam & coxendicis ossa continentur. Siquidem inanis tota ea regio videtur, si tam cum inferis quàm cum superis partibus, vtrisque osseis, conferatur. Alio nomine λαγόνες dici videntur. Hæc Gorr. Κενεὼν, grãmaticis, quia κενὸς ὀστέων, vnde vulgò exponitur Locus sub pectore concauus & ossibus carens. Iliad. ε, — ἐπέρεισε δὲ παλτὸν Ἀθήνη Νείατον ἐς κενεῶνα, ὅθι ζωννύσκετο μίτρῃσι. Etiam equo κενεῶνα tribuit Xen. scribens, πάντων δὲ μάλιστα, τῷ ἵππου τὸν κενεῶνα δεῖ σκεπάζειν. ET Κενὼν pro eodẽ, à κενὸς, vt κενεὼν à κενεός. Hesychius κενῶσι per κενεῶσι, tanquam per vsitatius, exponit: addens & λαγόσι. In Hippiatr. autem εἰς τὸ κενὸν positum existimatur pro εἰς τὸν κενεῶνα, vt antea dictum fuit.

B

Κενεὼν generalius etiam Spatium vacuum, Capacitas vacua. In vul. lex. κενεὼν χθονιος ex Nonno, pro terra. Ibidem traditur accipi interdum pro aere seu cælo: sed nullum huius signif. exemplum affertur.

C

COMP. Κενεώρισις, Equorum morbus circa ilia. συμβαίνει (inquit Apsyrtus) ὅταν ἵππος ἡ καταπονούμενος ὑπὸ ξηρᾶς τροφῆς, ἥτις αὐτὸν καταβλάπτει, καὶ δύσπνοιαν ποιῇ, καὶ πίμπρησι τοὺς λαγόνας. De hoc morbo intellexisse putatur Virg. Georg. lib. 3, canens, Sin in processu cœpit crudescere morbus, Tum verò ardentes oculi, atque attractus ab alto Spiritus, interdum gemitu grauis, imáque longo Ilia singultu tendunt.

D

B ΚΕΝΤΕΊΩ, ῶ, Pungo, Stimulo. Theophrastus de scolymo, ξηραινόμενον δὲ τὸ φύλλον, διαχεῖται καὶ οὐκέτι κεντεῖ, id est (Plinio interprete) Aculei arescente folio desinunt pungere. Athenæus lib. 12, κεντοῦσι ὑπὸ τοῖς τῶν χειρῶν ὄνυχας βελόναις, αἱ εἶλον αὐτάς. Et in pass. apud Thucydidem libro 4, pag. 137, δεδιδόασι τὸ πρὸς ἀλλήλους καὶ παρομόσασι καὶ κεντοῦσι ὑπὸ τῶν τραπεζομένων. Aristophanes Neb. τὸ πρόσωπον ἅπαν καὶ τὼφθαλμὼ κεντούμενος ὥσπερ ὑπ' αὐλῶν. Pro quo Homerus DICIT Κέντω, Fut. σω, vt κέσσαι ὁμοκλήσας: quod Hesych. exponit κεντεῖσαι, κελεύσαι: Suidas ὀπτανίζαι.

Videtur dici ETIAM Κεντάω: vnde Καταβεβεντάω. At in vulg. lex. ponitur ET Κεντεύω, ET Κεντόω: quorũ prius ex Nazianzeno citatur, at κεντοῦν ex Herodoto, Stimulare: nisi mendosum sit pro κεντοῦν: SICVT Κεντίζω in iisdem vulg. lex. suspectum esse potest pro κεντείζω.

C

Κέντημα, ατος, τὸ, Aculeus, Stimulus, Id quo pungimus. vnde interdum pro acie, cuspide seu mucrone capitur. Polybius in Epitome, κέντημα ἔχει διάφορον, καὶ τὸν ὀβελίσκον ἔχει ἰσχυρὸν καὶ μόνιμον. Et alibi, διὰ τὸ μηδαμῶς κέντημα τὸ ξίφος ἔχειν. ¶ At Hesych. κεντήματα exponit ζωμώματα.

D

Κεντητήριον, ου, τὸ, Id quo pungere seu stimulare possumus. Pro subula poni apud Lucianum loquentem de coriario, testantur v. l.

Κεντητὴς, οῦ, ὁ, Punctus. Item Punctis distinctus. v. l.

C. Ἀκέντητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Stimulo seu aculeo non ictus. Pind. Olym. de equo, δέμας ἀκέντητον ὀν δρόμοισι παρέχων, id est αὔδυ κέντροιο θέων, vt Homerus loquitur.

E

Κηδεστής, οῦ, ὁ, Affinis, Affinitate coniunctus, apud Plat. Et peculiariter Gener: quo vsus est modo Plut. & ante eū Isocr. de Paride ita loquēs in Helen. enc. ἐπεθύμησε Διὸς γένεσθαι καὶ κληθῆναι κηδεστής. Alibi quoque de Menelao genero Iouis. Gaza vsus est etiam pro socero, Sūt κηδεσταὶ (inquit Poll.) Qui vtrinque affinitatem contraxerunt, qui & πηοὶ poetis (reponendum enim πηοὶ pro ἑταροὶ) & πενθερεῖς Herodoto. Etymologistæ κηδεσταὶ sunt pater puellæ & qui eam ducit in vxorē. Hesychio κηδεσταὶ sunt πενθερεῖς, οἱ τῆς κόρης γονεῖς, καὶ οἱ τῶν γαμούντων οἰκεῖοι ὁμοδιδόντες. Et συγγενεῖς, inquit, per catachresin. (vbi quod πενθερεῖς dicit, conuenire videtur cum eo quod dicit Eust. κῆδος esse interdum οἰκειότητα κηδεστικὴν, id est τὴν συμπενθεσίαν) Suidæ autem κηδεστὴς est ὁ κατ' ὀπιγαμβρείαν οἰκεῖος, ἢ πενθερός. Et addit: nō solùm ita vocari qui dat in matrimonium, sed & qui accipit. Quibus subiungit hunc senariū, Οὐ χρὴ σε κρύπτειν, ὅντα κηδεστὴν ἐμόν. Legimus autē apud Xen. οὔτε τὸν δυνατὸν ἐν τῇ πόλει κηδεστὰς λαβόντα. At Eust. tradit Œdipodem apud Soph. vocare γαμβρὸν suum Iocastes fratrem Creontē, tanquā ἐξ ὀπιγαμβρείας συγγενῆ: sed alibi κωμελεκτικῶς (.i. propriè loquētem) appellare κηδεστὴν, quū dicit αὐαξ ἐμὸν κήδευμα. Vide proximè sequentem signif. τῶν Κηδεστῆς.

Κηδεστὴς, Frater vxoris. Demosth. enim sic appellat Onetorem, cuius sororem Aphobus duxerat in vxorē, p. 38. Alibi κηδεστὴν appellat fratrem qui sororē dat in vxorem, & eum qui accipit. Hæc Bud. quibus subiungit hunc Andocidis locum, σῶσον τὸν κηδεστὴν, ὃς ἔχει σου μόνον πλὴν ἀδελφόν. Ab Eurip. quoque in Hec. αἰπὴ τὸν γαμβρὸν καὶ ἀδελφὸν. i. pro vxoris fratre, accipi tradit.

Κηδεστὴς, à Κηδέσω futuro verbi Κηδῶ deriuat Eustathius aliquot in locis, & tamē alicubi a Κήδομαι deducit, nimirum in fine Comment. in Iliadis librum θ, ita scribens, ἐκ δὲ τοῦ κηδεσθαι non solùm κήδεσι sed & κηδεσταὶ dicuntur οἱ πηοί. Dixerat autem paulo antè πηὸν vocari τὸν ὀπίκτητον συγγενῆ, qualis ὁ πενθερὸς καὶ ὁ γαμβρός. Ego hìc ponere malui, tanquam à Κηδέσω, sicut ἀκήδεστος, &c. Vt autem κηδεσταὶ sunt εἰ κατ' ὀπιγαμίαν οἰκεῖοι (sicut alibi scribit Eustathius) ITA Συγκηδεσταὶ, Qui duas sorores in vxores duxerunt.

HINC Κηδεστικὸς, Ad affinitatem pertinens. Cuius adiectiui vsum vide in Eustathii loco quem paulo antè protuli in Κηδεστὴς, vbi videlicet οἰκειότητα κηδεστικὴν vocat quæ est inter κηδεστάς. ITEM Κηδεστία, Affinitas. Xenophon Hellen. 2, καὶ ξυγγενείας, καὶ κηδεστίας, καὶ ἑταιρείας.

C Κηδεστὸς, idem quod κηδεστὴς apud Pollucem, afferentē ex Homero, Od. θ, — οἵτε μάλιστα Κηδεστοὶ πελέουσι. sed credo Pollucem scripsisse ibi κηδεσταί. subiungit enim hos ab Herodoto vocari πενθερεῖς. quod cōtinet cum alio eiusdem Pollucis loco, in quo postquam dixit κηδεστὰς esse ἀλλήλοις ἑκατέρωθεν τοὺς τῶν κῆδεσι συνωφαίτας, subiungit, πενθερεῖς eos ab Herodoto appellari. Sed enim nihilo magis κηδεσταὶ apud Homerum legitur quam κηδεστοὶ, sed κήδεσι. Locus autem vbi hoc nomen habetur, est in fine libri θ Odysseæ, vbi habetur, Ἡ δέ τοι καὶ πόδε πάλιν ἐλίξεται πενθεῖ, Ἑστηλὸς ἐὼν γαμβρὸς, ἢ πενθερός· οἵτε μάλιστα Κηδεστοὶ πελέουσι μετ' αἶμά τε καὶ γόος αἰδῶν. Inuenitur autem eadem vox & Odysseæ κ, Ὅς μοι κηδεστὸς ἐπέρχεται ἠὲ κεδνόπατρις. VBI Κηδεστὸς ab Eustathio exponitur ὁ φίλπατρος, οὐ μάλιστα κηδεταί τις: sicut Κεδνόπατρος, ὁ φροντιστικὸς πατρὸς, id est, σωφόπατρος vel σωφετόπατρος. Hesychius autem hanc expositionem quam Eustath. dat τῷ Κεδνόπατρος, tribuit inter alias τῷ Κηδεστός. vult enim Κηδεστοὶ esse φίλπατροι, item φροντιστικόπατροι, necnon ἀναγκαιόπατροι. Ego tamen Κηδεστὸς malim simplicēster cum Eustathio exponere φίλπατρος, id est Charissimus, Dilectissimus: vt accipiatur passiuè οὗ μάλιστα κῆδός ἐστιν ἡμῖν, Cuius maxima nobis cura est, vel, Qui summæ curæ est nobis, Cuius præcipuè cura geritur a nobis. Vt autem quisque maximè nobis charus est, ita maximam eius curam gerere solemus. Cæterùm dixi οὗ μάλιστα κῆδος ἡμῖν ἐστι, potius quam ἡ μάλιστα κηδόμεθα, quòd assentiar potius Etymologistæ formanti à Κῆδος (vt à κῆδος dicantur κηδεῖοι & κήδεστος, sicut καλλίων & κάλλιστος à κάλλος) quam Eustathio à verbo Κήδομαι deducenti. Hìc tamen posui hoc vocabulum post Κηδεστὸς, quia propter istud illius mentionem hic facere necesse fuit.

Κηδεστὶ apud Etymologistem quoque legitur, & exponitur οἰκειόπατροι, item φροντιστικόπατροι: sed reponendum ibi esse Κήδεσι, cum ipsa expositio declarat, tum verò locus Homer. qui ab eo subiungitur, Ὅς μοι κηδεστὸς, &c. vbi etiam addit pro expositione ὁ φροντιζόμενος: quo certè rectius exponitur quam illo φροντιστικόπατρος. Vide Κήδειος.

C. Ἀκήδεστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod modò expositum Ἀκηδὴς, quum passiuam significationem habet. videlicet Incuratus, Neglectus. Item, Inhumatus, Infuneratus. Iliad. ζ, — ἀλλ' ἅμα πάντες Τλίου ἐξαπολοίατ' ἀκήδεστοι καὶ ἄφαυτοι.

Ἀκήδεστον, aduerbial. positum, Negligenter, Absque vlla cura, citatur ex Apoll. Arg. 2.

Ἀκηδέστως, aduerbium, Sine vlla cura, Temerè. in Anthol. Egigr. Τί πτ' ἀκηδέστως οἰνόβοφρον ὄμφακα βάκχου Ἀνὴρ ἀμπελίου κλήματος ἐξέπαμψε; ‖ Apud Homerum ἀκηδέστως exponitur αἰνηλεῶς. i. immisericorditer. q. d. sine vllo respectu. nam quū Hesych. exponit αἰνηλέως, nō dubiū est quin ad hos Hom. locos respiciat. Il. χ, παχεῖς δέ μιν ἵππει Ἕλκον ἀκηδέστως κοίλας ὀπὶ νῆας Ἀχαιῶν, Trahebant illū equi immisericorditer, & minimè illi parcendo. Et Il. ω, Ἕλκει ἀκηδέστως. (Sic de piscib. οἵ σ' ὠτειλὴς Αἷμ' ἀπο

νιχμήσοντας ἀκηδεῖς: vbi tamẽ exponitur ἀκηδὲς, metu carentes) Videndum est autem annon & in primo loco ex Anth.Epigr.ci ato, vbi est ἀκηδέστως ἐξέπαμψν, eodem modo hoc aduerbium quo in his Homeri locis possit accipi.

HINC (videl cet à κηδέπω futuro τῷ Κηδέω) deductũ est & Κηδεμών, όνος, ὁ, Cui cura demãdata est alicuius negotii, Curator, Procurator, Hom. Il.ψ, Κηδεμόνες δὲ οἱ ἐνθάδ' ἀοιλέες αὖθι μένοντες, Οἵ κέ μιν ἐξοίσουσι ἐρικῦς ἐπὶ χέρσον ἀμαξῃ. vbi Eustath. ait κηδεμόνες esse simpliciter οἱ ὀπηδεκηταί. ‖ At verò in hoc eiusdem libri versu, Κηδεμόνες δὲ παρ' αὖθι μένον καὶ νήεον ὕλιν, vult significare οἱ τῆς κηδείας φροντιστά.

Κηδεμὼν in soluta oratione est qui Curam gerit alicuius, (vt qui Curatores, itẽ qui Tutores dicuntur) interdum verò & Qui curam gerit alicuius negotii: quæ alioqui propemodum coniuncta sunt: nam curam gerentes alicuius negotii, curam simul gerimus illius ad quem negotiũ illud spectat. In v.l. affertur ex Xen. αἱ μὲ ὡς κηδεμόνα ἐφίλουν, pro Illæ quidẽ vt procuratorem diligebant.i. τῷ στάτῃ, negotio præfectum. Sed B. in hoc Luciani loco, ὁρᾶν μόνον αὐτὸν κηδεμόνα καὶ φύλακα τῆς τυραννίδος, exponit κηδεμόνα Tutorem, Vindicem, Assertorem. Addit verò, Demosthen κηδεμόνα esse τὸν ὀπίσω τρόπον. ‖ Exponitur Tutor, vel Curator, (accipiendo in peculiari horum nominũ significatione) in hoc loco Vesparum Aristophanis, Εἴθ' ὤφελέν μοι κηδεμὼν ἠξυγχωμὴς Εἶ αἴ τις, ὅς τις δὴ τοιαῦτ' ἀνουθέτει. Apud Athenæum poeta quidam κηδεμόνα δακτύλων eleganter dixit qui suis digitis prospicit, & cauet ne eos lædat.

Κηδεμονία, ας, ἡ, Curatio, Cura quæ alicui rei impenditur, Solicitudo alicuius de alio, Studium erga aliquem. vt κηδεμονία πατρικὴ. Philo in fine lib. 3 De vita Mosis, de ipso loquens, ἕνεκα τῆς ἀλέκτου καὶ πρὸς ἕνα ἕκαστον καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνοίας τε καὶ κηδεμονίας. vbi sunt qui reddant Patrocinium. Synes. epist. 44, ὑπ φειδεῖ καὶ κηδεμονίᾳ τῇ σῇ καὶ πατρῴᾳ εἰλόμην, ἵν' ὡς ἐν κακοῖς ἄμεινον πρᾴξειας. (vbi τῇ σῇ passiuè accipiendum est.) Atque vt inter homines dicitur κηδεμονία πατρικὴ seu πατρῴα, solicitudo patris de filio, & studium omnia in eum beneficia conferendi, ita & de Deo dicitur omnium parente, cum ab aliis, tum à Chrysostomo scribente, πόσην κηδεμονίαν ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ αἱ πρόνοιαι κομίσουσι; Sic ab Areopagita κηδεμονικὸς idem vocatur vt mox docebo. DICITVR & Κηδεμονικὸς eadem significatione. Sed apud Apollonium Argonaut. 1, κούρῃ Οἰδῆν ἀπασσάων πολιὴ προφόων ἀμφιπεσοῦσα Μυρέται, ἥ οὐκ εἰσὶν ἔτ' ἄλλαι κηδεμονῆες, Ἀλλ' ἐπὶ μητρυιῇ βίοτον βαρὺ ἠγηλάζει, exponitur κηδεμονῆες à scholiaste οἱ κατὰ γένος οἰκεῖοι, addente, οἱ κηδεσταὶ (quod antea expositum fuit) & οἱ κηδόμενοι. Dicit præterea κηδεμονῆες esse per pleonasmum ex κηδεμόνες.

Κηδεμονικὸς, ού, ὁ, Accuratus, Cui adhibetur cura illa & studium quod κηδεμονία nominatur. A Budæo exponitur Accuratus, Intentus. Addit verò κηδεμονικὸν etiam appellari Qui curam gerit & procurationem alicuius negotii atque ita Deum, vt qui curam gerat huius orbis, ab Areopagita vocari κηδεμονικόν. ADVERBIVM Κηδεμονικῶς, Solicitè, Studiosè, Sedulò, Magna cura adhibita. Polyb. τῷ μὲ ἐχθρῶς καὶ ἀκαταλλάκτως, τῷ δὲ φιλικῶς καὶ κηδεμονικῶς.

C. ΑΠΟκηδέω, ῶ, Negligo, Solicitus non sum. Idẽ quod ἀκηδέω. posita præpositione ἀπὸ pro α priuatiuo: quod & in aliis vocabulis factum annotauimus plerisque locis. Sed illud Ἀκηδέω potius positum fuit post Κῆδος, vt subiungeretur nomini Ἀκηδὴς.

AT VERO Κήδω barytonum, Mœrore afficio, Ango, Molestia afficio, Molestus sum alicui, Negotium facesso. Item Lædo, Noceo: & Offendo. Il.ε, -- κῆδε δ' θυμὸν, Angebat animum. quod hemistichium habetur alibi: vt Il ados λ, Αἷμα δέ οἱ ἀταδέντος ἀνέστυτο· κῆδε δὲ θυμόν. vbi Eustathius exponit ἔβλαπτε & ἐλύπει. Et Iliad.ι, Καλόν τοι σὺν ἐμοὶ τὸν κήδειν ὅς κέ με κήδῃ. Iliad. ε, Ὅς τόξοισιν ἔκηδε θεοὺς οἱ Ὄλυμπον ἔχουσι. id est ἔβλαπτε, inquit Eustat. In aliquibus eiusdem poetæ locis Budæo placet κήδειν interpretari Offendere. Et pass. Κήδομαι, Mœrore afficior, Mœreo. Item Molestia afficior. Hom. Iliad. α, atq; alibi, καὶ αἰνόχολος κηδόμενος περ. Et Iliad. ω, -- δώσασι δέ τε πάντα· ἀκούειν Ἀνέρι κηδομένῳ, ὡς νῦν ἐμὲ κῆδος ἱκάνει. Putat autem Eustath. verbo Κήδω hanc significationem datam esse κατ' ἀπόφασιν τῷ κηδεῖς, id est φροντίζειν. sic tamen vt postquam dixit hoc ἀποφαίζεται πρὸς τὸ ἕτερον κήδω, subiungat, habere ista & aliquid similitudinis, quoniam qui κηδεται, is φροντίζει τοῦ φίλου δόξαν: & qui κήδει, is φροντίζει τοῦ μισουμένου. Sed hæc posteriora ridiculam quandam subtilitatem habere videntur. Ac certè dixerim potius simpliciter, ideo κήδειν accipi pro Molestia afficere, quòd curæ animo esse molestæ soleant. HINC Κῆδος, εος, τὸ, Mœror, Luctus, Molestia, Ærũna. Item Damnum. Hom. Il α, Ὅς τοῦ Ἀργείοισι πόνους καὶ κῆδε' ἔθηκεν. Et Od ξ, -- πολύστονα κῆδε' ἀνέτλης, valde luctuosas ærumnas. Et Il. β, -- Τρώεσσι δὲ κῆδε' ἔθηκεν Ἐκ Διός. vbi κῆδεα exponitur ab Eustarhio βλάβας, addente, deriuari à Κήδω significante βλάπτω. Cæterùm κῆδος pro mœrore vsurpauit & Plato (licet alioqui poeticum potius sit vocabulum) ita scribens, ὅταν δὲ οἰκεῖόν τι κηδῇ κῆδος ἡγῆται, ἐννοεῖς ὅτι καλωπιζόμεθα εἰς δυνάμεθα ἡσυχίαν ἄγειν καὶ καρτερεῖν.

Κήδω quidam recentiores gramm. exposuerunt etiam φροντίζω, sed perperam, quum nemo vllum huius significationis exemplum afferat, adeóque Eustathius loquens de Κήδομαι quod significat φροντίζω, planè neget act. vocem hac in signif. inueniri. τὸ μὴν κήδεται ὁ (inquit) δηλοῖ τὸ φροντίζειν, οὐδέπω περιφέρεται ἐνεργητικῶς. Quòd siquis opponat illum eiusdem grammatici locum qui legitur pag. 166, vbi scribit, Κήδω quod βλάπτω significat, ἀποφαίζεται πρὸς τὸ ἕτερον Κήδω, ex quo κηδεμὼν & κηδεστής, sciat illum, quũ hæc scriberet, non respexisse ad vsum, sed ad formationem grãmaticam duntaxat. Nisi potius quis existimet illũ Κηδῶ in posteriore loco scripsisse, ex cuius futuro κηδέσω, alibi eum formare duo illa nomina, indicatum antea fuit.

PASS. vox Κήδομαι, Curam gero, Curo, Solicitus sum [de aliquo,] Rationem habeo [alicuius,] Prospicio alicui. Exponitur & Satago. Homer. Iliad. α, Κήδετο γὰρ Δαναῶν, ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο. Et Iliad. λ, -- αὐτὰρ Ἀχιλεὺς Ἕκτορος ἐὼν Δαναῶν οὐ κήδετο οὐδ' ἐλεαίρει. Interdum verò copulat cum verbo φιλεῖν: vt Il. η, Εἰ δὲ καὶ Ἕκτορα περ φιλέεις, καὶ κήδεαι αὐτῷ. Et Odyss. γ. Εἴσ' οὔπω γ' ἐθέλοι τεκέειν, κήδοι τό περ θυμῷ. Vsitatum est autem & in soluta oratione. Xenophon Pæd. 5, ἐπὶ ἐμοῦ ἐκήδου, οὐδεὶς οὐδ' οὕτω με ἀποστερεῖν ἐφυλάττου ὡς ἀξιώματος καὶ τιμῆς. Et Pæd. 8, ἑαυτῷ τοι κήδεται ὁ πρεσβῦς ἀδελφοῦ. Idem Hellen. 6, ἐπὶ σοὶ ἡ σωτηρία κήδεται. Isocrat. in Panegyr. ὥσπερ ὁ μὲν βάρβαρος κήδεται τῆς Ἑλλάδος. Idem alibi κηδεσθαι & ὀλιγωρεῖν inter se opposuit, vt contrà alicubi κήδεσθαι & φροντίζειν de eadem re dixit. Plato autem ista copulauit etiam, scribens Pol. 1, ἡμῖν οὐδὲν κήδεσθαι, οὐδέ τι φροντίζειν. ‖ Κήδομαι, peculiari significatione pro Exequias alicuius curo. ex Æliano, τὸν ἄθλιον ἐν νεκροῖς ἠρέμουν, καὶ οἴγε κηδόμενοι τοῦ ἀνδρὸς, ὠδύροντό τε αὐτὸν καὶ θεοὺς ἐκάλουν. ‖ Item κηδόμενος αὐτῷ, Curator eius, in vulgatis lex. Et COMP. Περικήδομαι, Odyss. ξ, in fine, Ὅπι ῥά οἱ βίοτον πόσιν κήδεται ὄσσον ἐόντος. pro simplici ἐκήδετο: nisi quis malit præpositionem indicare ὀπίσω.

Κήδομαι pro Mœreo, vide paulo antè cum Κήδω.

Κῆδος, εος, τὸ, Cura, Solicitudo, φροντὶς, vt ab Eustathio exponitur in isto versu Odyss. χ, qui est 254, Τῶν δ' ἄλλων οὐ κῆδος, ἐπὴν οὔτός γε πέσῃσι. Idem verò putat exponi posse φροντίδα in isto eiusdem poetæ loco, Il. ν, Αἰνεία Τρώων βουληφόρε, νῦν σε μάλα χρὴ Γαμβρῷ ἀμυνέμεν ὕμμι, εἴπερ τί σε κῆδος ἱκάνει. sed adiungit & alias duas expositiones vide licet λύπην & οἰκειότητα κηδεστικήν. ‖ Multo sanè frequentius κῆδος (vicina alioqui significatione) est Mœror, Luctus, Molestia, & cætera supra annotata post Κήδω. quoniam enim hoc verbum significat Mœrore afficio, & Ango, ideo nomen illud ei subiungere placuit.

Κῆδος à κήδομαι, quum alioqui generaliter significet φροντὶς, vt paulo antè ostendi, interdum tamen dicitur peculiariter de cura quam gerimus funeris seu

exequiarum alicuius, vel potius pro ipsis exequiis, seu funere, aut parentalibus. quo vsus est modo Plutarch. in Solone. Aristot. autem plurali etiam numero vsus est in hac significatione Ethic. lib. 9, cap. 2, καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστ' οἴονται δεῖν τοὺς συγγενεῖς ἁπαντᾶν δόξης ἕνεκα. Aretinus Funera, Argyropylus Sponsalia vertit, hic perperã, ille rectè. ‖ Interdum etiam ponitur Κῆδος pro affinitate. vt κῆδος σοι σωάψω. Eurip. Tecum affinitatem contrahere. Thucyd. κῆδος τῆς συγγενείας vocauit Nuptias filiæ. Nam quãuis Pollux κῆδος ab eo vocari πὼ ὀπηδαμίαν tradat, rectius fortasse γάμους exponemus, in hoc quidem certè libri secundi loco, εἰκὸς δὲ καὶ τὸ κῆδος Παυσανίας ἐκάλεσε τὴν συγγένειαν δόξης ἕνεκα τοῦ τοῦ. Nisi quis malit Affinitatem ex nuptiis filiæ.

Composita diuersas significationes à diuersis nominis κῆδος significationibus accipientia.

C. Ἀκηδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ. Nullam curam gerens, Neglectui habẽs, Negligens. Od. ρ, τὸν δὲ γυναῖκες ἀκηδέες οὐ κομέουσι. Cum genitiuo citatur ex Platone De legibus, ἀκηδὴς παίδων, Non curãs liberos, vel de liberis. Rursum apud Hom. ἀκηδὴς, Nihil curans, Nihil timens, Audacter aliquid faciens Il. φ, μετ' ἰχθύσι, οἷ σ' ὠπιλῆς Αἶν' ἀπολιχμήσονται ἀκηδέες. ‖ Ἀκηδὴς, in signif. passiua, Incuratus, Neglectus, Qui negligitur, Qui curæ non est. Odyss. ζ, circa initium Εἵματα μὲν πάντα κατὰ ἀκηδέα, σχεμόεντα. At σώματα ἀκηδέα, apud eundem, Od. ω, Corpora neglecta pro Inhumata. Insepulta. Exequiis carentia. Sic & Il. ω, Ἕκτορα ἀκηδὴς, inhumatus. Habes autem huc pertinentem significationem initio huius paginæ.

Ἀκηδὴς, Tristitia vacans, Non anxius, Securus. Il. ω, de diis, -- αὐτὰρ δὲ τ' ἀκηδέες εἰσί. Hesiod. in Erg. Ὡς τε θεοὶ σ' ἔζωον ἀκηδέα θυμὸ ἔχοντες. Idem in Theogonia, -- ἐν σήθεσσιν ἀκηδέα θυμὸν ἐχούσας.

Ἀκηδῶς aduerb. Sine cura, Neglectè. ‖ Item Sine sepultura, vt quidem exponit Studas in hoc loco quem citat, ἰδὼν ναυηρὸν πῆμα ἐρίμυθον ἀκηδῶς καὶ ὀλιγωρῶς, παρεληλυθὼς οὐκ ἐπόλμησε, ἀλλὰ ἔγκειται τὸ πεθεῶτα.

Ἀκηδέω, ῶ, F. ήσω, & έσω Nõ curo, Negligo. Il. ψ, Οὐ μὲν μὴν ζώοντος ἀκηδέες, ἀλλὰ θανόντος.

Ἀκηδία, ας, ἡ, Vacuitas mœroris. ‖ Et contrà, Mœroris abundantia. Cuius significationis exẽplum vide in proximè sequente verbo.

Ἀκηδιάω, ῶ, F. άσω, Negligenter ago, Negligens sum circa quidpiã. Basilius, μὴ ἀκηδιάσῃ ὧν θεὸς τὰ παρόντα. Chrysostomus in epist. ad Col. ἐπειδὴ πολλοὶ ἀχρόνιοι ἀκηδιῶσι. id est, Neglectim orant & non attente, Bud. interpr.

Ἀκηδὴς, Animo concido, Mœrore graui afficior. Cyrillus, ὁ δυστυχὴς ἐν ταῖς συμφοραῖς καὶ ταῖς θλίψεσι, ἀκηδιῶν καὶ βλασφημῶν. Sic & Ἀκηδία nomẽ (vnde formatum ἀκηδιῶ, vt ἀκηδέω ab ἀκηδὴς) pro graui mœrore, apud Lucianum, ἀθρόα δὲ δραμοῦσα σε ὁ βίος ὁ τοῦτος ἐν ἀκηδίᾳ καὶ κάματῳ. nã hic ἀκηδία esse dico pro πολυκηδία, scholiastẽ Apollon. sequens qui apud eum ἀκηδείῃσι (pro ei ob metrum) exponit πολυκηδείῃσι. non autem ab ἀκηδὴς deducit, cum Orione apud Etymologistẽ: apud quem præposterè etiam ἀκηδία ab ἀκηδιάω deriuatur. Eustath. ἀκηδιῶ ab ἀκηδῶ vult esse factum, vt μειδιῶ à μειδῶ.

C. Δυσκηδὴς, Mœrore graui affectus, Graues curas habens. Aut etiam Graues & molestas curas afferens. vt Od. ε, Εἰ δή κ' ἐν πόντῳ δυσκηδέα νύκτα φυλάξω, Eustathius exponit δυσφρόνιδα: ita vocari tradens ad differentiam τῆς αὐταρκοῦς. Sed addit & aliam expositionem, videlicet δυσφύλακτον, respiciẽs (vt opinor) ad illud verbum φυλάξω. tunc autem fuerit à κῆδος significante curam & solicitudinem. Hesychius quoque δυσκηδέα exponit δυσφύλακτο, item χαλεπόν. vbi reponendum χαλεπὴν, si huius loci expositionem esse putamus. Vide Προσκηδὴς.

C. Νεοκηδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Recẽtem mœrorem habens. Apud Hesiod. Theog. νεοκηδὴς θυμὸς exponitur Animus recẽti dolore saucius.

C. Πολυκηδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Multum mœroris habens, seu luctus, Magno mœrore affectus. Vel, Multum mœroris afferens, Valde luctuosus.

C. Προσκηδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Curam gerens, Solicitus de aliquo. Homerus Od. φ, Τῷ δ' Ὀδυσεὺς ξίφος ὀξὺ καὶ ἄλκιμον ἔλχε δῶκεν, Ἀρχὼ ξεινοσόῳ προσκηδέος. vbi Eustath. προσκηδέος exponit κηδεμονικῆς, & φροντιστικῆς, item ἐμφρόνιδος addens, contrarium esse τῷ δυσκηδέος & τῷ ἀκηδέος.

‖ Hesychius προσκηδεῖς exponit οἱ κατ' ὀπηδαμίαν οἰκεῖοι, id est Affines. Sunt κῆδεσαι vtrinque (inquit Pollux) οἱ τὸ κῆδος σωάψαντες. id est, Qui affinita em contraxerũt, & πηοὶ apud poetas, & προσκηδεῖς, Herodoto. Hæc ille. Legitur autem προσκηδέες apud Herodotum Ionice, προσκηδέες ἀσταὶ ἔσαν. id est Affines ei erant, Affinitate cum eo iuncti. Bud. tamen exponit etiam Necessitudine deuincti. Addit verò & Amicitia coniũctis: sed hoc latius quàm par sit extendere videtur nominis huius significationem: præsertim quum habeamus alterius expositionis autorem Pollucem, vt vides in loco qui modò ex eo citatus fuit, in quo pro ἑπηοὶ repono πηοί.

C. Φιλοκηδὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Affinitatis amans, Affinium suorum studiosus. In vulg. lex. exponitur, Officiosus in amicitia. Affertur verò in iisdem φιλοκηδὴς λόγος ex Aristoph. pro κηδεμονικός.

C. Ἐπικήδειος, vide post Κηδεύω, à quo Eustath. ipsum deducit.

Κήδεος vide cum Κηδεσός.

Κήδειος, ου, ὁ, Cuius curam gerimus. κήδειος est οὗ κήδεται τις, vt inquit Eustathius (addens esse à κῆδος) in hunc locũ Iliad. τ, Τρεῖς τε κασιγνήτους, τούς μοι μία γείνατο μήτηρ, Κήδειος. Sed ego non simpliciter exposuerim hic Qui mihi curæ erant, sed Dilectos mihi, seu charos. sicut & κήδεστος exponi videmus φίλτατος, id est charissimus. Eustathius certè illo κήδειοι exponi posse putauit hoc κήδειοι, enarrans quendam locum Odyss. λ: sed ita tamen vt addiderit & aliam expositionem; videlicet κήδεσαι & συγγενεῖς. In suis enim scholiis in hunc locum Odyss. λ, -- πολλοὶ δ' ἀμφ' αὐτὸν ἑταῖροι Κήπειοι κτείνοντο γυναίκων εἵνεκα δώων, tradit quosdam hic legisse Κηδειοι: quod sit pro κήδεσαι, συγγενεῖς: & subiungit, ἢ καὶ ἄλλως εἰπεῖν, κήδειοι.

Κηδεὸς autem vide post Κηδεύω: nam inde Eustath. deduci putat.

Κηδεσύνη, ης, ἡ, Mœror, Mœstitia. ET Κηδέσυνος, Mœstus. Exponitur verò & Diligens, ab alia videlicet significatione nominis Κῆδος: sed malim Solicitus.

Κηδωλὸς, Solicitus, Anxius. A Suida exponitur ὁ κηδόμενος καὶ φροντίζων ὅλων, tanquam videlicet ex κήδομαι & ὅλος compositum.

Κηδέπω, ET Κηδαίνω, pro κήδω & κηδῶ nam Κηδέπω est Damnum infero, Profligo: at Κηδαίνω, Curo, Solicitus sum. Exemplum autem illius habetur Od. ψ, -- οἴκον Κηδέπεον, καὶ κτήματ' ἔδεν, βιόωντο τε πάντα.

¶ Κηδάρ, Locus quidã tenebrosus. τὸ πάνυ σκοτεινὸν, ἀπὸ τοῦ Κηδῶ. S Apud Etymologistẽ autem legitur Κήδαρ, & dicitur significare τὸ σκοτεινὸν, à Κηδῶ quod est κοιμῶμαι: sed huius signif. verbi κηδῶ exemplum desidero.

¶ Κεδνὸς, Dignus cuius cura geratur, In pretio habendus, aut In pretio habitus, ob virtutem aliquam videlicet. Homerus Iliad. ι, -- πολλὰ δ' ἑταῖροι Οἵ οἱ κεδνότατοι καὶ φίλτατοι ἀμφεπόνοντο. qui alibi κήδειοι. Interdum nõ solùm In pretio habendus, sed etiam Venerandus: vt apud Gregorium, Ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐφύλαξα θεοῦ μυστήρια κεδνά, mysteria veneranda. ‖ Exponitur & Prudens. q.d. Cuius animus curas prudentes versat. nam κεδνόπατις veteres grammatici exposuerunt φρονησικόπατις, idem hoc valere dicentes quod σοφώπατις, aut σωφρόπατις, in hoc versu Odysseæ κ, v. 225, Ὡς μοι κήδιστος ἑπάρων ἦν κεδνόπατίς τε. Ab Eustathio autem Odyss. α, ἀμφίπολος κεδνή (in hoc versu, Ἀμφίπολος δ' ἄρα οἱ κεδνὴ ἐκάπηρε παρείσῃ) exponitur & σωφρὼν & κηδεμονική. vbi κηδεμονικὴ sonare videtur Prouida. Quæ expos. conuenire posit & huic loco, κεδνὸ νοῦν αἴακτος Od. ξ. Nisi quis malit Honorandi, aut etiã Venerandi. quo modo & μήτηρ κεδνὴ vocari Hesiodo videtur ab obseruantia quæ ei exhibetur, aut certè exhiberi debet à liberis. Legimus verò & κεδνὴ ἄλοχος, siue ἄκοιτις, apud eosdem poetas: quod exponitur σώφρων, item σώφρων: Latinè Proba mulier, item Casta. quòd prudentiam castitas comitari soleat. Dicitur item aliquid κεδνὸν quod est Probum, Honestum. vt ἄλοχος

κεδν' εἰδυῖα, Homero. quæ & vno verbo κεδνή. (Sunt tamen qui & hic κεδνὰ exponant σωφρονα) Et κεδνὰ ἤθεα Hesiodo, Παρθενικὴν δὲ χαμεῖν ὡς κ' ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς, Virginem ducito in vxorem, vt bonos mores eam doceas vel honestos. Sic apud Naumachiũ, Κεδνὰ κακοὶ φθείρουσι χαμαιγενῶν ἤθεα μῶροι. Apud Sophoclem autẽ in Aiace, Οὔπω τι κεδνὸν ἔργον ἀρχείων ἄπο, exponitur καλόν. Cæterùm hoc nomen κεδνὸς Eustathius à κήδομαι deriuat: alicubi verò ab actiua voce κήδω: addens κεδνὸς dici quasi κηδικός.

ΚΗΔΕΥΩ, Curam funeris gero, seu exequiarum, aut parentalium, Curo exequias alicuius. Sed breuius exponere possumus, atque adeo verbo vno, Funero, vel Parento. aut (si verbo antiquo vti licet) Exequior. Plutarchus in Fabio, Φάβιον ἐκήδευσαν, Fabium funerarunt, Funus exhibuerunt Fabio. Exponitur & Sepelior. dicitúrque interdum κηδεύειν τὸ σῶμα, vt apud Plutarchum in Amat. narr. vbi Polit. vertit Humo mãdare corpus. Passiuum Κηδεύομαι, Mihi funus exhibetur. Plutar. De Socr. dæm. ὡς ὅτι ξένης ὁ Λύσις ἄλλως κακῶς ἐκηδεύετο. Ibidem, κεκηδεῦθαι τὸ Λύσιδος σῶμα. Fit autem Κηδεύω à Κηδέω, vt docet Eustathius, ab hoc κηδεύω deriuãs cum alia, tum Ἐπικήδειος, item Κηδεὸς, quo vtitur Homerus. A Κηδέω (inquit) per epenthesin τὸ υ fit Κηδεύω: quod dicitur & pro θάπτειν, (id est Sepelire) vnde κηδεὸς κεκως: & pro ὀπταυβοῦσθαι.

Κηδοῦω, Affinitatem contraho, Matrimonium contraho. Æschylus pro ὀπταυβοῦσθαι vsus est (teste Eustathio) scribens, κηδεύει καθ' ἑαυτὸ, ἀφίσεται μακρᾷ. Ex Euripide quoque affertur, κηδεύειν πνα. Aristoteles Pol. lib. 5, cap. 7, de Spartanis loquens, καὶ ἔξεστι ποιεῖν ὃ, τι αὐτοῖς δοκοῦν μᾶλλον, καὶ κηδεύειν ὅτῳ θέλουσι, pro Contrahere matrimonium cum quocunque velint. (pro quo imperitissimè quidam interpretati sunt, Cuiuscunque voluerint, curam habere.) Sic apud Laertium in Aristotele, 215, οἱ μὲν φασι παιδικὰ ἠρᾶσθαι αὐτὸν, οἱ δὲ κηδεῦσαι αὐτῷ δόντα τὴν θυγατέρα ἢ ἀδελφιδῆν. id est, Affinitatem cum eo contraxisse, vt Budæus vertit. Idem affert κηδεύω pro Affinis fuit, seu Affinitate coniunctus, vel Socer fuit, ex Plutarcho in Demetrio 188, Δημητρίου τοῦ υἱοῦ ἀπέλπιστος ἀτυχία, κηδεῦσαι Σελεύκῳ. Itidem verò ex Appiano pro Socer fuit, Ciuil. bell. lib. 5, Σκιπίων τῷ Λίβωνος ἀδελφῷ τὸν κηδεύοντες Πομπήϊον. Supra autem dixerat Λεύκιος δὲ Λίβων κηδεστὴς τοῦ Πομπήϊου.

Κηδεύειν & pro ὀπτὰ μέλεαν ποιεῖσθαι, id est Curam alicuius gerere, Bud. affert ex Euripide, ἀλλὰ κηδεύτω σ' ἐγώ.

Κηδεία, ας, ἡ Funeratio, Parentatio, Sepultura. Exponitur etiam τὸ ὀπτὸν ἀθρόον ἐκφορᾶς πένθος. Apollonius Argon. 2, Ἀμφὶ δὲ κηδείῃ νέκυος μέγα. Herodian. lib. 4, τὸ μὲν γὰρ σῶμα πολυτίμοις τε πολυτελεῖ κηδείᾳ καταθαπτόμενον ἀνθρώπων νόμῳ, id est Sumptuoso funere sepeliunt, Polit. interpr.

Κηδεία, Affinitas. Eurip. in Suppl. οὐκ ἐγγυῶ ξυνοῖκα κηδείαν δόμοις. In vulg. lex. ex Xenoph. σωτήρια ἀνθρώπεις εἰς κηδείαν. Dicitur interdum ἡ φθόρα πνα κηδεία. vt apud Aristot. Pol. 5, διὰ καὶ ἡ Λοκροῦν πόλις ἀπώλετο ὑπὸ τῆς φθορᾶς Διονύσου κηδείας. Idem alibi, κηδεία & οἰκειότητα coniunxit, ἢ κατ' ἄλλου πνὰ συγγένειαν, ἢ φθορὰ αἵματος, ἢ κατ' οἰκειότητα καὶ κηδείαν.

Κήδευμα, ατος, τὸ pro κηδεία, Affinitas, apud Plat. De legib. lib. 6, κοσμίων τε πατέρων χρὴ φθορᾶς γίγνεσθαι κηδεύειν τὸ καθ' ἑαυτὸ ἑκάστου ἐπαμφότερον εἶναι καὶ θᾶττον τοῦ δέοντος φθορᾶς πάσας ταῖς φροντίσεσι φερόμενον τὸν δι' ἐναντίας πεφυκότα, ἐπὶ θάνατον κηδεύματα παρεύεσθαι. ‖ Sophocles autem in Œdipo Col. κήδευμα pro κηδεστὴς dixit, Ἄναξ ἐμὸν κήδευμα, in Œdipo Tyranno, pag. 152 meæ editionis.

Κηδεύσιμος, Cura dignus. vt quidem exponitur apud Didymum exponentem Homericum κηδεὸς illo κηδεύσιμος. Fortasse rectius, Cura sepulturæ dignus.

Κηδευτὴς, Qui curam gerit alicuius, Curator. Pro κηδεμὼν ab Aristotele accipi videtur Probl. sect. 19, quæst. 48, ἔστι γὰρ ὁ χορὸς κηδευτὴς ἄφωνος. Δύνοιαν γὰρ μήλων παρέχεται οἷς πόρεσι.

C. Ἀκήδευτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἀκήδευστος, quum accipitur pro Inhumatus. Plut. in Pericle, φθεβαλεῖν ἀκήδευτα τὰ σώματα.

C. Ἐπικήδειος, Funebris, Ad funus pertinens. vt ὀπτικήδειος λόγος, funebris oratio. Sic ὀπτικήδειος ᾠδὴ, Funebre carmen, Plato De leg. Apud Suidam legitur, ὀπτικήδειον, ὀπτάφιον, ὀπτανάσιμον. Et ὀπτικήδειος θρῆνος (addit idem) ὁμοίως. Eustathius scribit ὀπτικήδειον λόγον affinitatem habere cum eo qui ὀπτάφιος & μνημαπτὴς appellatur. Dixerat autem antea τὸ ὀπτικήδειον esse ἔπαινον τοῦ τελευτήσαντος μετὰ πάνος μετὰ κόσμου τιλασμοῦ. Hoc præterea observandum est, à Suida ὀπτικήδειος θρῆνος poni, at Eustathiũ ὀπτικήδειον & θρῆνον ita distinguere, vt ὀπτικήδειος quidem sit ἔπαινος (&c. vt paulo antè habes) at θρῆνος sit qui ἀδεται παρ' αὐτῇ τῇ συμφορᾷ τοῦ θάφης καὶ μετὰ θαφὼ, καὶ κῆ τὸν ἐνιαύσιον χρόνον τῆς κηδείας. ἀδόμενος ὑπὸ θρεττανίδων καὶ ἀθροῦ αὐτῆς. At Seruius in hunc Virgilii locum, ecloga 5, Immo hæc in viridi nuper quæ cortice fagi Carmina descripsi, & modulans alterna notauit, Experiar: annotat quæ sequuntur, Significat autem cãtaturum se ὀπτικήδειον & ὀπτάφιον. Nam ὀπτικήδειον est quod dicitur cadauere nondum sepulto: vt, Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim Flebant: ὀπτάφιον autem post completam sepulturam dicitur: vt, Daphnis ego in syluis hinc vsque ad sydera notus. Porro in vulg. lex. habetur ὀπτικήδιος & ὀπτικήδιον cum solo ι, sed perperam, vt opinor. nam & ipse Eustathius vbique cum ει scribit: qui etiam à Κηδεύω deducit, vt antea admonui. ἐκ τοῦ Κηδέω (inquit) & per pleonasmum τὸ υ Κηδεύω, est ὁ κηδεὸς, καὶ ὁ ὀπτικήδειος δέ. Idem alibi, nimirum p. 1293, vt καθαρεύω, καθαρεύεις, & ὀπτοπόδιον ὀπτοπόδειος, sic κηδεύω κηδεύεις: vnde ὀπτικήδειος.

Κηδεὸς, Cura dignus, φροντίδος ἄξιος, vt exponit Eustath. in hoc loco Homeri Il. ψ, — ἔνθα σ' ἀμφιπονήσωμεν ἐοῦ μάλιστα Κηδεὸς ὅτι νέκυος. Additque fieri à verbo Κηδεύω abiecto υ. à quo fit & κηδεώνης paulo post, pro οἱ τῆς κηδείας φροντίσαι. (ed in hac deductione nominis κήδεμονες sibi non cõstat: hic grammaticus: quippe qui alibi à κήδεσθαι futuro verbi Κηδέω illud deducat: itidem verò sibi non constat in deductione nominis κηδεστὴς.) Didymus autem, aut quicunque est breuium scholiorum autor, exponit itidẽ φροντίδος ἄξιος, sed addẽs & κηδεύσιμος. Potest autẽ εἶναι, ὅτι φροντίδος ἄξιος, reddi, Ad quos cura eius pertinet, vel Quorum est curã eius gerere. Quasi, Qui suo quodam iure hoc officium ab illis poscit. Bud. vertit Familiares, siue affines ad quos funus pertinet.

C. Συγκηδεύω, Vnà funero, seu Vnà sepelio. Paff. Συγκηδεύομαί σοι, Vnà recum funeror, seu Vna sepelior, Vnà tecum sepultura mandor.

ΚΗΛΕΩ, ῶ, Mulceo, Permulceo, Delinio: θέλγω, quod propriè verborum aut cãtus dulcedine aut aliorum auribus gratorum illecebris fit, (vt Plutarch. in κήλησις infrà docet) ideóque Cicero interpret. Suauitate auditus animũ delinio. Theopõp. poeta apud Athen. lib. 11, Ὡς ποτ' ἐκήλησεν Καλλίστρατος ὕμας Ἀχαιῶν Κέρμα φίλον πείθειν, ὅτι συμμαχίαν ἔρεεν, Οἷον δ' ἐκήλησε δέμας λεπτὸν Ῥαδάμανθυν Λύσιδος. Plutarch. De Herodot. Μῦθον δ' ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὀπυιόφρων μὲν ἀλιγυρῶς ἢ γλαφυρῶς ἠγόρευεν, ἀμέλει ταῦτα καὶ κηλεῖ καὶ φεσάγεται πάντας, omnes permulcent & attrahunt. Paff. Κηλέομαι, Demulceor, Permulceor, Delinior, θέλγομαι οἷον αὐλοῖς καὶ ἡδυφωνίαις, vt Suidas exponit. Æschines contra Ctesiphontem, ἀφομοιοῖ τὸν μου πολὺ φύσει τοῖς στρόβοις, ὡς ἔοικε. καὶ γὰρ ἐκείνων ἐκηλεῖσθαί φησι τοὺς ἀκροωμένους, ἀλλ' ἀπόλυσε, paulo antè verò vtitur itidem alio vocabulo deliniendi, videlicet πολυπεύσαι, quod blando tactu fit, sicut hoc κηλῆσαι verborum illecebris aut etiam incantamentis. Plutarchus De solert. anim. κηλοῦσαι μόνον ἔλαφοι καὶ ἵπποι σύριγξι καὶ αὐλοῖς. Gell. dicit Permulcti sonis mitioribus. Idem Plutarch. Coriolano, pag. 71, πολυκοσμίως καὶ σωφρόνως ἀκούειν αἰρόμενον καὶ κηλούμενον. Sic idem paulo antè copulat κηλεῖ καὶ φεσάγεται. Lucianus Hermot. de poetis & scriptoribus fabulosis, ὅμως ὁ πολὺς λεὼς πιστεύουσιν αὐτοῖς, καὶ κηλούμενοι ὁρῶντες ἢ ἀκούοντες τὰ τοιαῦτα, διὰ τὸ ξένα καὶ ἀλλόκοτα εἶναι. Apud eundẽ est partic. κεκηλημένος. Plato lib. 2 De rep. Θρασύμαχος γάρ μοι φαίνεται ὥς τῷ ὄφεις κηλεῖσθαι. Latinum quoque vocabulum Mulcere frequenter accipitur pro Verbis siue verborum illecebris delinire. Ouidius, Pastor arundineo carmine mulcet oues. Idem, Auribus mulcendis apta

referre. Idem, Ad aures mulcendas natus canor. Horat. quoque carmine mulcere puellas dicit, itémque Aures permulcere. Sic Cicero, Sonus & numerus permulcent aures. Et Quintilianus, Prauis voluptatibus aures assistentium permulcere. At Liuius, Paulatim permulcendo tractandóque mansuefecerant plebem.

Κηλέομαι accipitur etiam pro Delector, Oblector: vt in hoc apud Eustath. epigrammate in Hecaten siue Dianã, Δέσποινα τριοδῖτι, πολυμορφε, πολυθέσπιε, πείθαις κηλουμένη, id est χαίρουσα, θελγομένη. ‖ Κηλῶ Suidas exponit non solùm ἀπατῶ, sed etiam βλάπτω: Hesych. autem nõ solùm, φεναπατῶ, θέλγω, πείθω, verumetiam καταμαραίνω.

Κηλήθρα, ου, ὁ, Mulcedo, vt Gellius vocat, Aurium delinimentum, Aurium illicium, Aurium oblectamentum, Voluptas qua aures permulcentur. Od. λ & ν, Ὡς ἔφαθ' οἱ δ' ἄρα πάντες ἀκλὺς ἐγένοντο σιωπῇ, Κηλήθρῳ δ' ἐθέλγε κῆ μέλεσι σκιόεντα. Gellius dicit, Quæ nullas voluptates, nullamque mulcedinem Veneris neque Musæ haberet.

Κήλημα, ατος, τὸ, idem, siue ἀπάτη. Suid.

Κήλησις, εως, ἡ, Delinitio, qua aures permulcentur: Actio ipsa mulcendi siue permulcendi aures. Plutar. De solertia anim. ἡδονὴς δὲ τὸ μὲν δι' ὤτων, ὄνομα, κήλησίς ἐστι· τὸ δὲ δι' ὀμμάτων, γοητεία. Hoc verò Stoicorum dogma, κήλησις ἡδονὴ δι' ὤτων καταπλοῦσα, Cicero Tuscul. 4, ita interpretatur, Delectatio, Voluptas suauitate auditus animum deliniens.

Κηλητήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, Mulcendi vim habens, Cui permulcendi facultas inest. Vnde in fœminino genere apud Hesych. κηλητηρία quod exponit, παῖ φωνὰς θεραπευούσας. Et apud Suidam κηλητήρια ἀσματα, quæ & θελκτικὰ μέλη, Ad aures mulcendas natus canor, vt Ouidius loquitur. A T Κηλητήριον, ου, τὸ, Delinimentum ad aures permulcendas, propriè: vel Illicium quo animum alicuius permulcemus. idem quod κηλήθρα suprà. Soph. Thrach. Ἔσται φρενός σου τῶνδε κηλητήριον, Hoc permulcebit animum tuum, Isto delinimento pectus tuũ mulcebis. Pro quo per syncopen D I C I T V R Κήλητον, sicut θέλκτον pro θελκτήριον, Delinimentum quo pectus alicuius mulcemus. φίλτρον, θέλγητρον, Hesych.

Κηλήτωρ, ορος, ὁ, Delinitor, Qui aures alicui permulcet.

A T Κηλήτειρα, ας, ἡ, Quæ aures siue animum alicui mulcet, Quæ dictis alicuius pectora mulcet, vt Virg. loquitur. At Hesych. ἡ πυχάγρια.

C. Ἀκήλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui permulctus non est, aut permulceri nequit. Qui mulcedine captus non est, aut capi nõ potest, Qui permulcendo tractandoque mansuefactus non est, aut mansuefieri nequit. Odyss. κ, Σοὶ δέ κε ὀν πτῆνα ἀκήλητος ἰόος ὄφις. id est ἄθελκτος καὶ ἀπατηθεὶς, vt Eustathius exponit. Annotat tamen idem, veteres accepisse pro ἀκατάπικαστος, Infracta, Pertinax.

Κηλιδών, όνος, ἡ. Pindarus similiter κηλιδόνας dicit vt Homerus σειρῆνας, quæ videlicet facerent πολὺ ἀκροωμένους ὀπτηλαθέσθαι τοῦ ὑφ' ἡδονῆς καὶ οὕτως ἀφανίζεσθαι, vt Eustathius docet. Eadem tradit Athen. lib. 7. Dubium verò est an Pindarus hoc Sirenibus epithetum tribuerit, διὰ τὴν κηλήθρην, vt Homerus loquitur, an verò intelligat alia aliqua ᾠδικὰ δαιμόνια.

C. KATA Κηλεόω, ῶ, Demulceo, Permulceo, Suauitate auditus animum delinio. Exemplum cum Ciceronis interpret. habes in Κήλησις paulo antè. V N D E Κατακηλητικός, ου, ὁ, Qui permulcere seu demulcere potest, Cui facultas inest permulcendi & suauitate auditus animum deliniendi.

Κηλαίνω, idem quod κηλέω, Mulceo, Demulceo, Suauitate auditus animum delinio, Permulcendo tractandóque mansuefacio, θέλγω, vt Hesychius exponit. Item κοσέω, apud eundem, quod fortassis ad κήλη pertinet.

Κηλέης, ου, ὁ, Qui aurium illecebris decipit, Qui mulcedine aliquem capit. ἀπατεών, Suid. sicut κηλέω ei significat ἀπατάω.

Κηλεὶς, έος, ὁ, idem. v. l.

K H Λ H, ης, ἡ, dicitur apud veteres tumor omnis, quacũque in parte fuerit: siue in scroto (vt quæ vocatur ἐνπρόκηλη) siue in inguinibus, siue etiã in gutture. cuius generis sunt βουβωνοκήλη & βροχοκήλη. Postea verò magis dici cœpit de scroti tumoribus, quòd illi tũ frequẽtiores sint, tum multo magis diuersorũ generũ. Recẽsentur autẽ hæc ferè eius generis apud medicos, βουβωνοκήλη, ὀσχεοκήλη, ἐντεροκήλη, ὀμφαλοκήλη, ἐπιπλοκήλη, πνευματοκήλη, ὀδοντοκήλη, κιρσοκήλη, præter alia quæ duobus generibus constant. Gorr. Galen. De tumor. præter naturam, c. 15, de enteroepiplocele loquens, κεφαλῶν ὄνομα, τῷ τῇ συμπαντὸς τοῦ κῦ ἀθῆ ὄγκοις ὄνομαζόντων κήλας· διὸ καὶ τὸ τοιχεῖον τῆς κεφαλῆς λεγομένης συλλαβῆς, οὐ διὰ τὸ α, καθάπερ ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν. Marcell. Diosc. interpres. Ramices à Latinis vocari tradit, in primisque à Celso. Eustathius à κηλέω detinari putat, ac dictam κατ' αἰτιοφέρεσιν: Suidas autem à χαλάω.

Κηλήτης, ου, ὁ, qui eo vitio laborat. Synesius in epist. καὶ ἐκάλουν ἀλλήλους οὐκ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀτυχημάτων, ὁ χωλὸς, ὁ κηλήτης, ὁ ἀρίστοχειρος, ὁ κεφαλαλγής. Vbi exponitur Herniosus. nam hernia sub cele comprehenditur.

KHP, ρὸς, ἡ, Sors, Fatum. Sophocles Trach. Ἀλλ' ἐπὶ πῶν θελκτῆς. ὡς ἐλευθέρῳ ψυδεῖ καὶ εἰδὼς, κὴρ πρέσβιστον οὐ κάλη. id est, μοῖρα, κληρὸς, μοῖρα, πύχη, vt schol. exponit. Sed plerunque in malam partem capitur, pro Fatum lethiferum, Fatum funestum: Vel Sors funesta, Sors aduersa, aut etiam Sors dura fati. Homerus, — δεῦ εἰδὼς κῆρ' ὀλοὸν ὅτ' νηὸς ἔβαινε, Luctifici gnarus fati conscenderat æquor. Il. ψ, Hector ab Achille dicitur, — ἐμὲ μὲν κὴρ Ἀμφέχανε συγκεῖ ἠπὲρ λάχε γενόμενον πρ. Id μοῖρα vocat in versu sequenti, Il. π, ὑπὲκ φυγε κῆρα κακὸν μελανος θανάτοιο. Odyss. τ, — ἠδὲ κέ τις θάνατον καὶ κῆρα φύγοιμι Iliad. ω, — ἔμελλε Οἴ' ἀπὸ θάνατόν τε κακὸν καὶ κῆρα λιπέσθαι. Iliad. μ, — κῆρες ἑστᾶσιν θανάτοιο. Μυρία, ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι. Iliad. β, εἰ μὴ κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι. Id est, vt Cicero interpr. Qui non funestis liquerunt lumina fatis. Sic in Bœotia, κῆρες ἄγον μέλανες θανάτοιο. Item Iliad. ψ, Εὖ οἶδ' ἐπεὶ δυο κῆρε πεπληγόες θανάτοιο, duo fata lethifera, δυομοῖρες: de Ioue qui in bilance fatũ Græcorum & Troianorum in certamen descendentium statuebat. Quum verò seorsum ponitur, nec θάνατος ei adiungitur, plerunque solet exponi Lethum, Mors, θάνατος. Iliad. σ, de pugna Græcorum & Troianorum, ἐν δ' ὁλοὴ κὴρ, Ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούπατον, ἄλλον ἄουτον, Ἄλλον τεθνεῶτα κατ' οὖδας ἕλκε ποδοῖιν. Iliad. χ, Achilles ad Hectorẽ morientem, Τέθνα· ἀτὰρ κῆρα σ' ἐγὼ τότε δέξομαι ὁππότε κεν δὴ Ζεὺς ἐθέλῃ τελέσαι. Odyss. γ, κηλεδαμεὶς ἀϊδὸς δὲ βεβήκει. Odyss. ι, Πειρήσω ὡς κ' ὔμμι κακὰς ἐπὶ κῆρας ἱκάνω. Odyss. ρ, Τοῦτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω. Il. μ, Ζεὺς κῆρας ἄμμιν, Παιδόβρε. Odyss. ε, ὑπὲκ φυγε κῆρα μελαιναν. Odyss. χ, ἀλύσκων κῆρα μελαιναν Iliad. γ, κῆρ ἀλεείνων, lethũ fugiens. Odyss. ρ, μελαίνῃ κηλεδεόνων. Vruntur hoc vocabulo quidam etiam prosæ scriptores. Plutarchus de amore fraterno, φθόνοις ἐμπεσὼν καὶ ζηλοτυπίαις, ἃ δρᾶσι νοσήματα, καὶ κῆρας, οὐκ οἰκίας μόνον ἀλλὰ καὶ πόλεσιν ὀλεθρίους. Vbi noxas aut pestes, vel potius Fatales noxas & pestes exponi etiam posset. nã & Hesych. κῆρας dicit esse βλάβας. Pro Pestis certè metaphoricè accipitur in hoc apud Suidã loco, ἀξιῶν αὐτὸς πάσης ἐλαυνεσθαι τῆς καὶ θαλάσσης, ὡς ὄντας κῆρας πολεῶν καὶ πολιτείας, vt pestes & noxas reip. Bud interpr. Dira calamitas, Noxa, apud Platonem lib. 11 De leg. pag. 349, circa finem, πολλῶν ὄντων καὶ καλῶν ἐν τῷ βίῳ τοῖς πλείοσι αὐτῶν αἱ κῆρες ὀπτοπφύκασιν, αἱ καταμιαίνουσί τε καὶ καταρρυπαίνουσιν αὐτά. Plutarch. in Antonio, Ἀντώνιος δὲ λαμπρῷ κατ' ὤραν ἐρωμένῳ τῷ Κουιείωνος φιλίαν καὶ σπουδὴν ὥσπερ πνὰ κῆρα τοῖς πιστεῖν λέγοισι, perniciem & exitium, vt ex sequẽtibus apparet. Bud. Apud Philonem autem lib. 3 De vita Mosis, vbi de igne profano & quo vnusquisque domi suæ vtitur, dicit ὅπως μὴ φεσάλωμεν τὸν θεμοῦ, διὰ τὸ μυείας ἴσως ἀναμεμιάχθαι κῆρας. Turn. interpr. Sexcentis fortasse maculis inquinatum esse. Sic verò Hesych. quoque κῆρας exponit μολύσματα. Theophr. locis quoque suas κῆρας tribuit, id est Fatalia vitia, Fatales ægritudines & morbos. De caus. plant. lib. 5, cap. 14, vbi de arborum morbis tradit, ὅλως δ' ἑκάστοις τόπων ἰδίας ἔχουσι κῆρας, οἱ μὲν ἐν τῷ ἐδάφει, οἱ δ' ἐν τῷ ἀέρι, οἱ δ' ἐν τῷ ἀμφοῖν. Vnde desumptũ videtur quod Plin. scribit l. 17, cap. 24, vbi & ipse de morbis arborũ disserit, Sunt enim quædam ægritudines & locorum. Paulo pòst verò morbos locorum dicit. Pro morbo certè accipi à

Sophocle restatur eius scholiastes in Philoct. — πῶς γὰρ αὖ νοσῶν αἰὴν Κῶλον παλαιᾷ κηλεῖ θεσβαίῃ μακραί; paulo antè verò dixerat βαρεῖαν νοσηλείαν. Sic in eadem tragœdia, οὗ γὼ ἵν' ὄπ σοι κῆρα παύσῃ ἀποφύγειν, id est νόσον, morbum.

C. Κηροφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Lethum seu mortem afferens. (q.d. Mortem nutriens, & velut in sinu fouens) Lethifer, Mortifer. Nicand. Ther. de ichneumone, cui aspidem nocere non posse tradit, οὔτε λυγρὰ θαλπούσης ὄφιος κηροφόρα ὠεὰ γαίῃ. id est lethiferi anguis, respectu vel ouorũ quæ & ipsa mortem inferre putantur, vel veneni quod parit: vnde & Pestiferi aliquis interpretari posset.

C. Κηλεβρόφης, έος, ὁ ἡ, Qui vnà cum lethifero fato alitur, Vel Qui educatur inter multas duræ sortis miserias, & illis est obnoxius. Hesiod. Erg. πᾶσ' σείεται ἀστὴρ βαιὸν ὑπὲρ κεφαλῆς κηλεβρόφων ἀνθρώπων. Ἔρχεται ἠμαπάς.

C. Κηείφατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui morbo decessit. nam κηείφατοι Hesychio sunt ὅσοι νόσῳ τεθνήκασι.

C. Κηεφαμώτης, ου, ὁ, Lethiferi fati propulsator. ὁ κῆρας ἀμύνων, vt Homerus loquitur. Idem qui Sophocli ἀλεξίμορος, & aliis ἀλεξίκακος. Eust. citat ex Lycophr.

C. Κηρουλκός, οῦ, ὁ καὶ ἡ, Ad fatum lethiferum trahens, Ad funestum fatum rapiens. ἡ εἰς θάνατον ἕλκουσα. Etym.

C. Κηρεαπρόρριπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui à lethifero fato fertur, Quẽ funesta fata adferunt, seu secum adducunt. Iliad. η, Ἐξελάσαι σὺν δὲ κύνας κηρεσφόρριπτος, Οὓς κῆρες φορέουσι μιαιφόνα δῖπ νηῶν. Vbi Eustath. annotat, per posteriora hæc verba, Οὓς κῆρες φορέουσι, explicari præcedentia, ac non actiuè accipi debere, sed passiuè.

C. Ἀκήλεος, ου, ὁ καὶ ἡ, Immortalis, Fato lethifero nõ obnoxius, Iuris fatalis vel parcalis immunis. Bud. Phocylides, Ψυχαὶ δὲ μίμνουσι ἀκήλεοι ἐν φθιμένοισι. Eustath. hæc refert ex Rhet. lexico, Ἀκήλεος, ἀθάνατος, ὑγιής, ἀθάνατος, μὴ ὑποκείμενος, δηλονότι κηλῖ. Id est, Ἀκήλεος, Morbi expers, Sanus, Immortalis, Non obnoxius videlicet κηλεῖ. Puto autem, ἀκήλεος exponendo Immortalis, accipi debere κῆρα pro parca: at exponendo Morbi exors, Sanus, pro pernicie seu peste & exitio. vnde ἀκήλεος exponitur & ἀβλαβής, Illæsus, Qui nõ passus est vllam κῆρα. Quæ explicatio conuenire potest huic loco Od. φ, Σκύλλιν δ' οὐ πώποτ' ἀκήλεοι ἄνδρες ἄλυξαν, id est Illæsi. Quanquam in paruis scholiis exponitur χωλὶς κηρὸς (ita enim corrigo quod in vulgatis editionibus legitur, κήρυκας) χωλὶς θανάτου, absque morte. Videtur autem ipse Homerus statim pòst velut alludens ad hoc dictum ἀκήλεοι ἄλυξαν, subiunxisse, αὐὰρ δὲ κακαὶ ὑπὸ κῆρας ἄλυξαν. Exponitur autẽ ἀκήλεοι, ἀβλαβεῖς, (i. illæsi) ab Eustathio, Il. μ, Τῇ δ' οὐ πώποτε ναῦται ἀκήλεοι ἀνχόωνται. Sic etiam apud Nic. accipitur in Ther. Ἰχθύμων δ' ἀράμοδος ἀκήλεος ἀπόβλητος ὁρμῶ Ἀλάβαται, Illæsus effugit: vel Non interimitur & occiditur seu occidi potest ab aspide. αὖθι κηρὸς καὶ θανάτου. ‖ Item Ἀκήλεος in actiua significatione, Non exitialis, Non lethifer. Vide Nicandri scholiastem.

C. Ἐπίκηρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fato lethifero obnoxius, Fatalibus morbis obnoxius: interdũ etiam Caducus, Fluxus. Opponitur τῷ ἀκηράτῳ ab Aristotele De mundo. ait enim αἰθέριον φύσιν ἄθεσπον εἶναι καὶ ἀνεπιρρόητον, τῷ δὲ τούτῳ συνεχῆ, παθητῷ καὶ φθαρτῷ καὶ ὀπίκηρον. paulo antè verò dixerat τὴν ἄστρων οὐσίαν ἀκήρατόν τε καὶ θείαν εἶναι. Apud Theophrastum verò De historia plantarum lib. 6, cap. 7, vbi abrotonum esse dicit δ μέγιστον σφόδρα καὶ ὅλως ὀπίκηρον, exponitur Aeris iniuriis obnoxiũ. Ἐπίκηρος ab eodem Theophrasto opponitur τῷ ἰσχυρῷ, id est Robusto, Valido: lib. 7, φιλόκαρπα δὲ τὰ χειμερινὰ οὐχ ἧττον τῶν θερινῶν, καὶ τὰ ὀπίκηρα τῶν ἰσχυρῶν. Substantiuè autem capitur τὸ ἐπίκηρον. Plutarch. Sympos. 4, κατηγορεῖ δ' αὐτῶν καὶ ἡ βραχύτης τοῦ βίου τὸ ἐπίκηρον καὶ νοσώδες, lethifero fato & morbis obnoxia esse. In Axiocho, εἶτα λαθὼν ὑπεισῆλθε τὸ γήρας, εἰς ὃ πᾶν συρρεῖ τὸ τῆς φύσεως ἐπίκηρον καὶ διεφθαρμένον, quicquid in natura vitiosum seu interitui obnoxium est. vnde Ἐπίκηρος, More eorum qui fato lethifero & fatalibus morbis obnoxii sunt. Isocrates in Busir. encom. τῆς φιλοσοφίας ὀπίκηρος διακειμένης καὶ φθονουμένης διὰ τοὺς τοιούτους τοὺς λόγους. Philo De mundo, τὸ μὲν ὀπίκηρος τε ἐξ ἑαυτῶν ἔχει, καὶ δυναστεύεται τοῦ μενέων, natura sua fluxa sunt. Bud.

Ἐπικήρεος, ου, ὁ καὶ ἡ. idem quod ἐπίκηρος. Heraclitus apud Lucianum in Vit. auct. ἡγούμαι δὲ ὦ ξένε τὰ αἰθρώπινα τοιήγματα οἰζυρὰ καὶ δακρυώδεα, καὶ οὐδὲν αὐτέων ὅ, τι μὴ ὀπικήρεον.

Κηρέσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fatalis, Noxius. κηρέσιον apud Hesych. ὄλεθρον νοσηρόν.

Κηρεῖαι, Fasciæ sepulchrales. vulg. lex. Cuius expositionis vestigia apparent in his mẽdosis apud Hesych. verbis, ὀπθανάτα ἐντετυλιγμένα. quasi velit dicere, Quibus ii qui fato functi sunt, inuoluuntur. Pro quo scribitur & κειρεῖαι. vt Ioan. 11 de Lazaro, ἐξῆλθεν ὁ τεθνηκὼς δεδεμένος τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας κειρείαις. AT Κηείαι, Lũbrici lati. Erot.

Κηραίνω, Perimo, Interimo, Corrũpo, Nocco. φθείρω, βλάπτω. Hesych. ‖ Item neutraliter Fatali quodã interitu pereo, Miserè pereo, διεφθαρμαίνω, vt Hesych. exponit, cum quo vocabulo copulatur à Philone De vita Mosis lib. 3, ὀρχηστῶν ὀπτδείξεσι, τοῖς αἱ κηραίνοισι καὶ διεφθαρμένοι εἰσὶ θεαθμανοιῶντες. Turneb. ibi interpr. Quæ depereũt. Fortassis etiã exponi posset, Quasi fato quodã iis addicti sunt & miserè immoriũtur. Nisi potius ad sequentẽ significationem referendum videatur. ‖ Κηραίνω, à κῆρ (id est cor) deriuatũ, Animo voluto, Animo verso, Solicitè & anxiè cogito. μεμνῶ, φροντίζω. Euripides apud schol. Soph. πῶς τ' ὦ τέκνα τάδε κηραίνετε. VNDE Προκηραίνω, Anxiè cogito de, Solicitus sum de. Sophocl. Thrach. de Deianira, λέχος δὲ Ἡρακλεῖ κριτὸν Ξυστᾶσ', ἀεὶ τὸν ἐκ φόβου φόβον τρέφω, Κεἰνῳ τοῦ κηραίνουσα, Anxiè & solicitè de eo cogitãs, Anxia & solicita de ipsius salute & reditu. Schol. ibi exponit ἀμφιῶσα, μεμεμνῶσα, καὶ τὴν κέαρ, id est ἐν βάθει βουλευομένη.

C. Ἀκήρατος, ου, ὁ καὶ ἡ Immortalis, Incorruptus. Idẽ quod ἀκήλεος, in significatione quam primo loco posui. Iridem factum à κῆρ, vel à κηραίνω, quod ipsum à κῆρ deriuatum est. Etymologistes vult esse vel à κηραίνω dictum ἀκήρατος pro ἀκήρατος: vel à χῆρας factum esse ἀχήρατος, deinde & ἀκήρατος. Eustathius ἀκήρατος à κῆρ & ἄτη, vt ἀκηρασίος à κῆρ & ἄση, deducit. Ego illam deductionem sequor à κηραίνω. Notandum est autem ἀκήλεον à solis poetis vsurpari, sicut & ἀκηρασίον quod sequitur: at ἀκήρατον in prosa quoque inueniri. Aristot. De mundo, στοιχεῖον ἀκήρατόν τε καὶ θεῖον, elemẽtum incorruptibile. Gregor. de Deo, οὐ τῷ τρόπῳ καὶ ἀκήρατον φύσιν, Xen. Pæd. 8, εἰ δὲ τῶν ὅλων τῷδε τάξιν συνέχοιεν ἀκριβῆ καὶ ἀκήρατον καὶ ἀναμαρτητον.

Ἀκήρατος, Purus, Sincerus. nam ἀκήρατον etiam ἀκήραον exponit Suidas. Ἀκήρατον ὕδωρ, Pura aqua. Iliad. ω, χρυσὸν ὕδωρ ὀπχεῦμαι ἀκήρατον. Sic ἀκήρατος χρυσὸς apud Platonẽ in Politico. Idẽ de magistratu loquẽs qui nec gratia, nec voluptate, nec dolore, à vero flectitur seu deflectit, τὸν δὲ ἀκήρατον παντάχοθ' ὁκβαίνοντα, ὥσπερ χρυσὸν ἐν πυρὶ βασανίζοντα, σαπτὸν ἀρχόντα. Sic & Lucianus contra indoctum, μιᾷ ἀραιῷ χρυσοῦ τῷ ἀκηράτου πᾶσαν, citharam ex auro puro (vel auro puro) cõflatam. Sic autem videtur & in Hermotimo ἀκήρατον pro sincero vsurpare: quum de Hercule loquens ita scribit, καὶ γὰρ ἐκεῖνος ὀπόσα ἀνθρώπειον εἶχεν ἀπὸ τῆς μητρὸς, καὶ καθαρὸν τε καὶ ἀκήρατον φέρων τὸ θεῖον. id est, Ille enim quum abiecisset, quicquid humanum à matre habebat, & puram ac sinceram afferens partem diuinam. ‖ Accipitur & pro Integrũ, id est Intactum, Illæsum. vt ἀκέραιον interdum. Sic κτήματα ἀκήρατα apud Homerum, Intacta, Salua.

Ἀκήρατος, Integer, Incorruptus, Intemeratus. Xenophon, ἀκήρατος φιλία διαμένει manet amicitia inuiolata, siue intemerata. Apoll. Arg. 2, Παρθενίῃ καὶ λέκτρον ἀκήρατον. Sic ἀκήρατον λέχος Eurip. Oreste, Lectus intemeratus, vel impollutus. Cum genitiuo. Idem, σὺ σώφρων, καὶ κακῶν ἀκήρατος. Apoll. Arg. 1, — ἀκήρατος ἦεν ἄκοιτις, Ὠρίνων. vbi καθαρὰ exponitur.

c.3. Παντακήρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui nulla ex parte fato obnoxius est, Planè immortalis.

Ἀκηράσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Idem quod ἀκήρατος. sed à poetis dũtaxat vsurpatur ἀκηράσιος. Apud Homerum ἀκηράσιος οἶνος exponitur ἀκέραιος καὶ μὴ διεφθορὼς, id est vinum sincerum & non corruptum. ὥστε οὐκ ἔστι πῆρ ἡ ἄση, inquit Eustathius.

ΚΗΡΟΣ, ου, ὁ, Cera. Od. μ, — κηροῖο μέγαν ἐξόρ ὀξέϊ χαλκῷ Τυτθὰ διατμήξας χερσὶ πιέζαρῆσε πίεζον, de Vlysse cera sociis suis aures obstruente aduersus Sirenũ cantum. Pausan. Att. οὔτε κηρὸν οὔτε μέλι ἀπ' αὐτῶν ποιήσας. Luc. in suo insomn. τοῖς ἐκ τοῦ κηροῦ παιδιαῖς, Iudicis ex cera figmẽtis. Ibidem, ἀποξέων τὸν κηρὸν, ἢ βόας ἢ ἵππους ἢ καὶ νὴ Δί' ἀνθρώπους ἀνέπλασον. Quum verò idem De saltat. dicit, καὶ τοῦ ἀκούειν τὰ ὦτα καὶ αὖθις κηροῦ τοῦ ἀκούειν τοῦ φαύλου δυνάμενος, allusit ad locũ Homericum. Herodian. lib. 4, κηροῦ πλαστὰ μόρφωσι εἰκόνα, statuam ceream. De ceræ autem generibus & vsu vide Diosc. lib. 2, c. 105, & Plin. lib. 21, c. 14. AT Κῆρος, fluuius Armeniæ.

C. Κηροποιία, ας, ἡ, Ceræ generatio, Ceræ opificium, Cerificatio: si licet vti hoc verbali à Cerifico, quod apud Plinium legitur. Ioseph. De antiq. μέλισσαι τοῖς τῆς κηροποιίας ἀπαμιμοῦνται τοὺς τρόπους.

C. Κηρογραφία, ας, ἡ, Pictura quæ ceris fit: affinis τῇ ἐγκαύστῳ. Solebant enim ceris pingere, ac picturam inurere, vt docet Plin. l. 35, c. 11. sicut & lib. 21. cap. 14, scribit ceram varios in colores pigmentis trahi, ad reddendas similitudines & innumeros mortaliũ vsus, parietúmq; etiã & armorum tutelam. Solebant verò & mulierculæ in fucanda cute ceris vti, vt patet ex Philostr. ep. 39, vbi dicit τὸ φυκίον καὶ τὴν κηρὸν, & alia huiusmodi, Laidis & Thaidis esse pharmaca.

C. Κηρόδετος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cera vinctus, Cera coniunctus. Ath. lib. 3 ex Euphorione tradit τὸ πολυκάλαμον σύριγγα inuenisse Silenum: Marsyam verò τὸ κηρόδετον. At Virgilius in Bucol. dicit, Panem primũ calamos cera coniungere plures instituisse. Dicitur autẽ & κηρόδετον μέλι φ in cereis fauorum cellulis quasi illigatum contineatur.

C. Κηροδομέω, ῶ, Ex cera ædifico, Cereas ædes struo, Cereum domicilium fabricor, Phocyl. de api, Ἡ δρυὸς ὠγυγίης καὶ κοιλάδος ἔνδοθι σίμβλων Σμίλωσι μελιότρητα κατ' αὖθις κηροδομοῦσα.

C. Κηροειδής, έος, ὁ καὶ ἡ, Qui ceræ forma est, Ceræ similis. Diosc. l. 2, c. 106, de propoli, ἀείσκεται δὲ τοῦ τῆς σώματος τοῦ σμιλώιον κηροειδής. Sunt etiam apud Athen. l. 7 pisces quidam, ἀλφιστὰ dicti, τὸ μὲν ὅλον κηροειδὲς ὄν (cerino colore) πορφυρίζοντες δὲ κατὰ πνα μέρη, vt ex Apollodoro docet: quos Aristot. dicit esse κιρρά. Ibidem Epicharmus coracinos pisces dicit esse κηροειδῆς. At κηροειδὲς σῶμα apud Plat. in Tim. dici videtur quod Cereum Latinis.

C. Κηροπαγής, έος, ὁ καὶ ἡ, Ex cera compactus siue concretus. Epigr. VNDE Κηροπήγιον, ου, τὸ, Candelabrum, Vbi cerei depanguntur.

C. Κηροπλάστης, ου, ὁ, Qui ex cera imagines fingit, Cerarius. Plut. χαλκοτύποις μὲν πεῖσον παῖ καὶ λιθοξόοις καὶ κηροπλάσταις, ἀνθρωπόμορφα τοῦ θεοῦ τὰ σώματα εἶναι. VNDE Κηροπλαστέω, Ex ceris fingo, In ceris fingo. Eubulus apud Athen. lib. 13, Τίς ὦ γραῦς τοσοῦτος ἀνθρώπων ἄρα Ἡ κηροπλαστήσας ἐρωτᾷ τὸν ὑπόπτερον; Item Ceras fingo. de apibus apud Diod. teste B. Sic verò & Plin. infra in κήρωσις dicit apes ceras fingere.

C. Κηροφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ceram alens. Ex Epigr.

C. Κηροχαής, ῶτος, ὁ καὶ ἡ, Qui cerino colore est. Chæremon apud Athen. l. 13, Κόμαι δὲ κηροχαῆς ὡς ἀχέρματος.

C. Κηροχυτέω, ῶ, Ceram fundo & liquo. κηρὸν διατήκω. Aristoph. metaph. vsurpauit pro fundere scripta scita quidẽ, sed non solida, ἀλλὰ μαλακὰ ὥσπερ τοῦ κηροπλάστου ἔργα.

C. Κηεαχάτης, ου, ὁ, Cerachates, Achates quidam ita dictus à cerino colore. De quo Plin. lib. 37, c. 10.

C. Κηρέλαιον, ου, τὸ, Medicamentũ ex cera & oleo, cui affundit & succus refrigerans. Apud Orib.

C. Σκληρόκηρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Dura cera obductus. vt σκληρόκηροι δέλτοι apud Suid. Libelli in quibus ob ceræ duritiẽ diffi culter scribitur, diu autem quæ inscripta sunt, retinẽt.

Κηρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Cerosus, Cerinus, Ceram referens.

Κηρόω, ῶ, Cero, Cera obduco seu circumlino.

Κήρωμα, ατος, τὸ, Tabula cerata in qua antiqui scribebant. Item Ceratura, Columell. Item Vnguentum quod fit subacta oleo cera qua in palæstris vtebantur athletæ. Plut. An seni administr. resp. ἀσκηθεὶς οὐκ ἂν παλαίσαις καὶ κηρώμασιν ἀκανδώνως ἠρυθμῶν σοφιστῶν, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς ἂν Ὀλυμπιακοῖς καὶ Πυθικοῖς ἀγῶσι. Plin. pro loco vsurpauit in quo certabatur. v. l. VNDE Κηρωματικὸς, ῆ, ὁ, Ceromaticus, Ceromate vnctus. Iuuen. Et ceromatico fert niceteria collo. ITEM Κηρωματιστὴς, οῦ, ὁ, Qui ceromate aliquem vngit ad certamen palæstricum.

C. Ἐγκόπτω, Excido, Excindo. Qua porro significatione A dicit Plautus Excidere manibus suis patriam, & Cicero Vrbem excisam & euersam, & Virgilius, Excindine domos — Perpetiar, item, Nec posse Argolicis excindi Pergama telis: item, Ferro sceleratam excindere gentem: & Valerius Flaccus. — inuisi genus omne excindere Phœbi: eadem dicitur etiam ἐκκόπτειν. Herodian. lib. 7, ἐκκόψαν τε καὶ ὑποπίξειν τὰ μέχρις Ὠκεανοῦ Γερμανῶν ἔθνη βαρβάρα, excisurū subacturúmque Oceano tenus omnes Germaniæ barbaras nationes. Idem, καὶ ἐπηγμένος ἐν βυσσινῶν ἢ ἐν συγκλήτῳ ἐξ ἀσπαλιδῶν καταβάλλον, ἐξέκοψε, C excidit, seu stirpitus deleuit & sustulit è medio. Plutarchus, νήσους καὶ πόλεις ὁλοκλίους ἐκκόπτοντες. Idem in Cicerone de Catilina & coniuratis, ἀνθρώπους ἀλιτηρίους ἐκκόψαντα τῆς πατρίδος, penitus & stirpitus tollenti. Bud. (At Excidere aliquem numero ciuium in Plinii epist. est in exilium mittere.) Dicitur etiam vicina significatione ἐκκόπτειν νόσον & αἰτίαν νόσου apud Galenū. vt apud Ciceronem, Neu semper primi cuiusque mali excidēdi causa sit, vt aliud renascatur illo peius. Galenus C libro decimo Methodi, εἰ γὰρ τὸν πυρετὸν δεῖ μόνον ἰᾶτον, ἀμελοῦντα τῆς αἰτίας, ἢ πῶς αἰτίαν ἐκκόπτειν, ἀμελοῦντα τοῦ πυρετοῦ. Nec multum absimili sensu ἐκκόπτειν ἑαυτῶν πῶς εἶπον: vt apud Ciceronem, Si ex rerum natura non possem euellere, ex animo quidem excidere. Item apud Platonem in Charmide, καί μου ἡ τόλμα θρασύτης ἐξεκέκοπτο ὡς ἦν ἐγὼ πάνυ ῥᾳδίως αὐτῷ ἐξαλεξόμενος, & mea illa omnis audacia excisa est prorsus. Item τῶν πατρῴων ἐκκοπὶς apud Synesium, Bonis paternis excisus, (vt Plinius dicit Ciuiū numero excidere) vel Euersus D bonis omnibus. Epistola 43, τοιαῦτα οὖν πατέρος παρ' ἡμῖν, καὶ τῶν πατρῴων ἀκριβῶς ἐκκοπίς. In vulgatis lexicis annotatur ἐκκεκομμένον dici eū qui inter aleas bona sua profudit, ac vulgari lingua ἐκκεκοπισμένον vocari ἢ ἀποκεχωρισμένον. ‖Itē Extundo, Exsutio, Euerbero. Aristophanes Acharn. — ἐκκόψαι γε κόραξ πατάξας τόν γε σὸν τῷ τρόποβεως, videlicet ὀφθαλμόν, Vtinam elidat tuum legati oculum, vt Budæus interpretatur. Idem, ἐξ' ἐξεκόπτον τοῦτον τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ. Plutarchus Publicola, ἐκκοπὶς ὀμμάτων θαῦμα. Apud Latinos ea significatione dicit Terentius, Vel oculum exculpe: est vbi vos vlciscar locus: & Plautus metaphoricé. At ego tibi hoc continò cyatho oculum excutiam tuum: Horatius, Eripere oculos alicui: Ouidius, Eruitur oculos Gryneus: Quintilianus, Oculósque hostis Galli rostro atque alis euerberaret: Elidere oculos alicui, dicit Plautus. ‖Dicimur etiam ἐκκόπτειν ὕδατος ἀγωγοὺς, intercidere siue intermettere aquæ ductus, quum meatus eorum solitos obstruimus, & alio auertimus. Herodianus lib. 7, F ἐκκόψαι πάντας τοὺς εἰς τρέον τας εἰς τὸ στρατόπεδον ἀγωγοὺς ὕδατος, intervertere omnes riuos qui in castra peruenirent, vt Politianus vertit. ‖Item πῶς φωνὴν ἐξέκοπον apud Lucianum, Vocis iter (vt Ouidius loquitur) interciderunt. Eadem significatu Cicero dicit Interruptas voces atque morientes: & Celsus vocem suppressam & obtusam: item suprà φωνῆς ἀποκοπή Dioscor.

Ἐκκοπή, ῆς, ἡ, Excisio, Exectio. Ἐκκοπή (inquit Gorr.) Excisio, est caluariæ fissura cum ossis offensi ruptura, vt ait Paul. Ægin. lib. 6, cap. 90. O

C. ΕΠΙκόπτω, Incido, Præcido: hoc est In superficie & cacumine cædo aut decido, vt in arboribus quæ decacuminantur, & in quibus prominentes rami deputantur & truncantur. Idem ferè quod κολούω & ἀποκόπτω apud rei rusticæ scriptores. Actiui verbi exemplum afferam paulo pòst in ὀπικοπή: passiui autem hoc extat apud Theophrastum De causis plant. lib. 2, cap. 20, αἱ πρεσβύτεραι γινόμεναι, πάλιν ὀπικόπτονται καὶ διακαθαίρονται, videlicet αἱ κολουθεῖσαι arbores. ‖Item Accido: eo sensu quo Liuius dicit, Ita prælio vno accidit Vestinorum H res: item, Post accisas à Camillo Volscorum res: item Accisæ opes. Aristoteles Politicōn lib. 3, ὁ δὲ Περοῶν βασιλεὺς Μηδικὴν καὶ Βαβυλωνίοις καὶ τῶν ἄλλων τοῖς πιφροιπαπσμένοις δι' ἀπὸ ἠρξάθαι ποτ' ἐπ' ἀρχῆς, ἐπίκοπτε πολλάκις, accidebat & extenuabat eorum vires, Imminuebat eorum opes & potentiam. pro quo alibi dicit ἀπινοῶ, & Plutarch. κολούειν καὶ ταπεινοῦν, vt suo loco indicaui. Bud. interpretatur etiam Retundo, Reprimo, Cohibeo. Gregorius, ὀπικόπτων πῶς τοὺς τὸν λόγον αὐτῶν ἐπιμόνοπα καὶ ἀχρῆπα. Idem, ὀπικοπτέτω μάχαιρα μὴ ὑδονὴν, λύπην δὲ ἡ κρείττων ἐλπίς. Et sic sæpe apud eundem accipi tradit. ‖His subiungi potest ὀπικόπτω pro Reprehendo. (quia reprehensionibus solemus accidere & retundere alicuius insolentiā aut imprudētiam) apud Laert. in Zenone, 319. Idem in Xenophane, γέγραφε καθ' Ἡσίοδον καὶ Ὁμήρου, ὀπικοπτῶν αὐτῶν τὰ τοῖς θεῶν εἰρημένα. ‖Item Cædo, Ferio, Desuper ictum incutio. vel ἐπάνω τοῦ πραγίλου πατάσσω, vt Eustathius exponit. Odyss. γ, πέλεκυν Ὀξυόεσσαν ἐν χερὶ παιέσασα βοῶν ὀπικόψων. Paulo pòst autem dicit, πέλεκυς δ' ἀπέκεψε τένοντας Αὐχενίους. ‖Item Cudo, vt κόπτω suprà. Aristoteles 2 Œconom. ἀνενεχθέν τε δὲ τὸ δημόσιον ὀπικόψαι χαρακτῆρα, ἐξέδωκε πῶς δραχμὴν δύο ὁ ἀναμφίλιος δραχμάς, quum argentum contulissent, nummo percusso drachmam locauit pro didrachmo. Bud. Ponet etiam reddi Quum notas impressisset, vel Quum signasset: nisi fortè ea signif. accipiendum sit quo ὀπικοπος infrà.

Ἐπικοπή, ῆς, ἡ, Incisio, Accisio, Præcisio: ea videlicet qua arborum extremæ partes deputantur: quam Decacuminationem Plinius appellat. Theophrastus De caus. plantarum, lib. 5, cap. 24, τοῖς δὲ τῆς ὀπικοπῆς καὶ τῆς κολούσεως ἐν ὀλίγοις ἡ σ' ἔφυ. Et paulò pòst, καὶ κολοῦσι δ' ὀπικοπῶντες ἀφαιρέσεισι τῆς κόμης ὀπικόψῃ τῆς τὸ ἄκρον. Et paulo ante, καὶ μὴ πῶς ὀπικοπῶ [φθείρεται] ἐλάτη, πύκνη, πίτυς, φοίνιξ. ἔνιοι δ' καὶ κέδρον καὶ κυπάρισσον φασί. Vnde Plinius lib. 17, cap. 24, Similem & decacuminatio rationem habet, cupressi, piceæ, cedri. hæ enim detracto cacumine aut ignibus adusto intereunt. Idem palmam sterilescere dicit cacumine ablato, vt in ἐσκάφαλος annotaui. Porro quam Plinius ibidem vocat decorticationem, Theophrastus, φλοιοῦ ἀφαίρεσιν: & quam detruncationem, idem κόλουσιν. vt ostendet collatio locorum. ‖Item Incisio, Vulnus. Dion, νομίσαντες οὖν καταπεπλωκέναι τὸν τραυμάτων ἢ μιᾶς ὀπικοπῆς ἔφ). v. l.

Ἐπίκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Accisus, Præcisus, Decacuminatus: seu Breuis, vt Gaza vertit apud Theophrastum Hist. plant. lib. 5, cap. 2, ἔστι δὲ ὅλα ἰδῶν τὰ θιαῦτα ἰσχεῖ, τμηθέντα δὲ, ἀσθενῆ, διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν τοῦ θαλλαγαί. καὶ κολοῦσι ἢ οἱ πέκτινες ὀπίκοπα τοῦτα διὰ τοῖς πῶς χρεῖαν οὐτω τιμιεῖν. Sic enim legendum esse, patet ex ipsius interpretatione: sed in vulgatis edit. scribitur ὀπίκοκα. ‖Ἐπίκοπος substantiuè, Lignum quod supponitur quum quid securi secatur, vt Budæus interpretatur apud Lucianum in dialogo Charontis & Mercurii, pag. 50, λαβὼν πέλεκυν τῶν ναυπηγικῶν, ἀποκόψας αὐτὸν, ὀπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενος. loquitur autem ibi de barba. Potest tamen & pro mensa accipi supra quam lanii & coqui carnes concidunt, vt ὀπικόπανον. Antiquam autem eam vocem esse Eustathius tradit, eique synonymum ὀπίξιον, at ἰδιωτικῶς vocari ὀπικόρμιον. Aristophanis autē scholiastes ὀπίξιον esse dicit μικρὸν κορμόν, ἐφ' οὗ τὰ κρέα σχίζουσι. Eustathius exponens Homericum illud Odyss. β, παρθέμενοι κεφαλάς, subiungit, ἀποτείναντες, ἢ ὡς ἐν ὀπιξίῳ, ἤτοι ὀπικόπῳ (ἤτοι ὀπικορμίῳ) θέντες ὥστε κοπίδιον, in trunco in quo carnes concidi solēt. Sed fortassis nō minus ὀπίκοπον substantiuè dicitur quàm ὀπίκοπος: quemadmodum apud Poll. ὀπίξιον, & apud scholiastem Aristophanis ὀπίξιος. Præterea in altero subintelligi posse videtur κορμός, aut ῥάπιζα, aut tale quid, in altero ξύλον aut aliquid aliud. Sicut verò tā ὀπίξιος dicitur quàm ὀπίξιον, ita tam ἐλεὸς quàm ἐλεόν, vt Eustathius annotat. ‖Ἐπίκοποι dicuntur etiam characteres qui quum initio male impressi fuissent, denuo imprimendi sunt. In quodam nostro lexico veteri, ὀπίκοποι, οἱ κακῶς τυπωθέντες πληθύς χαρακτῆρες, καὶ διὰ τοῦτο ὀπικοπούμενοι. Similiter & apud Hes. ὀπίκοπος, χάραγμα ὀκνεῦτερον πληθύ.

Ἐπικόπανον, ου, τὸ, Mensa coquinaria supra quam carnes concidi solent. idem quod ὀπίκοπος & ὀπίξιον paulo anté. Pollux libro sexto, de vasis & instrumentis culinariis, ξάνιον ἢ ὀπίξιον, ὃ ἡ νέα κωμῳδία ὀπικόπανον καλεῖ. τὸ δ' αὐτὸ τοῦθ' ἃ τοῖς παλαιοῖς ἐλεὸν ἐκαλεῖτο. Idē libro

decimo, τῶν δὲ μαχαιρικῶν καὶ ἐλεοῦ, ξανίον, ὀπὶ ξίωνον, πράπε ζαμαχαιρική, ἰῶ οἱ νεότεροι ὀπικόπανον: citat autem ex Menandri Messenia, ἠκεῖτω μ' ὅλως ὀπικόπανόν π. Sed perperam ibi scribitur ἔλαιον & ὀπὶ κόπανον.

Ἐπικόπτης, ου, ὁ, Reprehensor, Castigator: ab ὀπικόπτω, quod pro Rreprehendo accipi, suprà dictum est. Laertius in Arcesilao, pag. 197, ἰῶ δὲ ὀπικόπτης ἱκανῶς καὶ παρρησιαστής. Hæc Budæus. Sed veteres quidam libri ibi scriptum habent ὀπισκώπτης. Rursus in Menedemo apud eundem, pag. 122, ἰῶ δὲ καὶ ὀπικόπτης καὶ παρρησιαστής, quæ verba idem B. citat. sed veteres libri hic itidẽ scriptum habent ὀπισκώπτης.

C. ΚΑΤΑκόπτω, Decido, (ea significatione qua Plautus dicit Decide mihi collum) Præcido, Amputo, Deputo: vel etiam Detruncо. Theophrastus De causis plantarum, lib. 2, cap. 20, καὶ καπακοπτομένων δὲ λαμβάνει τινὰ ἀναπτολὴ καὶ ἀφαίρεσιν, ὡς τοῦ καὶ ὅταν οἱ σφῦρες δίκρουσι τῶν. Item Concido, seu In minutas partes concido & comminuo. Plutarchus in Lycurgo, ἀλλὰ μηδὲ κατακόψαι λεπτέ. Thucydides libro 4, pagina 162, τὰ μὴν ὑπολύοντες καπέκοπτον. & lib. 7, capite 242, ὀπισθόντες διδάσκαλεῖν παῖδων, κατέκοψαν πάντας, de Thracibus qui τοῖς ἀνθρώποις ἐφόνευον, φεύδομοι ὀυτε γερεσβυτέρας ὀυτε νεωτέρας ἡλικίας, ἀλλὰ πάντας ἑξῆς, ὅτω ὀντύχοιεν, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας ἔκτεινον καὶ τοῦτο καὶ ἐπιζύγια. ac plus est ibi καπακόπτειν quàm occidere aut obtruncare: (licet Eustathius simpliciter dicat accipi ὀπὶ σφαγῆς, ex comico citans, κατεκόπτησαν οὐτοί.) Sic apud Xenophontem Hellenicorum lib. 4, τῆς νυκτὸς ὀπὶ τοσοῦτος, καταπόπτεται ὀν τῇ σκηνῇ αὐτόν. ‖ Καπακόπτω pro Nummum percutio, citant vulgata lexica ex Herodoto. Xen. Hell. 1, καὶ τὸ θρόϊον καπακόψαν ἐφ' ὧ ἐκάθητο, ὅτι ἀργυροῦν καὶ χρυσοῦν. vbi intelligitur καπακόψαν ad percutiendam seu cudendam moneram. ‖ Καπακόπτομαι, Plango. idem quod κόπτομαι suprà. Chrysost. in Epistolam ad Thessalonicenses 1. pag. 17, ὁρᾶ τὸ καπακόπτεσθαι ὀπὶ τῆς ἀπελθοῦσι. τῶν οὐκ ἐχόντων ὄξιν ἐλπίδα. Et paulo post, εἰδὲ τὸ ἀλγεῖν ὀπὶ τῆς ἀπελθοῦσιν, ἐξῆν. κῶν, τὸ καπακόπτεσθαι καὶ καπαξαίνειν πικρεαῖς, τίνα ὠφέλει; Paulo antè verò simplici vsus fuerat, κόπτομαι καὶ θρηνεῖ καὶ ἀφρήτως πτύεῖ.

Καπακοπή, ῆς, ἡ, Decisio, Deputatio: vel Detruncatio. Theophrastus de causis plantarum, libro 2, capite 18, αἱ δίκκαθάρσεις τῶν δένδρων καὶ αἱ καπακοπαὶ ποιοῦσι πολυκαρπεῖν.

C. ΠΑΡΑκόπτω, Perperam cudo, Falsum nummum percutio, Moneram non bonam cudo. idem quod παραχαράττω. vnde παρακεκομμένον νόμισμα, nummus nõ bonus sed adulterinus, (vt Cicero loquitur) Nummus subæratus, οὐκ ὀρθῶς κοπέν, seu κοπὲν τὰ κακίστω κόμματα, καὶ κεκιβδηλωμένοι, vt Aristophanem loqui, suprà dictum fuit: seu, νόμισμα πονηρὸ κόμμασι. quod & παράτυπον & παράσημον: necnõ παρακεχαρακτῆρα καὶ κίβδηλον. In qua significatione vulgata lexica ex Luciano afferunt κίβδηλα καὶ νόθα καὶ παρακεκομμένα, monera adulterina & falsò percusa. Sed metaphorice plerunque capitur. Lucianus in Lexiph. διαστρέφων τὴν γλῶτταν καὶ ὥσπερ τὰ ἀλλότρια σωφιζόμενος καὶ ἀπορρίπτων τὴν ἀυτοῦ ἰδίαν ποικίλμασι ἐπ' αὐτῆς, ὡς δὴ μίαν ὄν ἐπ ξενίζοι καὶ τὸ καθεστηκὸς νόμισμα τῆς φωνῆς παρέκοπτε, adulterarat, κιβδηλεύων. Idẽ Lucianus in Hermotimo, κῆ τὴν ἀρχὴν ἐπιστάμενος διαγινώσκειν ἀ, τε δόκιμα καὶ ἀκίβδηλα καὶ ἀ παρακεκομμένα. Idem De historia scrib. ἀρχὴν ἐπιστήσας ἑκάστα ἐξετάζοντας, ὡς τὰ μὲν παρακεκομμένα ἀυτῶν ἀπορρίπτειν, παραδέχεσθαι δὲ τὰ δόκιμα καὶ ἔννομα καὶ ἀκριβῆ τὸν τύπον. Eadem metaphora dicitur etiam παρακεκομμένος αὐτῆρ, vt suprà ὁ πονηρὸ κόμματος. id est Improbus & prauus, qui & παράτυπος & παράσημος, vt docet Budæus, citans ex Aristophane Acharnẽs. αἰθρέα μοχθηρὰ, παρακεκομμένα, ἄπρα, καὶ παράσημα, καὶ παράξενα, quasi moneta malè & falsò percussa. ‖ Παρεκόπτω, Fraudo, Damno afficio. Budæus ex Aristophane Nebulis, ἔναγχος γὰρ πτ' ὑπ' ἀλφιτοπωλοῦσ' παρεκόπην δεινοτάτω, id est ἐζημιώθην, vt scholiastes exponit. Itidem pro Damnum do, vt Terentius loquitur, citant vulgata lexica ex eiusdem Aristophanis Equitibus, ὦ πονηρὲ, ὅστις με παρεκόπτου χρόνον πολὺν κρυπτόμενος.

Videtur autem παρακόπτω pro Defraudo, manasse ab illis qui moneram subæratam & adulterinam bonæ permutant, & ita homines fraudant ac decipiunt. ‖ Παρακόπτω τὴν διάνοιαν, Deliro, & veluti in scopulos impingo. pro quo dicitur etiam παρακόπτω τῇ διανοίᾳ. Aristoteles De auditu mirabilibus, λεγόμενά τινα ἐν Αὐδῷ παρακόψαντα τῇ διανοίᾳ, καὶ εἰς τὴν θεάτρον ἐρχόμενον ὅτι πολλὰς ἡμέρας, θεωρεῖν ὡς ὑποκρινομένων τινῶν, καὶ ὅτι σιωπᾷ εὖ καὶ ὡς κατέσθιον παρακόπτοι, ἔφησεν ἐκείνοι αὐτῷ τὸν χρόνον ἥδιστα βιοῦν. Similiter apud Horatium Epist. 2, libro 2, — fuit haud ignobilis Argis Qui se credebat miros audire tragœdos, In vacuo lætus sessor plaudo que theatro: Cætera qui vitæ seruaret munia recto More, & qui posset — signo læso non insanire lagenæ. Qui postquam rediit ad se, Pol me occidistis, amici, Non seruastis ait, cui sic extorta voluptas, Et demptus per vim mentis gratissimus error. Est itaque παρακόπτειν τὴν διάνοιαν, Mente errare, seu Mente captum esse, & Mentis suæ non esse. Pro eodẽ dicitur & παρακόπτω simpliciter. Plutarchus ad Colot. οὐ κραιπαλῶντες οὐδὲ φαρμακῶντες αἴφνω τι καὶ παρεκόπτοντες, ἀλλὰ νήφοντες καὶ ὑγιαίνοντες καὶ γράφοντες περὶ ἀληθείας καὶ καινοῖς καὶ κρείττοσι ἐν τοῖς ἐναργεστάτοις πάθεσι καὶ κινήμασι τῆς αὐτοῦ. Similiter apud Diogenem Laertium in Arcesilao, ὅθεν καὶ παρακόψαντα αἰσχαλεῶν εἶναι, ἐς πόσον ἐθεράπευσεν ἐς ὅσον ὑποκατέστησε, de Hipponico geometra quẽ Agesilaus solebat σκωπτειν καθαρὸν ὄντα καὶ χαρμόσυνον. Et apud Suidam, ἐπελθόντος δὲ ἀκρόπολιν τὴν τῶν ἐμφρόνων, καὶ παρακόψας, id est τὸν νοῦν παρεκόψας, vt ipse exponit. Similiter & Budæus παρακόπτειν pro μαίνεσθαι affert ex Alexandro in 2 Περιψυχ. Παρακόπτειν. (inquit Gorræus) Delirare, Dementem esse. verbũ apud medicos ambiguum. Nam Galenus initio Commẽt. 3 in librũ tertiũ τῶν ὀπιδημιῶν, scribit Hippocratem eo verbo vt solitum quum vult indicare τῆς παραφροσύνης magnitudinem, quemadmodum & verbis ἐκστῆναι, μανῆναι & ἐκμαινῆναι. Idem autem libro 3 De locis affectis, scribit, eos qui in febribus delirant, ab omnibus non solùm medicis, sed etiam idiotis vocari παραφρονοῦντας, παραπαίοντας & παρακόψαντας. non autem φρενιτικοὺς, quasi leuius quid τῆς παρακοπῆς nomine quàm τῆς φρενιτιδος designetur.

Παρακοπή, ῆς, ἡ, Delirium, Mentis error, vt Horatius paulo antè loquitur. Dioscorides libro quarto, cap. 67, de foliis quarti generis hyoscyami, ἐφ' ἕνα τὰ δὲ ὡς λάχανα, καὶ βρωθέντα τρυβλίου πλήρες, μανίας παρακοπὴν ἐεγάζεται. Vnde Plinius libro vicesimoquinto, capite quarto, Quippe etiam foliis constat mentem corrumpi si plura quàm quatuor bibantur. Ibidem scribit oleo quoque auribus infuso tentari mentem. Eundem hyoscyamum paulo antè dicit vini natura esse, ideóque mentem caputque infestare. Dioscorides quoq; paulo antè de aliis duobus hyoscyami generibus tradit, vtrunque μανιώδες ὑπάρχειν καὶ καρωτικὸν, sicut Plinius omnia insaniam gignere capitisque vertiginẽ. Item apud Suidam παρακοπὴ φρενῶν, ἢ φρενίτασις: ac Galenus paulo antè in παρακόπτω dicit παρακοπὴν esse leuius quiddam quàm φρενῖτιν. Vnde & Plutarchus diuersa hæc facit in libro πῶς ἂν τις ἀώδ. pag. 141, meæ editionis, εἰ δὴ εἰς μελαγχολίαν ἢ φρενῖτιν ἢ παρακοπὴν ἥκοντες οὐδὲ φοιτῶντας ἔνια χρὴ πρὸς αὐτοὺς ἀνέχεσθαι [τοὺς θεραπεύοντας,] ἀλλ' ἐξελαύνειν ἢ φεύγειν, ὑπὸ τῶν σφόδρα νοσεῖν μηδὲ ὀπ νοσοῦσιν αἰσθανόμενοι.

Παρακοπτικός, οῦ, ὁ, Mentis errori obnoxius, Cuius mens tentari solet, Delirans, Demens. Item Mentis errorem inducens, Mentem tentans, Insaniam gignens. Galenus, λήθαργος παρακοπτικὸς, ἢς παρακοπὴ ληθαργική, ἢ φρενιτική.

C. ΠΕΡΙκόπτω, Circuncido, Circuncirca reseco & dimutilo. Thuc. l. 6, p. 206, ὃν ἢ πύτω ἴσοι Ἑρμαῖ ἢ λίθινοι ὀν τῇ πόλει τῇ Ἀθηναίων, μιᾷ νυκτὶ οἱ πλεῖστοι περικόπτουσιν τὰ πρόσωπα. Pausanias verò (vt scholiastes annotat) in Atticorum vocabulorum congerie scribit, πεῖ βαχίλοις καὶ τὰ αἰδοῖα τοῖς Ἑρμαῖς περικόπτειν, & eos qui facinus illud perpetrarant, Ἑρμοκοπίδας fuisse nominatos. Latini dicunt

Truncare capite, Truncare manibus. ‖ Metaphoricè plerũque capitur vt ὀπικόπτω, & Accido apud Latinos, & ea significatione qua Bud. scribit vulgus Gallicum dicere Resecare vngues & Circũcidere alas, hoc est Imminuere opes & autoritatem. Eiusdem significationis esse κολούειν, suprà dictum fuit. Sumpta autem metaphora est vel ab agricolis qui arbores luxuriantes decacuminant, & ramis eminentioribus in orbem truncant, vel ab iis qui auibus alas præcidunt seu circuncidunt, ne euolare possint: vt περικόπτειν eos dicamur quorum opes & potentiam infringimus ac imminuimus, & quos aliqua ex parte viribus veluti truncamus. Demosth. Philippica 3, καθ' ἕνα ἕκαστον οὐπω περικόπτειν καὶ λωποδυτῶν τῶν Ἑλλήνων, καὶ καταδουλοῦσθαι τὰς πόλεις, singulorum opes accidere, ciuitatesque spoliare: vt Liuius, Accisæ a Camillo Volscorum res. Et Virgilius, — accisis coget dapibus consumere mensas. Interdũ additur genitiuus rei qua aliquis veluti truncatur & spoliatur, seu quæ alicui præciditur. Plutarchus in Lucullo, loquens de Tigrane, δυώμαιν τῶν Πάρθων περικόπτει τῆς Ἀσίας. Idem in Antonio, πόλεσι περικομμένας χρημάτων, ἀνδραπόδων, ζυγίων. Idem in Cæsare, δεύτερον περικοπτόμενος τὸν στόλον. Græcorius περὶ φιλοπ. appellat περικεκομμένους mendicos membris oblæsos & mutilatos, & fortunis omnibus nudatos, ἀνθρώπους περικεκομμένους καὶ περιρρυμμένους χρήματα, συγγένειαν, φίλους, αὐτὰ τὰ σώματα. Hæc & alia Bud. p. 894. Idẽ in lexico suo ex Plutarcho affert de Sertorio, περικόπτων ἀγορὰς, λιμοῦμενος τὴν χώραν, commercia tollens. Ex eodem, εἰς τὴν Τορδιγανῶν ἐμβεβληκὼς, καὶ περικόπτων τινὰ τοῦ Τηραίου, diripiens. Ex eodem in Lucullo, περικοπόμενος δὲ τὴν ἀγορὰν ὀν τῆς θαλάττης ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐξέπεμψεν ἐπ' Αἰγύπτου, annonæ angustia deprehensus, Annona accisa deprehensus. Rursus in Sertorio, περίκοπτεν αὐτῶν τὴν δὸν τῆς γῆς ὅπο εἴαν ὀνέδραις καὶ κυκλώσεσι, commeatibus interclusit.

Περίκομμα, ατος, τὸ, Recisamentum, vt Plinius loquitur, Fragmen quod circuncidendo deputatũ & resectum est, Fructum circuncidendo amputatum, seu quod circuncisum est, vt Budæus interpretatur: dicens inde peculiariter appellari ea quæ coci auferũt ex carnibus & circuncidunt. Vulgatis lexicis περίκομμα est edulium ex herbis carnibusque concisis, idem quod Apicio, Iuuenali & Martiali minutal. Quod Pollux quoque innuere videtur, qui libro 6, cap. 9, quum scripsisset τὰ συγκεκομμένα λάχανα vocari etiam κνισά, subiungit, οἱ κωμικοὶ ὠνόμαζον τὰ περικόμματα καὶ χναύματα. τὰ δ' αὐτὰ καὶ νωχαλίσματα. Athenæus lib. 4, εἰ τὰ δ' εἰς τὸ κοινὸν ζωμὸς, καὶ περίκομμα. τρόχεται δὲ ἑκάστου δύο κρέα. Et libro nono, ex Dionysio comico de piscis frusto & iis quæ exenterando eximuntur, Περικόμματος δὲ πάχιν ἢ ὄφιν φέρει. Εἰς αὐλόν σε κἀμὲ ταῦτ' δύφεγε, Aristophanes in Equitibus, περικόμματα ὀκ σοῦ καταστεβάσω, te vt minutal frustulatim concidam. seu κόψω σοῦ τὸ τῶμα, vt Suidas exponit, dicens περικόμματα vocari τὰ ὑπὸ τῶν μαγείρων περιαιρούμενα τῶν κρεῶν, ea quæ coqui in carnibus circumcirca resecant. Ita περικόμματα ὀκ σοῦ καταστεβάσω, esset, Te circuncidam & circuncirca truncabo. (Hesychius infrà Συκομμάπον quoque edulii genus quoddã esse dicit) At in hoc loco Plutarchi Erot. αὐ περίκομμα τὸ καλοῦ καὶ ἐιδωλον ὀν τῆς διανοίαις ἔχωσι, videtur accipi pro quibusdam veluti lineamentis, sicut περικοπὴ Budæo paulo antè apud Polybium vsurpari videtur.

Περικοπή, ῆς, ἡ, Circuncisio, Circũcisura, vt Plinius loquitur: qua videlicet res aliqua in orbem truncatur & dimutilatur. vt τῶν Ἑρμῶν περικοπὴ apud Andocidem περὶ μυστηρίων. Et Alcibiades delatus eam ob causam fuit quasi τοῖς Ἑρμᾶς περικόψας, vt cognoscere est ex Thucydide, pag. 206. Dicitur etiam de quauis trũcatione & mutilatione. ‖ Περικοπὴ Budæo pag. 895, videtur esse quasi ῥῆσις quædam vel περίοδος, hoc est sententia certo ambitu orationis comprehensa. quibus verbis subiungit locum quendam ex Philoponi disputatione septima aduersus Proclum, ἀρκέσει δὲ ἡ μία ὀκ τῶν τὸν Φαῖδρον ὑπομνημάτων περικοπὴ παραθεῖναι. At nonnulli hic

per περικοπὴν volunt intelligi διορισμὸν, determinationem: idipsum verò translatè cum Columella limitationem dici posse addũt: à Cic. autem decisionem vocari in oratione pro Cæcinna, Quid nostra decisio de æquitate? quid ratio interdicti de iure admoneant vt iudicetis? Et pro Roscio, Dicat decisionem factam esse quæ facta non est. Basil. magnus De baptismate, quæst. 4, ὅταν δὲ τρόπωμα τρεσπάσμαπ ἐναντίως ἔχειν δυκῇ, ἵνα πᾶς ὑποθέσεις καταμανθάνοντες, καὶ ὁλόκληρον περικοπὴν αἰσχυνόντες, ὅπω τὸ ἄμαχον ὀπὶ γινώσκωμεν. Hieron. lib. 2 aduersus Iouinianum, Exposita est περικοπὴ Apostoli de huiuscemodi quæstionibus disputandis: singulis oppositionibus responsum. Idem in Epist. ad Pammach. Apologeticum si legeris, ipse pro nobis cæteris satisfacies: aut si tu quoque narem contraxeris, illam Apostoli περικοπὴν in qua de virginitate & nuptiis disputat, aliter differere compellẽris. Loquitur autem ibi Hieronymus de loco in 1 ad Corinth. cap. 7. Suidas περικοπὴν esse dicit μέρος τῆς ὑποθέσεως, hunc locum afferens, ὁ δὲ τρεῖς, ποιήσας βύσολον τὴν ἀκολουθίαν καὶ τὴν περικοπὴν τῆς ἐνδημίας. vbi itidem vulg. lex. interpretantur Determinationem & conclusionem. Nisi potius ad sequentem significationem pertineat. ‖ Περικοπὴ aliud etiam significat quàm περιαίρεσις, vt apud Polybium de elatione funerum apud Romanos, ζωῦπαι δὲ ταῖς εἰκόνας, ἐπαὶ τῶν οἰκείων μεταλλάξῃ τῆς ὀπφανῆς, ἄρισιν εἰς τὴν ὀκφορὰν τῶν τεθνέντες, ὡς ὁμοιόπαταις εἶδ) δ' κῶσι κατά τε τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἄλλην περικοπὴν. Hic περικοπὴ signif. (ni fallor) τὴν περιγραφὴν τῆς σώματος. hoc est, lineamenta, καὶ τὴν τῆς σώματος περιγραφὴν, vel ornatum. Hæc Budæus ibidem. Vulg. lex. interpretantur notam descriptionem & quasi delineationem. annotant enim, περικόπτειν significare & περιγράφειν & περιχαράττειν, id est circumsignare, vt Columella loquitur. ‖ Περικοπὴ ponitur & αἱ τῶν ὑπαρχόντων, pro facultatibus & bonis hominis, pro sarcinis & impedimentis & apparatu superuacaneo, vt idem Budæus docet in lexico suo, hunc è Suida locum proferens, ζώπτω τῇ περικοπὴν ἐδωρήσατο τῇ τῆς Αἰμιλίας μητρὶ, id est ὑπαρξιν, vt ipse Suidas exponit, nõ tantùm suo ordine, sed etiam in Αἰμιλία. Locus autem is è Polybio desumptus est. ‖ In hoc autem eiusdem autoris loco, ἀπὸ μηδεμίαν ἐχούσης πραγματικὴν ἔμφασιν τῆς περικοπῆς αὐτῶν, idem Suidas exponit ἐνεργείας. ‖ Περικοπαὶ Hesychio sunt κλοπαὶ, λῃστεῖαι. à περικόπτω quod nudare & spoliare aliquando significat. Sed malè ibi scribitur περικόπαι.

C. ΠΡΟκόπτω, Procedo, Progredior, Pergo seu prouehor vlterius. Chion in Epist. ὡς δὲ πειράκοντά που τὰ ἀπ' αὐτῆς πρεκόψαμεν, δ' ἐνὸς ἡμᾶς χειμὼν καπέλαβε, fimulatque triginta stadia ab ea processeramus. Et apud Suidam, ὀχήματα κεκρυμμένον καὶ διὰ τῆς λεωφόρου πρεκόπτοντα καπέλαβε. ipse tamen Suidas ibi exponit διεχώρουν. Sicut etiam dicitur Procedere ætate, Progredi ætate, item & Prouehi ætate, ita & προκόπτειν. In vita Æschinis, προκόπτων δὲ τῇ ἡλικίᾳ, ὅπὶ τὸ πολιτεύεσθαι καὶ τὰ κοινὰ προέπτειν ἀπέκλινε. Lucas verò sine præpositione dicit προκόπτειν ἡλικίᾳ. cap. 2, καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. vbi exponi etiam potest Augescebat. Capitur eo quoq; modo quo Cicero dicit Ad virtutem procedere, In virtute procedere & progredi, In philosophia procedere: seu Facere progressus in aliqua re, Proficere in aliqua re, vt idem Cicero loquitur. Qui quod Stoici Græcè dixerunt, οἱ προκόπτοντες ἄχρις ἐ τὴν ἀρετὴν ἀπαλάττωσιν, δίκαιοι καὶ μοχθηροὶ διαμένοισι, ita Latinè reddidit, Qui processit aliquantum ad virtutis aditum, nihilo minus in miseria est quàm qui nihil processit. Et cum præpositione ἐν apud Luc. ἐγὼ μὲ προέκοπον ἐν τῇς μαθήμασι, σὺ δὲ ὠλιγόρεις ἐαυτοῦ. Sic Paulus in Epist. ad Gal. cap. 1, καὶ προέκοπον ἐν τῇ Ἰουδαϊσμῷ ὑπὲρ πολλοὺς συνηλικιώτας ἐν τῷ γένει μου, in Iudaismo progressus faciebam supra multos generis mei æquales. Quintilianus dicit, Vltra quàm homini datum est prouehi. Et Ouidius, Vix vltra quò iam progrediatur habet. Eiusdẽ sign. est ὀπιδιδόναι. vnde Socrates ὁ ὀπὶ Μόψου apud Luc. in Solœcista, Προκόπτει πνὸς εἰπόντος ἐν τῇς μαθήμασιν, ὁ δὲ Πλάτων (ἔφη) τῷπ ὀπιδιδόναι

καλεῖ. Dicitur verò non solùm προκόπτειν ἐν, sed etiam προκόπτειν ὅπῃ. vt apud Plutarchũ in libro πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντες ἐπ' ἀρετῆ. Cicero dicit Procedere ad virtutẽ, vt suprà dixi. Idem in eodem libro dicit προκόπτειν προκοπὴν, pag. 136 meæ editionis, ἀρχόμενοι πρὸς ἀληθῆ προκοπὴν καὶ ἄπυφον προκόπτειν. Item προκόπτειν ὅσῃ πλεῖον, apud Paulum in 2 epist. ad Timoth. cap. 2, ὅσῃ πλεῖον γὰρ προκόψουσιν ἀσεβείας, longius enim ad iniquitatem procedent. vt Cicero dicit, Lõge ad virtutem procedere. Plinius dicit, Si quis eò insolentiæ furorisque processerit. Sic & Prouehi vsurpatur. Dicitur etiam aliquis οὐδὲν προκόπτειν, vt οὐδὲν αὐξειν, nihil proficere. Quo sensu Liuius dicit, Quum parum procederet incœptum: & Cicero, Quibus quum parum procederet. Rursum Liuius, Deinde vt nihil procedebat, ad populandum agrum Neapolitanum magis ira quàm potiundæ vrbis spe processit. Euripides in Hippol. Καί τοι προκόψω γ' οὐδέν, λυπῶν δέ σε, Etiamsi nihil proficiam, Etiamsi nihil procedat. vel, Etiamsi ne digitum quidẽ progrediar in incœpto meo. qua loquutionis formula Cicero vtitur. Dicimur etiam eodem significatu, Prouehi vlterius: item & Promouere. vt Terentius, Abibo hinc, præsens quando promoueo parum. Pro Promoueo verò transitiuè sumpto accipi putatur apud Thucydidem lib. 4, pag. 140, κακῶς ἡμᾶς αὐτοὺς ποιοῦντων πέλεσι τῆς οἰκείοις, καὶ τῆς ἀρχῆς ἅμα προκοπόντων ἐκείνοις. nam ibi scholiastes exponit, προσδοποιοῦντων καὶ ἀυξεπιζόντων, seu προκοπὴν καὶ ὅπῃδεσιν ποιοῦντων ἡμῶν τῆς ἀρχῆς ἐκείνων, nobis promouentibus illis imperium, vt Ouidius dicit promouere imperium. Sed paulo inferius scholiastes aliter legit, videlicet προκοπόντων: ita exponens eum locum, ἡμῶν κακῶς αὐτοὺς διαθέντων τοῖς οἰκείοις διαπαιήμασι, καὶ πρεσβευόντων τῆς ἡμετέρας ἀρχῆς πρὸς τὸ ἐκείνοις συμφέρον. quæ lectio videri possit commodior. In hoc autem eiusdem Thucydidis loco libro 7, pag. 252, πολὺ σφετέραν πόλιν ἐμπροσθαρόντες προκινδυνεύσαί τε, καὶ τῶν ναυτικοῦ μέγα μέρος προκόψαντες, itidẽ reddi potest Rem naualem magna ex parte promouẽtes. Scholiastes exponit προκοπὴν μεγάλην τῷ ναυτικῷ στόλῳ προβαχόντες, hoc est πολλὰς ναῦς αὐτοῖς προβαχόντες εἰς παῦ ναυμαχίας: addens tamen, alios sic exponere, ὅσῃ μέγα ἐν τῷ ναυτικῷ προκόψαντες. ‖Προκόπτω, Procedo: alia significatione: ea nimirum qua Virgilius dicit, Iámque dies alterque dies processit, & auræ Vela vocant. Et Salustius, Vbi plerunque noctis processit, obscuro etiam tum lumine milites Iugurthini castra hostium inuadunt. Et Cæsar, Quantóque eius amplius processerat temporis, tanto erant alacriores ad custodias. Ibi enim Procedere accipitur pro Elabi. Paulus Epistola ad Rom. c. 3, νῦν γὰρ ἐγγύτερον ἡμῶν σωτηρία ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν. ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν, nox processit, dies verò propinquat: vt Salustius dicit Vbi Plerunque noctis processit. Pro quo Ioann. Epist. 1, cap. 2, dicit, ὅτι ἡ σκοτία παρέρχεται, καὶ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἤδη φαίνει.

Προκοπή, ῆς, ἡ, Progressus. Processus: ea significatione qua Suetonius dicit, In Græcis literis magnum processum habere: & Cicero, Gradus tuos & quasi processus dicendi studio cognoscere. Cicero dicit etiam Progressio. Quũ enim scribit, In qua [philosophia] quod inchoatum est neque perfectum, progressio quædam ad virtutem appellatur: id progressionem appellat quod Græci προκοπήν. Plutarchus in libro πῶς ἄν τις αἴσθ. pag. 132 meæ editionis, οὐμόνας πιοῦσιν ἐπιχαὶς ὡς παρ' ἐν ὁδῷ τῆς προκοπῆς. & p. 140, ἱερὰ ἀνδρὶ γευσαμένῳ προκοπῆς ἀληθοῦς ἐν φιλοσοφίᾳ. Pro eodem dicit ὅπῃδοσις p. 132, εἰς ἅπαντα πιεῖ, μάλιστα δ' εἰς ἀρετῆς ὅπῃδεσιν. Eleganter verò dicit Bion apud Laertium, πλὴν οὖν ἐγκοπὴν εἶναι προκοπῆς, opinationem esse profectus progressionisq; impedimentum, Opinationem progressui iter intercidere. quod Plutarch[9] paulo antè dicit πιεῖν ἐπιχαὶς ὡς παρ' ἐν ὁδῷ τῆς προκοπῆς. Iosephus De antiquitatibus, πάσης ἐλάμβανε τὸ ὅπῃ τὸ χεῖρον προκοπῆς, in peius prouehebatur. Legitur etiam προκοπὴν πιεῖν, vt Plinius dicit Facere profectum sub præceptore: & Cicero, Facere progressus in studiis. Idem, Tantos processus efficiebat, vt euolare non excurrere videretur. Plutarch. verò dicit etiam προκοπὴν, vt suprà indicaui.

Προκοπὸς, οῦ, ὁ, (si mendo caret) Processus, id est Successus. vt Seneca dicit, Queritur & de consiliis & de processibus suis, malunique semper quæ reliquerũt. Item, Ex animaduersione alienorum processũ & suorum desperatione, fortunæ irascens animus. vbi pro felici successu, qui dicitur ἄπυχημα, vsurpatur. Polybius, πολέως ἐλάμβανε τὸ πρῶμα προκοπὸν, res statim procedebat, vt Liuius loquitur. Sed ibi reponendum puto προκοπῶ. ΑΤ Προκοπὶς, ίδος, ἡ, Cæsaries v. l. χαίτη, Hesych.

C. ΠΡΟΣκόπτω, Allido. Nazianz. προσκόμματα τῇ πατρῴᾳ πίστει, infantes petræ allisi. ‖Προσκόπτω, Impingo, Offendo. Matt. 4, & Luc. 4, μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου, ne impingas seu offendas pedem. Aristophan. Vespis, προσέκοψε τὸν δάκτυλον, offendit in tenebris digitũ. vbi πρὸς τοῦτο dixit vt πρὸς λίθον. Idem dicitur προσπρούειν & προσπαίειν. Sed frequentius omittitur accusatiuus πόδα. Ioann. 11, ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει. Rom. 9, προσέκοψαν τῷ λίθῳ τῷ προσκόμματος, offẽderunt seu impegerunt pedem ad lapidem offendiculi. Eustathius dicit propriè accipi ὅπῃ ποδῶν, sicut & σφάλλεσθαι: indéque esse hãc apud recentiores γνωμῶν, Φύσει πρόπρον ποιεῖ ἡ φρὴ πρὸς τὸ προσκόπτειν, id est σφάλλεσθαι. Sed dicimur etiam προσκόπτειν alicui rei qua offendimur, quæque nobis velut offendiculum occurrit in quo pedem impingamus. 1 Petri c. 2, οἱ προσκόπτοντες τῷ λόγῳ, qui offenduntur. At Rom. 14, ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει ἢ σκανδαλίζεται. In eodẽ significatu dicitur & προσκόπτομαι, videlicet pro Offendor, vel Offensus aut infensus sum. Appian. in 2 Bell. ciuil. de Curione, ἔλεγε δὲ τῶν εἰδὼς οὐ μεθησόντα πρὸς ἀρχὴν τὸν Πομπήϊον, καὶ τὸν δῆμον ὁρῶν ἤδη προσκοπόμενον αὐτῷ ὑπὲρ πάντα τὸ δικαιοῦν δίκας. Interdum commodius redditur Incurro. Synes. De insomn. ψυχὴ μηδενὶ κακῷ πρὸς τὰ τῆδε προσκόπτουσα, in nullum malum in rebus humanis incurrens. Idem epist. 46, σὺ δὲ ἡμῖν, ἵνα μὴ σὺ προσκόπτομεν τῇ ψυχῇ, σιωπᾷς, quãdiu in res aduersas nõ incurrebam[9]. At in hoc loco Aristotelis Problem. sect. 5, προσκόπτομεν τοῦ ἀέρος θορυβοῦντες, vulg. lex. interpr. Incurrẽdo aerem nostro impetu violamus. Aliquando est Cum impetu incurro & irruo, Inuehor. Matth. cap. 7, de ventis, καὶ προσέκοψαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἔπεσεν. In argumento τοῦ Βατράχων Aristophanis, Πλουτων ὁ ἰδὼν Ὡς Ἡρακλῆς προσέκοπτε δεῦρο τὸν Κέρβερον, in Bacchum irruit, seu cum impetu incurrit, indutum habitu Herculeo, putans esse Herculem qui Cerberum abduxerat.

Πρόσκομμα, ατος, τὸ, Offendiculum, Obstaculum in via in quod pedem impingimus, Impedimentum in quod pedes incurrunt. Proprìè enim ὅπῃ ποδῶν dicitur πρόσκομμα, vt ὑπώπιον ἐπ' ὀφθαλμῶν, teste Eustath. 1 Petri cap. 2, λίθος προσκόμματος. Generaliter de quouis quo animus aut oculi aut aures alicuius offenduntur, & quo eius cursus veluti obstaculo impeditur. 1 Corinth. cap. 8, βλέπετε μή πως ἡ ἐξουσία ὑμῶν αὕτη προσκόμμα γένηται τοῖς ἀσθενοῦσι, ne ea offendãtur, seu, ne ea illis offendiculo sit. Et Rom. cap. 14, πρόσκομμα τῷ ἀδελφῷ. ‖Πρόσκομμα Suidæ est non solùm σκάνδαλον, sed etiam βλάβη, ζημία.

Προσκοπή, ῆς, ἡ, Offensio, vel potius Offendiculum. idem quod προσκόμμα præcedens, seu σκάνδαλον, vt Hesych. docet. hoc est Id in quod pedes nostri incurrũt, & quo cursus noster impeditur, Id in quo pedes nostri offenduntur impingentes. vt προσπεσὼν νεῶν apud Thuc. Impedimẽtũ & obstaculũ quo nauũ cursus inhibetur, ἔτυχον δ' αἱ μὲν τὴν Καρίας ἐς προσκοπὴν τῶν Φοινισσῶν νεῶν οἰχόμεναι, vt eas prohiberent. Item Scandalũ & offendiculũ apud theologos. 2 Cor. 6, μηδεμίαν ἐν μηδενὶ διδόντες προσκοπήν, Nullam eis offensionis materiam præbentes, Nihil faciẽtes quo offendantur. Sunt qui Offensioni esse & offensionẽ afferre ex Cic. interpr. ΝΟΝΔΕ Ἀπροσκοπος, ου, ὁ, ἡ, ἡ, Qui in nullũ offẽdiculũ impingit, Cuius pedes in nullum offendiculum incurrunt, Qui inoffenso gradu procedit: seu generaliter, Inoffensus. Idem quod ἀσφαλής: propriè enim hæc duo ὅπῃ ποδῶν dici Eustathius tradit. Actorũ Apost. cap. 24, ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸς ἀσκῶ ἀπρόσκοπον συνείδησιν ἔχειν, interim autem meditor con-

scientiam habere inoffensam, vt Budæus interpr. HINC Ἀπροσκόπως, Sine offendiculo, Ita vt pedem non impingas, nec offendas, Ita vt in nullum incurras pedum offendiculum. idem quod ἀσφαλῶς. propriè ὅπῃ ποδῶν, metaph. de aliis: vt ἀπροσκόπως ἀγορεύειν, idẽ quod ἀσφαλῶς, vt Eust. dicit. sicut suprà γλώσσῃ προσκόπτειν, lingua impingere.

C. ΣΥΓκόπτω, Concido, Conscindo. Qua verò significatione Cicero dicit, Virgis plebem Romanam concidere, & Plautus Pugnis concisus, ea & Aristophanes Nebulis, Ὅσας δὲ πληγὰς εἰχόμην ἀρτὶ τὸν νόμον τεθῶσι, Ἀφίεμεν, καὶ δίδομεν αὐτῆς ἀπτῆς συγκεκόφθαι. id est πεφθῶσι seu κατακοπῆναι ταῖς μάστιξι, verberibus concisos seu cæsos nos esse. Pro Pugnis aut verberibus concidere videtur accipi posse & in hoc loco Xenophontis Sympos. pag. 522, πρὸς τῶν θεῶν, ὦ Σωκράτες, μόγις μὴ συγκόψῃς με· πῶς δ' ἄλλως χαλεπότατα ἔχω σου καὶ φέρω καὶ εἴπω φιλικῶς, modò pugnis & verberibus me non concidas. Aprè tamen hic etiam reddere possumus Contundere. nam Cicero dicit Pugiles cæstibus contusi: & Ouidius, Nares contundere alicui: & Plautus Nonne hic homo modò me pugnis contudit? Sic accipitur etiam apud Demosthenem contra Midiam, pag. 222, τὸν δὲ χορηγὸν αὐτὸν οὐδ' ὁ συγκόψας πρῶτος πάντας τοὺς νόμους οὕτω φανερῶς, οὐ δώσει δίκην; nam Demosthenes choragum suæ tribus agens, ὅτι τῆς ὀρχήστρας κονδύλοις ἔλαβεν ἀναπτον πάντων τῶν θεατῶν, vt Libanius docet in argumento. quemadmodum & Æschines contra Ctesiphontem dicit Demosthenem καταμεκονδυλίσθαι ὥστε αὐτὸν τὰ τῶν κονδύλων ἴχνη τοῦ Μειδίου ἔχειν καὶ τοῦτο φανερά. Est igitur συγκόπτειν idem quod κονδυλίζειν, seu καταμεκονδυλίζειν, hoc est Pugnis concidere, Pugnis contundere. ‖Συγκόπτειν est etiam Discindere. Vnde & Lucianus dicit πολλαὶ φιλίαι συνεκόπησαν: ita Cicero, Multæ amicitiæ discissæ potius quàm diffutæ. ‖Συγκόπτεσθαι etiã dicuntur qui syncope corripiũtur, hoc est quibus cor veluti conciditur & contunditur, ac omnia vincula quibus vita continetur, quasi discissa ressoluuntur. nam scribit Aretæus libro secundo De morbis acutis, capite 3, nihil esse μέζον ἢ ὠκύτερον συγκοπῆς δυνάμιος: esse autem τῆς καρδίης νοῦσον ἢ σίνος τῆς ἐν αὐτῇ τῇ ζῴῃ δυναμιος, ἢ λύσιν τῶν δεσμῶν τῆς εἰς ζωὴν δυνάμιος, πάθος αἰπῆξιον τῇ συστάσῃ τοῦ αἰθρώπου εόν. De symptomatis autem & notis τῶν συγκοπτομένων idem ibidem tradit. Galenus, οἵ γε καὶ ἔξαίφνης συγκόπτονται, repentè linquuntur animo, vt Budæus interpretatur. sed si medicis credimus, συγκόπτεσθαι plus est quàm λειποθυμεῖν, vt patet ex verbis Aretæi paulo antè citatis. Idem, ἔνιοι δὲ παραδέντες καὶ μετὰ νοπέες ὑπὸ τῆς ὀδύνης συγκοπέντες, ἀπέθανον, syncope correpti mortui sunt. quod non ita facilè fit in animi deliquiis.

Συγκομμάτιον, Genus quoddam edulii. σκευάσας τι πρὸς τοῖς ἐλαττυτοῖς, vt Hesych. scribit. Fortassis idem quod πέκμμα suprà.

Συγκοπή, ῆς, ἡ, Syncope: est præceps virium omnium lapsus, vt Galenus ante se à veteribus medicis definitam esse prodidit. Ergo quum essentia virium quibus regitur corpus, tum in spiritu tũ in solidorũ corporũ cõperamẽto cõsistat, palã est nihil horũ per syncopen manere integrum, sed cuncta collabi & dissipari: cum spiritu quidem, calorem natiuum, ita cum eo mixtum atque confusum vt nunquam ab inuicem separari possint: cum solidorum autẽ corporum temperamento, tum eum ipsum calorem singulis à natura partibus insitum, tum humidum illud primigenium & radicale, quo vno, veluti gluteno quodam, robur earum continetur. Hæc Gorræus. Paulo pòst subiungit, hunc virium lapsum duo præcipua symptomata consequi: exoluto quidem calore, frigiditatem totius corporis: digesta verò solidorum corporum sustantia, sudorem quem medici συγκοπικὸ & διαφορητικὸν appellãt. hæcque duo esse παθογνωμονικὰ τῆς συγκοπῆς συμπτώματα, quæ alia etiam, cuiusque facultatis propria, pulsus defectio, & sensus motúsque priuatio, consequantur. Postquam verò duo causarum genera explicauit à qui-

bus malum hoc oritur, dicit tantum esse trium principiorum inter se consensum, vt protinus noxas suas inuicem communicent, ipsúmque ventriculi os præter reliquas, propter exquisitum sensum, si grauiter offendatur, syncopos accersere quas ab eo σφαγικὰς appellãt. Causas autem magnas prorsus esse & vehementes, adeo vt ab iis ægri nõ modò λειποθυμῆσαι (hoc est animo linqui) sed totis viribus resolui possint, & proximi periculo esse: videlicet aliàs spiritu ipso deperdito, aliàs alterato, aliquando maxima ex parte digesto, non rarò hæc vtraque perpesso. Quibus subiungit, Causæ nan que eædem minores, non iam syncopen, sed animi defectum, λειποψυχίαν à medicis dictum, inducent, magnitudine sola à syncope differentem. neque enim tanta est per λειποψυχίας animi exolutio quanta per συγκοπάς, in quibus nulla omnino vis quæ vel in spiritibus vel in solidis partibus posita sit, integra manet: quum per λειποψυχίας, etiamsi aliqua ex parte exoluãtur spiritus, solidorum tamen corporum, quæ multo minus quàm spiritus, iniuriis sunt opportuna, substantia non digeritur sed incolumis persistit. Argumento sudor est, in lipopsychia quidem nullus, sed in syncope perpetuus, & pro causarum magnitudine paucus vel multus. Hic enim veluti terminus quidam lypopsychias à syncopis diuidit, sic vt quæ virium dissolutiones intra sudorem cõstiterint, λειποψυχίαι siue λειποθυμίαι, siue exolutiones (vnum enim hæc tria significant) dicantur: quæ verò eum prætergressæ fuerint, & ad sudorem vsque peruenerint, syncopæ: quarum etiam pro sudoris modo magnum sit discrimen. Siquidem nemini dubium esse potest plus in iis multo esse periculi quibus plurimus sudor accessit quàm quibus exiguus, quòd maior virium lapsus ita contingat. Sed quantuscunque sit, omnem ὀξέως καὶ αἰφνίδιος, hoc est repentè & vniuersim, fieri debere, ratio τῆς συγκοπῆς exigit. Quum enim ea nulli morbo acumine & periculo concedat, lapsum illum virium confertim & semel & magnum etiam fieri necesse est. Hæc ille. Paul[9] Ægin. lib. 3, cap. 34, καὶ συμπάθειαν δὲ πάσχουσα [ἡ καρδία] ὅπῃ τε ἐγκεφάλῳ καὶ ἥπατι καὶ σώματι γαστρὸς, λύπῃ τε καὶ φόβῳ καὶ ἑτέροις πλείοσι, πλὴν καὶ λυμφίῳ ἐπίσης συγκοπὴν, αἰφνίαν ὅταν δ' δυνάμεως κατάπλωσιν, ἐκλύσεσί τε καὶ λειποθυμίαις καὶ μικροψυχίαις, ἄκρων τε ἀψύξεσι καὶ ἀναιδρώσεσι δηλουμένῳ. Galen[9] οὐ συγκοπὰς οὔπω γε γνωσὶ φέρουσιν, ἀλλὰ τὰς καλουμένας λειποψυχίας. Sunt qui λειποψυχίαν interpretentur Animi deliquium, seu Animi defectum, sine defectionem: at συγκοπὴν, Animæ defectionem, remittentes ad Celsum lib. 7, cap. vlt. ‖Συγκοπὴ est etiam figura grammatica qua syllaba è medio dictionis alicuius aufertur, sicut ἀποκοπὴ, quum in fine: ἀφαίρεσις, quum ab initio.

Συγκοπικὸς, ου, ὁ, Syncopen inducẽs, Animæ defectionem & præcipitem virium omnium lapsum vna cum sensuum lãguore, arteriarum pulsus defectionem, sudoréque perpetuo, afferens, corde iam affecto, & laborante vitæ principio. Gal. ἡ μὲν οὖν τοιαύτη διάθεσις, ὀλεθρία τε ὄντι καὶ συγκοπικὴ.

C. ΥΠΕΡκόπτω, Supero, Superscando: seu Superuehor, Supergredior: vt προκόπτω, Prouehor, Progredior. Themist. in Sophista, οὐδὲ ἀνελθεῖν εἰς ἐκεῖνον ἢ σκοπεῖν ἢ ὑπερκοπεῖν τε ὄντι καὶ ὑποκόπτειν τὸν οὐρανόν, supergreditur. vt Tacitus dicit, Villarũ magnificẽtia quasi principẽ supergrederetur: & Quintilianus, Omnem laudem supergressa. ibi enim Surpergredior pro Supero accipitur.

C. ΥΠΟκόπτω, Succido. v. l.

¶ Κόπος, ου, ὁ, Labor, Molestia. à κόπτομαι significãte Vexor, Laboribus & molestiis premor. Aristoph. Pluto, ὦ κόπῳ ξυνοῦσαι, in labore versari, vt vulgata lexica interpretantur. ‖Item Lassitudo, Fatigatio ex labore. à κόπτομαι significãte Fatigor, Fatiscor, Lassesco. Xenophõ De re equestri, κόπου ὀνόντος δίψαν αἰαπαύσεως. Plutarch[9] in Præcept. sanit. οὐκ ἀγνοεῖ δὲ ὅτι καὶ διακόποις πυρέττοισιν αὔθρωποι, καὶ δι' ἔγκαύσεις καὶ δίψῃ τῶν ἐλλύξεις. Aliquanto pòst, βαρύτητες καὶ κόποι (φησὶν Ἱπποκράτης) αὐτόματοι νοῦσον φρίζοισι. quæ verba leguntur lib. 2, Aphor. 5. Vnde sunt hæc Celsi lib. 2, cap. 2, de signis aduersæ valetudi-

nis futuræ, Præterea hæc protinus timeri debet si graniora membra sunt. Aliquanto pòst, Si genua quasi fatigata sunt, totúmve corpus lassitudinem sentit. Dioscorides libro 3, cap. 98, de ammoniaco, ποιεῖ καὶ πρὸς κόπους συλλαμβανόμενον, μιγνὺ ὄξει καὶ νίτρῳ καὶ κυπρίνῳ ἐλαίῳ αὐτὴ ἀκόπου. De quo Plinius lib. 24, cap. 6, Lassitudines perungi cum aceto & oleo, exiguóque nitro, perutile est. ὁ πόνος ὅθεν τὸ κόπου ἄπος, lassitudinis causa labor est. Et apud Galen. κόπους ἀλίσκεσθαι, lassitudinibus corripi, hoc est lassari. Item κόπον λύειν, soluere seu dissoluere seu leuare lassitudinem, vt Plinium loqui in ἄκοπος dicam. Athen. lib. 1, ἴσασι δὲ καὶ λουτρὰ ἄκη πάντων παντοῖα, κόπον μὲν ἀπαλάξῃ λύοντες, ἢ μάλιστα τοῖς νεύροις ὄζει πρόσφορος. Paulo pòst dicit καμάτων λύσις: accipiens pro eodem κόπον, πόνον, κάματον, id est pro lassitudine ex multo labore.

C. Ἄκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non lassatus, Lassitudinis expers, Lassitudinem non sentiens. Vel, Indefessus, Infatigabilis. Xenophon De re equestri, pag. 545, loquens de equorũ genibus quæ ὑγρότερως καμπτόνται, hoc est, flexu magis lubrico mouentur, τὰ δὲ ὑγρὰ δικαίως ἀδεκιμεῖ. ἀπαίσιον γὰρ ἢ ἄκοπώτερον τὸν ἵππον ἢ τὸν πεπληρωκότα σκελῶν καρέχει, minus & offendit equus & laborat, vt Camerari⁹ interpr. At Bud. ἄκοπον ἵππον accipit αὐτὸ τὸ μὴ κόπτοντος τὸν αὐχένα, qui nõ succussat. nã κόπτειν & pro Succutere accipi, suprà dictum fuit. ¶ A medicis autem ἄκοπα dicuntur medicamenta quibus aduersus lassitudines vtũtur, Quibus lassi perunguntur, Lassitudines recreantia, Lassitudines reficiẽtia, In lassitudine recreantia defessos, Lassitudines & fatigationes leuantia, Lassitudines soluentia seu dissoluentia. Tot enim modis interpretari possumus, Plinianis verbis vtentes. Sed & acopa Latini quoq; vocant, retẽto vocabulo Græco, vt Celsus lib. 5, cap. 24. & Scrib. Larg⁹ cap. 154. Acopon ad perfrictionẽ lassitudinum, tẽsionem neuorum. Eadem a Dioscori de libro 2 vocantur etiam ἄκοπα δωρεαῖς. Et ἄκοπα μαλάγματα in Hippiatria, Quæ fiunt ad lassitudinem equorum discutiendam. Ἄκοπον (inquit Gorr.) dicitur propriè medicamentum quod omnem lassitudinem ex multo & vehementi corporis motu exortam illitu leuat. Hæc prima fuit τοῦ ἀκόπου significatio: sed vsus paulatim nomen id extendit etiam ad medicamenta similem sortita compositionem, licet aliis quàm tollendæ lassitudini commodis inseruiant. Neque enim ad eam tantùm sed ad dolorem etiam veterem in alto corpore delitescentem, vel ad motum sensumque difficilem, vel ad tensionem scirrhósque componuntur. Adhibentur & iis (inquit Oribas.) qui quum pinguedinem corpori inducere moliantur, nihil tamen cibis, potibus, perfusionibus, balneis, aliisque id genus remediis proficiunt. Quæ omnia vt ἄκοπα rectè dici possint, satis est si humida sint cõsistentia & τῆς ἀκόπου similia. ea autem media est inter συλλείματα & liquida cerata, tanto illis crassior quãto his liquidior est. Sunt autem τὰ ἄκοπα ferè omni facultate duplicia, alia calefacientia, alia emollientia. Aliquanto pòst, Additur verò ab Oribasio tertia τῆς ἀκόπου differentia, eorum videlicet quæ cutim scarificant. Cæterùm miscentur aliquando calefacientia emollientibus, illinuntúrque commodissimè diuturnis affectibus, quique ægrè elidi possunt, & quibus sinapismus congruit. Miscentur & vnguenta quædam ad solam odoris suauitatem ET Μυρόκοπα appellantur: eiusdẽ tamen cum acopis generis & facultatis, & nihilo illis præstantiora, præter odoris gratiam. De iis & Paul. Ægin. lib. 7. ¶ Ἄκοπος est etiam fruticis nomen qui & anagyros appellatur, vt docet Plinius lib. 27, cap. 4, & Dioscorides lib. 3, cap. 167: inde fortassis dicti quòd parturientibus laborem mitiget. est enim θεῖον ὡς πόκους, vt Dioscorides tradit: difficiliter parientibus adalligatur, vt Plinius. AT Ἄκοπος, gemma est apud Plinium lib. 37, cap. 10, nitro similis, pumicosa, aureis guttis stellata: cum qua oleũ subferuefactum perunctis lassitudinem soluit. vulg. lex. ἄκοπον etiam appellant. ¶ Ἄκοπος dicitur etiã, Qui molestia affectus nõ est, Cui nullis molestiis cor cõtunditur. Vnde ἄκοπος ἀνὴρ apud Suidã ex Amipsia comico, ὁ οὐδέπω ἡνοχλημένος ὑπό τινος. ¶ Item Ἄκοπος, Qui corruptioni obnoxius non est, imprimis verò A vermium noxa tutus. nam suprà habuisti κόπτεσθαι dici ea quæ vitiantur & quibus malefica animalia innascuntur. Aristot. Probl. sect. 13, ὅθεν καὶ τοῖς πόνοις ὁ ὕπνος ἐνοχλεῖ ἐν τῇ ψυχῇ, πολλὰ ἔτη γίνεται ἄκοπος. vbi ἄκοπος ὕπνος opponitur τῷ κοπεντι, vt Theophrast⁹ appellat. qui & scribit De caus. plant. l. 4, sub finem, τὸ δ' ὅλον, ἄκοπα τὰ μὲν ξηρότητι (διόπερ καὶ ἡ κάλλις χρονιώτερον) τὰ δὲ ἀμείξια καὶ καθαρότητι, καθάπερ ὁ χοῖρος. id est, οὐ κοπτεται, vt paulo antè præcedit. Et cap. 15, σεσῆς πόλις ἡ ἐμβαλλομένη καὶ ἄκοπον παρέχουσα καὶ ἀνεδίσκουσα, de frumẽto. Idem Hist. plant. lib. 4, cap. 4, de malo medico, κἂν εἰς ἰμάτια τεθῇ τὸ μῆλον, ἄκοπα διαμένει. Vnde Plinius lib. 12, cap. 3, Pomũ ipsum odore præcellit, qui transit in vestes vnà cõditus, arcéque animaliũ noxia. Pertinet huc quod ex Oppio adducit Macrobius Saturn. lib. 4 cap. vlt. Est autem odoratissimum: ex quo interrectũ vesti tineas necat. Quæ verò hic ἄκοπα dicit, eadem & ἀπαθῆ appellat, quemadmodum in Κοπτω dictum est: necnon ἄζωα. VNDE Ἀκόπως, Sine lassitudine. Item sine noxa animalium malefícorum, vt Plinius vocat vermes in seminibus, & vestibus, aliisque similibus innascentes, ac ea vitiantes & corrumpentes. Theophr. De caussis plant. libro 4, cap. vltimo, ἀκόπως δὲ ἔχει, πάσσε, θέρμος, κεγχρος, αἴγιλωψ, ἄμελγε, σίσαμον, ἐρέβινθος, ἢ ὅλως τὰ σπερμέα. vbi ἀκόπως ἔχει dicit pro οὐ κόπτεται.

C. Ἔγκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Labore ac lassitudine plenus, In quo multum laboris ac lassitudinis inest id est Laboriosus, Difficilis, δυσχερής. nam ἔγκοπος Hesychio sunt δυσχοῆς. ¶ Item Lassus, Lassatus. vnde ἔγκοπον ἴχνος, vestigium fessum, in v. l. ex Epigr.

C. Ἐκκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Fessus, Lassus, Lassat⁹. vel Lassitudine eneruatus. idem quod sequens καπάκοπος. Apud Suidam ὁ ὑφ' ἑμαυτοῦ πεπρακότος τὰ δίοις, καὶ γνοὺς ὅτι ἐκκοπος, ἐπέμεινεν, Ex itinere lassatus, seu Lassus de via, vt Plautus loquitur, Lassitudine exanimatus. vt Caesar.

C. Εὔκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Facilis, Qui facili labore fit. Item Expeditus, Qui facili labore rem aliquam conficit. & qui velut non lassat. Epigr. lib. 2, οὕτως Εὔκοπος ὅστις Δίων, adeo Dion est expeditus, qui absque dolore mederur. In v. l. dicitur idem esse quod εὔκολος, & Facilè parabilis. VNDE Εὐκοπία, ας, ἡ, Facilitas. εὐκολία. v. l.

C. Καπάκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Defessus Labore confectus, qui & καπάτονος & πεπονηκὼς dicitur. Budæus pag. 890 ex Plutarcho, afferens ibidem exemplum ex Diodoro vbi καπαπόνοις vocat defessos pugnãdo, quibus ἀκέραιοι, id est integri, substituuntur. Plutarchus Alcibiade, pag. 65, θλίβειν καὶ ἀποκναίειν ἀπρέμα, καὶ πιέζων ἀμφοτέροις βασταζῆ χειρῶσι καὶ καταπόνοις ὑπ' ἀλκῆς. quo in loco καταπόνοις eadem significatione dicit qua Diodorus, i. καπακόποις.

C. Ὑπέρκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Supra modum lassatus, Valde lassus, seu defessus, Valde fatigatus. Citat Budæus ex Aristotele περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Idem de venatu pantheræ, ἵνα πρεσαλλοῦσα καὶ ὑπέρκοπος γένοιτο ὑπ' αὐτῆς τοῦ κυνηγοῦ καὶ ὑποχείριος γένηται. ¶ At in hoc loco Sophoclis Aiace, — ὑπέρκοπον Μηδέν' ποτ' εἴπῃς αὐτὸς οἷς θεοὶ ἔπεσε, Μηδ' ὄγκον ἄρῃς μηδέν', schol. vult ὑπέρκοπον metri causa vsurpatum esse pro ὑπέρκομπον.

C. Ὑπόκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Aliquatenus lassatus, Aliqua ex parte lassus. Xen. Cyneg. pag. 576, ἐπειδὰν μετὰ θόνσαι αἱ κύνες ἤδη ὑπόκοποι ὦσι, καὶ ἡ ἡμέρα, lassi propemodum sint. Nisi aliquis malit, Lassitudini succumbãt, Lassitudine opprimantur.

Κοπώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Laboriosus, Molestus, Quo facilè lassamus seu lassescimus. Bud. vertit Molestus in hoc loco Plutarchi, in Quæst. Platon. pag. 616. τοὺς δὲ ἄγαν νομίμους ἐκείνους, καὶ μηδένα σπούδεσμον ὀκ τῆς σωμηδείας ἀφιέντας, ὡς δρόμῳ καὶ ἀπαθῆ καὶ κοπώδη τῷ ἀμετεβλήτῳ πλὴν φεύγοντας πιόντας ἀποῦσι. ¶ Ἰτῶ Lassatus, Lassus, Defessus, seu Lassitudine defessus, vt Plin. loquitur. Paul. Ægin. l. 7, ἄκοπα λέγεται ὀκ τῶ πρόσφατος πρὸς τοὺς κοπώδεις σπουδρηδεῖς, quoniã primùm inuenta sint ad recreandos eos q lassitudine defessi sunt, Quoniam contra lassitudinum dolores primùm inuenta sunt. Sic enim loquitur Plinius, ex

quo suprà in ἄκοπος complures eiusmodi loquendi formulas annotaui.

Κοπάω, ῶ, Lasso, Fatigo. Et κοπόομαι, Lassor, Fatigor, Lassitudine opprimor seu exanimor, Assiduo labore defatigor seu defatigatus sum, Labore defeticor seu defessus sum, Frangor laboribus. Liuius dicit etiam Affecta laboribus ac vigiliis corpora, id est fracta & exanimata. Vnde ἐκοπώθη apud Galenum, Lassus est de via, Lassatus est ab itinere: seu iactatus est, vt Budæus interpretatur. Et κεκοπωμένος apud Dioscoridem, Lassitudine confractus vel contusus, Fatiscens, vt idem Budæus exponit.

Κράδος, ου, ἡ, idem quod κράδη, Ramus ficulnus. Dioscor. l. 1 de ficu syluestri loquens, αἱ δὲ κράδοι βρεῖοις κρέασι καθεψόμεναι ἀνέψυκτα ζῶντα ποιοῦσι. Sic enim ibi scribitur, videlicet κράδοι, & sic legit etiã B. sed quædã editiones habent κράδαι. ‖ Est & vitiũ seu morbus in ficu. Theophrastus Hist. plant. l. 4, cap. 16, ἀλίσκεται συκῆ μάλιστα ὑπὸ σφακελισμοῦ καὶ κράδος. καλεῖται δὲ σφακελισμὸς μὲν, ὅταν αἱ ῥίζαι μελανθῶσι· κράδος δὲ, ὅταν οἱ κλάδοι. καὶ γὰρ καὶ οὗτοι νεκρὰ κράδος, ὅθεν τοῦνομα τῇ νόσῳ. Vnde Plinius l. 17, cap. 24, Verùm vt homini neruorum cruciatus, sic & arbori: ac duobus æquè modis. Aut enim in pedes, hoc est radices, erumpit vis morbi, aut in articulos, hoc est cacuminum digitos, qui lõgissimè à toto corpore exeũt. Inarescunt ergo, & sunt apud Græcos sua nomina vtrique vitio. vndique primò dolor, mox & macies earum partium fragilis, postremò tabes morbũque, non intrante succo aut non perueniente: maximéque id fici sentiunt. Hoc & κράδη dicitur, vt tradunt v. l.

C. Κραδοπώλης, ου, ὁ, Surculorum ficulnorum seu ficuum venditor. Vide comp. sequens.

C. Κραδοφάγος, ου, ὁ, Qui ficos comedit aut ficulnis ramis foliisque victitat. συκοφάγος, ἰσχαδοφάγος, vt Hesych. exp. Significat etiã τὸν ἀγροῖκον, vt idẽ annotat. Itẽ apud Eust. quidam grammaticus, οἱ ἄγροικοι καὶ κραδοφάγοι λέγονται καὶ κραδοπῶλαι, ὡς ἀπὸ φύλλων καὶ δένδρων τρεφόμενοι. Quibus verbis videtur significare homines rusticos & qui ex rebus vilibus quæstum faciant. Rusticum & sordidum (inquit Erasmus in Chil.) veteres κραδοφάγον per iocum appellabant quasi κραδαιοφάγον. nam κράδαια vocant arboris fici folia. Iidem dicebantur βαλανοφάγοι, quasi prisco more glandibus viuentes. Vide & κράδαιον. Apud Hesych. verò scribitur κραδαφάγος.

Κράδαλοι, Rami ficulni. κλάδοι συκῆς, Hesych. AT Κραδαλός, οῦ, ὁ, Vibratilis, Qui facilè concutitur seu quassatur. ὁ κρεμάμενος καὶ ἀκίνητος, vt Eustath. exp.

Κράδαιον, ου, τὸ, Folium ficulnum. Poll. ὃν δὲ πύπτων αὐτῶν καὶ ὁ κραδοφάγος. τὸν δὲ ἄγροικον οὕτως ἐκάλουν· ἐπὶ κράδαια τὰ φύλλα τῆς συκῆς.

Κραδάω, Cradatione infestor. In vulgatis lexicis ex Theophr. Est autem morbus quidam ficui peculiaris de quo in κράδος. ‖ Item Vibro, Concutio, Quatio, à κράδη, vt Eustathius tradit: contra Etymol. κράδη à κραδάω. Videtur autem κραδάω esse Quasso seu concutio aut agito. vt folia solent concuti aut agitari à vento. nam κράδη generaliter pro quouis folio accipi Eustathius annotat. Hom. Iliad. v, ἤτορ δὲ ποιὴν Ἥφαιστος κεφὴ βιβᾶς, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος, prælongam vibrans seu quatiens hasta: de Aiace. Quo versu Suetonius scribit Vespasianum imperatorem vsum fuisse de quodã proceræ staturæ improbiúsque nato. Idem versus extat

& in Od. τ. Sic Il. v, Βῆ δ' ἔμεν ἐπιτιλήσας Ἐλέῳ ἥρωϊ ἄνακτι, Ὀξὺ δόρυ κραδάων, acutam vibrans hastam: Cic. de Samnitibus, Vibrant hastas ante pugnam.

Κραδαίνω idem quod κραδάω, ex eóque deriuatum, teste Eustath. Vibro, Crispo, vt Bud. interpr. apud Plut. in Apophth. Ἀγησίλαος ἐρωτηθεὶς ἄχρι τίνος εἰσὶν οἱ τῆς Λακωνικῆς ὅροι τὸ δόρυ κραδαίνας εἶπεν, ἄχρις οὗ τοῦτο φθάνει. Hastam quatere dicit Virgilius, — certam quatit improbus hastam. Silius dicit Concutere hastam, & Tela concutere Ouidius. Et in pass. Il. v & π, Αἰχμὴ δ' Αἰνείαο κραδαινομένη κυδάλιμος Ὄχετ'. Item, Vibro, Concutio, Tremefacio, Cum tremore commoueo, vt fit in terræmotibus. vt κραδαίνεται γῆ, μὴ κινεῖται, apud Budæum, Terra vibratur, seu concutitur, non mouetur. Plinius, Nec simplici modo quatitur vnquã, sed tremit vibrátque. Idem eam dicit intremiscere. Seneca de tremore terræ loquens, Nam nec succutiuntur tũc omnia, nec inclinantur, sed vibrantur. Synes. epist. 161, ἔστιν ἐν Θεσσαλίᾳ τῆς ἡμέρας πολλάκις· καὶ ὡς ἱστορίας ἅπαν οἱ αἴθριοι τρεμνῶς οἱ πλείους. τὸ γὰρ ἔδαφος ἐκραδαίνετο. ‖ Item, Quasso, Quatio, Concutio: eo sensu quo Seneca dicit Terrore quatere populos, & Lucan. Tumultu ingenti bellorũ concutitur Roma. & Ouidius, Metus ossa concutit. Plutar. Alcibiade, 63, ὀλιγωρήσας καὶ κραδαίνων τὴν Πελοπόννησον. Idẽ, ποσάκις δ' ἐμάνην ἢ καὶ πυρὶ πέρεσ' Βάκχοιν Ἰνδοὶ ἐφοβήσε, καὶ πᾶσαν ἐκεράδανε τὴν Ἀσίαν, concusserat & tremefecerat. Et κραδαίνομαι, Metu concutior, Tremisco, Horrore quatior. Plut. De Cicerone in iudicio Miloniano, κραδαινόμενος τὸ σῶμα καὶ τὴν φωνὴν ὑπορρόμενος, corpore præ metu vibrante & voce interrupta, vt Bud. interpretatur. Paulo antè dixerat, μόλις ἐπαύσατο παλλόμενος καὶ τρέμων. Idem Plutar. in Alexandro, pag. 230, εἰκόνος Ἀλεξάνδρου φανείσης ἄφνω, πηνῶτα φεῦξαι καὶ κραδαινθῆναι τὸ σῶμα, καὶ μόλις ἀναλαβεῖν ἑαυτὸν, ἐπιγιγνόμενα τοῖς τὴν ὄψιν.

C. Ἐπικραδαίνω, Euibro, Quatio. Bud. ex Xen.

c. 2. Συνεπικραδαίνω, Vnà cõcutio. Xenoph. Cyneg. de canibus, ἐπειδὰν ὀσφρανθῶσι τὴν λαγῶ ὦσι, ὑλοτομοῦσι τὴν κυνηγέτην σὺν ταῖς οὐραῖς τὰ σώματα συνεπικραδαίνουσι. Motu cerebro concutere corpus dicunt Latini.

Κραδύω, idem quod κραδάω & κραδαίνω, Vibro, Quatio, Concutio. Vnde κραδύειν apud Hesychium κραδαίνειν, σείειν, πυνάσσειν.

ΚΡΑ'ΤΟΣ, εος, τὸ, Robur, Vires, Vis, Potẽtia. Homerus Il. ιι, Τὸν Λυκόοργος ἔπφνε δόλῳ, οὔτι κραπὶ γε, Σπινοωπῷ ἐν ὁδῷ. Et Il. α, Τόφρα δὴ Τρώεσσι πόνει κράτος, Adiice robur & vires Troianis, vel potentiam, Auge Troianorum potentiam. Et Il. β, de Ioue, — ποῦ γὰρ κράτος ὅσσον μέγιστον, eius enim potentia est maxima. Aristot. De mundo, ὁ τὸ κράτος ἔχων ἡγεμών. Et ἐν κράτει εἶναι, pro Potentem esse apud Thucydidem.

‖ Sæpe etiam exponitur Imperium. vt apud Herodotũ, ἡμεῖς δ' αἰεὶ τῶν ἀρίστων ὑπὸ λεξάντες ὁμιλίην, πόσον τοῦ θείου μέρος τὸ κράτος. Et τῆς θαλάσσης κράτος Thucyd. lib. 1, Maris imperium. Et κράτος τῆς οἰκουμένης, Imperium orbis, Athen. Itidem imperium Romanorum à Plutarcho dicitur κράτος. ‖ Hesychius κράτος vult esse etiam βασιλείαν, id est regnum, seu regiam dignitatem. Quò pertinet quod Eustathius annotat in istud hemistichiũ Iliados μ, — σὺν δὲ κράτος αἰὲν ἀέξειν. hunc videlicet locum facere pro iis qui postea κράτος vocarunt βασιλείαν.

Κράτος in manu vocarunt Græci quod ad digitos vergit, tanquam manus robur. Cam. ex Poll.

Κράτος, Victoria. Od. φ, Ἠῶθεν δὲ θεὸς δώσει κράτος ᾧ κ' ἐθέλῃσιν. Sic Hesiodus, Νῦν δὴ Ζεὺς κράτος ὕμμι δίδοῖ. Itidem Sophocl. κράτος καταστήσασθαι, victoriam comparare. Et Euripides, κράτος τῶν ἀρήνων ἔσαι γυναῖξι, Victoria masculorum erit fœminis, pro Fœminæ vincent masculos. Et metaphoricè nonnũquam, sicut apud Latinos Victoria, vel Principatus. vt apud Greg. de Maximino tyranno, φιλονεικῶν τὸ τῆς ἀσεβείας κράτος ἀνασήσασθαι. vbi Bud. vertit Victoriam, item Principatus, Præcipuum nomen.

AT Καθαρκράτος, vel potius κῦ κράτος, Vi, vel Totis viribus. vt κῦ κράτος ἑλεῖν τὴν πόλιν, apud Isocr. & Platonem, necnõ passim apud historicos, Vrbem vi capere, Vrbem expugnare. Thucyd. l. 8, pag. 295, ἀφ' ὧν τοῦ γραπτοῦ μαθεῖν παρεσκευάζοντο ὡς κῦ κράτος μηχανᾶς τε καὶ πάντῃ τρόπῳ, τῷ δυνάσθαι, αἱρήσοντες τὴν Ἐρεσόν. Luc. De calumn. ἐπειδὰν πίνων ὑπὸ τοῦ πότου ἁπάντων συμμαχούμενοι ὡς τρόπῳ, κῦ κράτος αἱρήσουσιν, εἶμαι. ‖ Κατὰ κράτος, (inquit Budæus) Vi & armis. Plutarchus sæpe vtitur pro Vehementer, vel Pro viribus, Omni ope. Hæc ille. Ego autem nõ à Plutar. tãtùm, sed & ab aliis antiquioribus accipi ita dico: exponens tamẽ etiam Acerrimè, Magno conatu, vel Omni conatu. Thucydides libro 1, καὶ οὕτως ἤδη κῦ κράτος ἢ Ποτίδαια ἀμφοτέρωθεν ἐπολιορκεῖτο. Plutarchus autem dixit etiam πολεμεῖν κῦ κράτος, Acerrimum bellum gerere. Apud Xenophontem verò κατὰ κράτος φεύγειν exponitur Totis viribus fugere, id est Quantum quis pedum velocitate contendere potest. Transfertur autem κῦ κράτος & ad alia. vt quum dicit Plutarchus ὥστε κῦ κράτος ἐλέγχεσθαι τὸν Πυθαγόραν, εἰπόντα &c. quod ego interpretor, Adeo vt validissimis rationibus conuictus teneatur. Hanc inquam aut huic similem interpretationem dandam esse huic loco existimo: quum alioqui sciam doctissimum virum Adr. Turnebum liberius exposuisse κῦ κράτος, videlicet Manifestò, item Modis omnibus. Cæterùm admonendus est lector magni erroris qui in vulgatis lexicis cõmissus est in scribendo hoc vocabulo. quũ enim ex κῦ κράτος factũ fuisset καθαρκράτος, aliquis postea, vt aduerbii formam seu terminationem ei daret, scripsit in illis καθαρκράτως, atque adeo locos Platonis & Xenophontis simili errore implicuit. Atqui nec in vllo fideliter scripto exemplari se καθαρκράτος reperisse testatus est vnquam quisquam, nec vllius exempli analogia confirmari potest. At καθαρκράτος coniunctũ quidem, sed cum ο, in multis vet. cod. non infideliter alioqui scriptis, legisse me fateor: sic tamen vt alteram scripturam malim κῦ κράτος. Vt autem Καθαρκράτος, sic Ἀνακεράτος coniunctim scriptũ inuenitur, itidem signif. Totis viribus. Sed & hic scripserim potius ἀνὰ κράτος. Est autem alioqui rarus huius præpositionis vsus cum isto nomine, pro κῦ κράτος videlicet.

Κέρατος existimauit Eustathius prius esse quàm κάρπος. scribit enim κάρπωσι apud Homerũ esse vel à κάρπα significante λίαν, vel à κράτος per metathesin, vt βαρδίστοι ἵππωι dicitur pro βεράδιστοι. At ego crediderim potius κάρπος prius esse quàm κέρατος, sicut καρδία prius est quàm κραδία. neque tamen quum ad tribuendam vtrique suã sedem ventum est, id est tam huic κράτος quàm illi κάρπος, ab illo dissentiri ausus sum.

F Κραταιὸς, ου, ὁ, Fortis, Viribus potẽs, Validus. Od. σ, Καί που τὸς δοκέεις μέγας ἔμμεναι ἠὲ κραταιός. Od. ο, Τέκετο δ' Ἀντιφάτην καὶ Μάιμον, οἷε κραταιώ. Philo De mũdo, οὐδὲν ἐν ὕλαις κραταιὸν οὕτως ὡς τὸ πῦρ ἐσμεν ἀχθοφορεῖν ἰσχύσαι, nihil ita validum. Interdum Validus seu potens in continendo aut retinendo, Tenax, vt δεσμὸς κραταιότατος apud eundem, Vinculum validissimum & tenacissimũ. In Epigr. lib. 2, ἔχει γὰρ Ἄιδαος ἰκτίνου χεῖρα κραταιοτέρην, miluo rapace manum tenaciorem. tit. εἰς ἅδαν. In malam autem partem accipitur μοῖρα κραταιὴ, teste Eustathio, id est Violentum fatum, Nimiis viribus potẽs. Il. π, — πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή. Item Κραταιὸν οὖδας apud Hesychium λιθόστρωτον ἔδαφος, solum seu pauimentum lapidibus stratum. VNDE Κραταιῶς, Validè, Fortiter. Philo De mundo, τῆς συνεχούσης αὐτὰ δυνάμεως, ὑφ' ἧς καὶ δεμνίζεται, μάλα παγίως καὶ κραταιῶς ἐνειληφυῖας, quam firmissimè in eis atque validissimè implicitæ. ET Κραταιόω, Viribus potentem & validum reddo, Roboro, Corroboro. Lucæ 1, ὁ παῖς ἐκραταιοῦτο πνεύματι. Ephes. 3, δυνάμει κραταιωθῆναι διὰ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ. 1 Cor. 16, στήκετε ἐν τῇ πίστει, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε. VNDE Κραταίωμα, Firmamentum. AT Κραταίωμα, ου, τὸ, Consuetum scripturæ aut picturæ firmamẽtum. v. l. COMP. Ἐπικραταιόω, Insuper confirmo. Item ἐπικραταιώθη, Præualui, Inualui. v. l.

Κραιπνὸς, οῦ, ὁ, idem quod κραταιὸς, Valibus, Viribus & ro-

bore potens. Iliad. π, κρατερός, περ ἐὼν καὶ χερσὶ πεποιθώς. Il. φ, Λίσσω γὰρ κρατερὸς περ πάντων ἔς' ἀνθρώπων. Iliad. ρ, Ἀχιλεῦ αἰχμητὰ, κρατερὸν μένος ἐσσο φόβοιο. Hesiodus Theog. ἠδὲ σίδηρος, ὅπερ κρατερώτατος ἐστί. Il. γ, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής, bellator viribus potens, seu fortis & strenuus. Il. ρ, Οὔ δὴ ἑτάρου ἔπερχε ἐνηέα περ κρατερόν περ. Item κρατερὸς δεσμὸς, vt κραταιὸς, Tenax vinculum & validum. At Eustathius exponit χαλεπός. sicut Dura vincula Latini dicunt. Iliad. ε, Παῖδες Ἄλωῆος δῆσαν κρατερῷ ἐνὶ δεσμῷ. Et paulo pòst, χαλεπὸς δὲ ἑ δεσμὸς ἐδάμνα. Vnde Eustathius expositionem illã sumpsit. ‖ Item Vehemens, Acer, Violentus, σφοδρός, βίαιος. Il. β, Ἀνὴρ κεκρατερῷ. Sic alibi, ἀπηνέα περ κρατερόν περ. Il. ω, Ἀρχιπέδας, κοῖλας ἄσσον ἐὼν ἀπὸ δοῦρε πεκήων Ἀνδρὶ τῷ κρατερῷ. nam hic Eustathius in malam partem accipit δηϊβαίου. Ponet tamen & pro crudeli capi, vt paulo antè dicit Ὠμηστὴς καὶ ἄπιστος ἀνήρ. Il. β, Ἄρχε δ' Ἀγχίσιος κρατερὸς ὑσμίνας, in præliis vehementibus, vel acribus seu acerrimis. Sic κρατερὸς ἀμφίβασις. Iliados ε, Δεῦτε νύ οἱ ἀμφίβασιν κρατερὴν Τρώων ἀγερώχων. id est γυναῖκα, βιαίαν, κρείσσονα. Item κρατερὰ ἄλγεα, vehementes dolores. Od. ο, Δεσμῷ ὀν δρυαλέῳ δέδετο κρατερὰ ἄλγεα πάσχων. Idem, κρατερὴ ἀνάγκη, Dura necessitas, vel violenta, βιαία. Il. ζ, Πάσσ' ἀνέκαλεσσάμην, κρατερὴ δ' ὑπεκείσετ' ἀνάγκη, violẽta vrgebit necessitas, quæ quantumuis inuitam coget. ‖ At κρατερὸς μῦθος non tantùm in bonam partem accipitur pro Generosa oratio, & cui se opponere difficile, γενναῖος καὶ δυσαπόστατος: sed etiam Acerba, Minax, χαλεπὴ, ἀπειλητική. Il. α, Ἀλλὰ κακῶς ἀφίεις, κρατερὸν δ' ὅπι μῦθον ἔπεσσι, acria & minacia verba addidit. Il. π, Σῆσιν εὐκρίνας, κρατερὸν δ' ὅπι μῦθον ἔπελλε, i. γενναῖον καὶ δυσαπόστατον, vt Eustathius exp. ‖ Κρατερὸς, Victor, Superior, νικητής. Eust. ex Æliano, ὁ δεῖνα κρατερὸς τοῦ δεῖνος γέγονεν. ‖ Κρατερὸς est etiam nomen proprium cuiusdam Macedonis quo Philippus & Alexander in multis bellis duce vsi sunt. VNDE Κρατερῶς, Validè, Fortiter, Strenuè, seu Firmiter. γενναίως. στερρῶς, vt exponitur ab Eustathio Iliad. ο, Ἔστασαν κρατερῶς, μηδὲ τροπάσθε φόβονδε, firmiter persistere, nec in fugam inclinare. Item κατὰ κράτος, Totis viribus, Toto virium nixu. Od. ο, Κάδοι δ' ἔβαλε κρατερῶς. At κρατερῶς ἀγορεύειν exponitur ἀστόμως. Iliados ν. ἐκ δ' ἀγορὴν ἐλέγοντο σιωπῇ Μῦθον ἀγασσάμενοι. μάλα γὰρ κρατερῶς ἀγόρευε. Sic verò suprà quoque κρατερὸν μῦθον ἔπεσσιν dicit. ITEM Κραπρόω, Validum & firmũ reddo, Solido. VNDE Κρατέρωμα, Mixtura æris & stanni qua videlicet aliquid solidatur. κρατέρωμα τι (inquit Hesych.) μίξις χαλκοῦ καὶ κασσιτέρου.

Κρατὺς, ύος, ὁ, idem quod præcedentia κρατερὸς & κραπερός. Il. ω, Τῷ μετὰ χερσὶν ἔχων πίπτω κρατὺς Ἀρχεσιφόντης Ab Hesychio exponitur ἄρχων, ἐξουσιάζων.

Κρατόω, Validum ac firmum reddo, Munio. χωρόω. Thucyd. lib. 3, καὶ ἐστασάμεθα τὰ ἐν τῇ πόλει τοῦτο βεβαιότερα, καὶ τείχη κρατώσαντες, ac mœnia fortiora firmioráque reddentes, seu munientes, ἰσχυρὰ ποιήσαντες. Et lib. 1, ἐάσαντες αὐτοὺς τὴν πόλιν μετὰ τὰ Μηδικὰ κρατῶσαι, vrbem munire. Eadem significatione dicitur & κραπώσομαι. Idem Thucydides lib. 4. pag. 138, κρατωσάμενοι αὐτοὺς, videlicet τῷ Ἀτραφόρῳ. Et pag. 157, τὰς ἐγγὺς οἰκίας ἐκρατώσατο. Appian. ἐκρατώετο τὰ φρούρια τῆς Γαλλίας φρουρείοις πολλοῖς. Sic Plutar. in Demetrio, τὰς μὲν πόλεις ἐκρατώετο φρουραῖς, muniebat præsidiis. In hoc autem eiusdem loco, τῷ πρεσβυτέρῳ κρατωσάμενοι, Bud. interpr. Impressione validiore facta. Item κρατώσασθαι ναῦς, contra ventorum furores munire, Firmiorem reddere ad eorum impetus sustinendos. Lucianus, τῷ ναῦς πρὸς μέγαν καὶ βίαιον πλοῦν ἐκρατωσάμεν, nauem, vt ad longam sæuámque nauigationem esset idonea, armandam instruendámque curaui. At πίστεις seu ὅρκια κρατώσασθαι, est Stabilire, Confirmare seu firmare. Thucyd. l. 3, τὰς εἰς σφᾶς αὐτοὺς πίστεις οὐ τῷ θείῳ νόμῳ μᾶλλον ἐκρατώσαντο ἢ τῷ κοινῇ πωφελησόμενοι, firmabant seu confirmabant. ‖ Item Cõfirmo, Stabilio, Vim magnam tribuo. Plut. Alexãdro, pag. 162, οἱ τῷ ἐμπαρμένῳ κρατώσειν πειρώμενοι, vim magnam fato tribuere conantes. ‖ Item Roboro, Induro. Xenoph. Polit. Lacæd. αὐτὴ γὰρ μόνη τοῦ ἀπαλλάττειν τοὺς πόδας ὑποδήμασιν, ἔταξεν ἀνυποδήσασα κρατώσειν, firmare & indurare. vt Plinius dicit Indurantes attritu arborum costas. Budæus. ‖ Item Solido. vnde facta ossa quum per callum glutinantur, κρατώσθαι dicuntur ab Hippocrate, Conteruere à Cornelio Celso. vulg. lex. ‖ Accipitur etiam pro κρατῶ. nam Hesychius κρατώσει exponit κρατεῖ: item κρατωθῆν, κρατηθῆν, βεβιασθῆν. Pro hac autem significatione verbi κρατώω quam profert Hesychius, videlicet pro κρατῶ, faciunt duo tragicorum duorum loci, Sophoclis & Euripidis. Ita enim Sophocles in Œdipo tyranno, pag. 148 meæ editionis, Ἀλλ' ὦ κρατώσω Οἰδίπους χώρας ἐμῆς. Euripides autẽ in Bacchis, pag. 17 editionis Aldinæ Πενθεὺς, κρατώσων τὴν δὲ Θηβαίας χθονός. quod κρατώσων Horatium esse interpretatũ Rector, docet mea in illum locũ annotatio quã habes in opusculo quod inscripsi annotationes in Soph. & Eurip. VNDE Κρατωτὴς, Victor, Qui prævalet alteri & victoriam obtinet. nam κρατωτὴς ἐστὶ Hesych. exp. πάνυ κρατοῦντα. AT Κρατωτικὸς, ός, ὸν, Firmãdi seu confirmãdi vim habens, Firmare seu confirmare potens. COMPOS. Ἐπικρατόω, Confirmo, Roboro.

Κρεῖπων, Fortior, Validior. in v. l.

Κρείσσων, ων, ὁ, Fortissimus, Validissimus, Viribus præpotẽs, Viribus præstans: item & Strenuus. Thucyd. lib. 7, pag. 255, τὸ κρείσσοις εἶναι εἰ τοῖς κρείσσοις ὀνίσασθαι. Et lib. 2, κρείσσοι δὲ αὐτῶν τῷ ψυχῷ δικαίᾳ κρίσει, præstantissimi ac generosissimi animi meritò censeri debent. Et lib. 3, ἐν τῷ αὐτῷ δὲ καὶ τὰ κρείσσα ὅσῳ τοῖς ἐλάσσεσι τοῖς πλείοσι ξυνεπῆν, id est τοῖς κρείσσοις, Præstantissimos quosque, Qui viribus cæteris præstarent. nam opponit ibi τοῖς κρείσσοις, siue τοῖς κρείσσοσι, τοῖς ἐλάσσεσι, & ἀδυνάτοις, vt paulo pòst vocat. Itẽ κρείσσος τινὶ ἐστι, Qui potissimùm aliquid facere posse videtur, Cui veluti vires maximæ suppetunt ad aliquid efficiendum. vel etiam Qui optimè aliquid facere potest, Aptissimus ad aliquid faciendum. Thucydides libro 2, δοκοῦσι δὲ οἱ Ἀκαρνᾶνες κρείσσοι εἶναι τοῦ πιεῖν. Xenoph. νομίζεται Σωκράτης τοῦ τρέφεσθαι μὴ ἀθρόως ἐπὶ δρεπτὸν κρείσσων χρῆναι, τοῦ σαγχάνειν δὲ ἐπ' αὐτῷ οὐχ ἱκανός. Quæ Turnebus vertit, Socratem existimant præstantissimum fuisse ad homines ad virtutem impellendos. Κρεῖσσον μὲν τῆς ἀκμῆς τῆς καμρᾶν πυγχάνειν apud Demosthenem, Potissimum est rem porum articulum attingere. Item κρείσσων ἔσται, potissimum erit. Et τὰ κρείσσα, quæ potissima sunt. ‖ Interdum commodius redditur Optimus, sicut & in quibusdam præcedentium locorum accipi potest. Thucyd libro 1, καὶ (ὅπερ κρείσσοι) κυβερνήσαι ἔχειν τὴν πόλιν, Quod longè optimum est. vel etiam Potissimum. ‖ Interdum pro comparatiuo accipitur. Plutarchus in lib. qui τοῦ ἀδελφοῦ inscribitur, ἵνα αὐτὸς αὑτοῦ πυγχάνῃ κρείσσος ὤν, Vt ipse ipso præstantior & melior existat, Ipse se præstantia vincat. vt de luna, αὐτὴ αὑτῆς λαμπροτέρα. VNDE Κρείσσα, Præstantissimè, Optimè. ET Κρεισσεύω, Præstantissimus sum, Optimus sum, Præsto, Antecello. Isocrates in Euagora, καὶ τύπων ἄν τις μάρτυρας παρέσχετο, τῶν ὑφ' αὑτῷ στρατιωτῶν, τοὺς σωματοειδεῖς τῶν πολιτῶν, τῆς δεξιᾶς μόνης, τοῖς ἀγῶσιν ἐν οἷς ἐκείνου ἡλικιωτῶν ἐκρείσσευε, præstãtia & fortitudine æquales suos superauit. Arrian. lib. 6, ἐκπεμπόμενος παρ' αὐτῶν οἱ Νεοπτόλεμος τὸν κρεισσεύοντα σφῶν, qui præstantia inter ipsos potior erat. Xenoph. Pæd. 1, καὶ πάλλα κρεισσεύοντα αὐτὸν ἑώρων τοῦ ἀπάντων ἑαυτῶν. Pro Præstantissimus sum, citat Bud. ex Aristot. Problem. 63. Plut. in Eum. 190. Item cum datiuo rei qua cæteris præstamus. Apud Xenophontem, τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς κρεισσεύοντες, corpore & animo præstantes. Et τὸ κρεισσεῦον, quod potissimum & præstantissimum est. Philo De mundo, τοῦ ἐν ἡμῖν τὸ κρεισσεῦον, ὁ νοῦς, Eorum quæ in nobis sunt, animus in primis bonitate censetur & præstantia.

C. Ἀκρατὴς, ές, ὁ & ἡ, Impotens. q.d. κράτος οὐκ ἔχων. vt ἀκρατὴς θυμοῦ, impotens iræ. vt dicit Liuius, Pleminius impotens iræ. (pro eodem autem dicitur à Curtio Impotens animi) q.d. κράτος οὐκ ἔχων θυμοῦ. itidémque ἀκρατὴς ἔρωτος, Impotens amoris, vt loquitur Tacitus. Potest verò & alia sermonis forma dici, Impotente ira percitus, & Impotente amore captus.

Ἀκρατὴς, (q.d. Impotens continendi seu retinendi)

Qui continere seu retinere non potest. vt exponitur à Budæo in exemplis sequentibus. Aristot. ἀκρατῆ δὲ τὰ παιδία μέχρι πόρρω τῆς κεφαλῆς ἐστι, Pueruli diu caput cõtinere non possunt. videlicet præ põdere cerebri. Luc. in dial. Nept. & Nereidũ, ἀκρατὴς ἐγένετο τῆς κεφάλης τοῦ κέρους, Non valuit arietis cornua continere & cohibere seu coercere. Vel etiã verbo Retinere, Qui cornua quæ apprehenderat, retinere non potuit. Apud eundem, ἀκρατὴς γέλωτος, Non continens risum. Isocrates in Pan. dicit se esse ἀκρατῆ ἐνίων, id est, se continere quædã non posse, sibi inter dicendum quædam inuito excidere. Sed ἀκρατὴς sæpe etiã peculiarẽ habet verbi Cõtinere significationẽ, eam videlicet à qua dicitur aliquis esse incontinens. vt ἀκρατὴς τῆς ὀπῆς θυμῶν, incontinens cupiditatum (rarius tamen genitiuum adiiciunt Latini.) Xenoph. Pæd. 5, τὰ μοχθηρὰ ἀνθρώπια πάντων, οἶμαι, ὀπῆς θυμῶν ἀκρατῆ ἐστι. Idem, ἀκρατὴς ἀφροδισίων, incontinens venereæ voluptatis. id est libidinosus. Sed iungitur aliis plerisque genitiuis, quibus iunctum non itidem reddi commodè eadem forma possit. vt quum dicitur ἀκρατὴς τιμῆς, & ἀκρατὴς κέρδους, &c. Sunt igitur apud Aristotelem ἀκρατεῖς τιμῆς (ad verbũ Incontinentes gloriæ) qui cupiditatem gloriæ continere & refrænare nõ possunt: itidem ἀκρατεῖς κέρδους, qui cupiditatem lucri, id est auaritiam, compescere nequeunt. Ac planè iidem sunt ἀκρατεῖς κέρδους, & generaliter ἀκρατεῖς τῆς ὀπῆς θυμῶν, qui & ἥττονες τῆς ὀπῆς θυμῶν appellantur, quasi Cupiditatibus inferiores, Qui superantur a cupiditatibus. ‖ Ἀκρατὴς absolutè etiam, sicut Latinis Incontinens. vt Incontinens Tytus apud Horatium. Aristoteles Ethic. lib. 7, cap. 1 & 4, pro iisdẽ poni iubet ἀκρατῆ & ἀκόλαστον, sicut & ἐγκρατῆ ac σώφρονα. Idem eiusdem capitis 4 initio dixerat, ὅτι μὴ οὐ πᾶσαι ἡδοναὶ καὶ λύπαι ἐστὶν οὗτ' ἐγκρατεῖς καὶ κρατερικοὶ καὶ ἀκρατεῖς καὶ μαλακοὶ, φανερόν. Paulo pòst verò docet quum eorum quæ voluptatem corpori afferunt, alia sint necessaria, alia nequaquam, sed per se tamen optabilia, eos qui in his modum excedant, non dici absolutè ἀκρατεῖς, sed cum adiectione. ἁπλῶς μὲν (inquit) οὐ λέγομεν ἀκρατεῖς, τοὺς πθείτες δὲ, τὸ χρημᾷ ἀκρατεῖς, καὶ κέρδους καὶ τιμῆς. Postea autem docet vbi ἀκρατὴς sine adiectione ponatur. Notandum est porro, exactius loquendo, discrimẽ inter ἀκρατῆ & ἀκόλαστον, siue inter ἀκρασίαν & ἀκολασίαν statui.

Ἀκρατὴς, passiuè, Qui contineri seu coerceri aut cõpesci non potest, vel etiam refrænari. vt ἀκρατὲς στόμα, Aristoph. Effræne os.

Ἀκρατὴς, absolutè, Robur seu vires non habens, Inualidus, Debilis Imbecillus. κράτος οὐκ ἔχων (sicut à δύναμις dicitur ἀδυνάμος.) vt χεὶρ ἀκρατὴς, manus debilis, imbecillis. Sic ἀκρατὲς apud Euripidem pro ἀσθενὲς, imbecille teste Hesychio.

Ἀκρατέστερος pro ἀκρατότερος, id est meracius. apud Aristotelem in Probl. οἶνος κεκραμένος μᾶλλον, ἀκρατέστερος δέ. Ibidẽ, οἱ ἀκρατέστεροι πίνοντες ἢ ὅλως ἄκρατον, μᾶλλον κραπαλῶσι. vnde vulg. lexicorum consarcinatores collegerunt ἀκρατὴς poni pro ἄκρατος, ignorantes ἀκρατέστερος dici vt ἀφθονέστερος, ῥᾳδιέστερος, & similia. neque enim reperiuntur ἀφθονὴς & ῥᾳδιὴς, sed tantùm ἄφθονος & ῥᾴδιος. Quod autem ad hunc Luciani locum attinet, in lib. De modo scribendæ historiæ, ὅκεῖ μὴν γὰρ ἀκρατὴς ἡ ἐλευθερία, καὶ νόμος εἷς, τὸ δόξαν τῷ ποιητῇ, hic ἀκρατὴς ἡ ἐλευθερία Micyllus vertit, Libertas nullius alterius arbitrio subiecta: ego autem potius intelligo Pura puta libertas, (si ita loqui licet) sed reponens ἄκρατος.

Ἀκρατῶς, Impotenter, Impotenti animo. Itẽ Incontinenter, Intemperanter: oppositum habens ἐγκρατῶς. Secundum Suidam ἀκρατῶς significat etiam, Cum summa cõtentione, Concitatè: vt in hoc loco quem citat, ἱππεῖς ἤλαυνον ἀκρατῶς, καὶ ἅμα ἐδόων. q.d. ita vt retineri nullo modo possent & reprimi. neque enim facilè intentus & incitatus cursus retinetur.

Ἀκρασία, ας, ἡ, Incontinentia, Intemperantia. Xenophon Pædiæ 8, ζῆτοις ἠγεῖτο ἡ ἀκρασία τινὶ ἢ ἀδικία ἢ ἀμελεία ἀπεῖναι. Aristot. ἀκρασίαν & ἀκολασίαν pro eodem ponit: nonnulli distingunt. Vide Ἀκολασία. ET Ἀκρασία quoque hac in significatione interdum (vel potius frequenter) accipitur. vt suo loco docui, videlicet secundi tomi columna seu semipagina 134. Tunc autem suspicari me ἀκρασία dici quasi ἀκρατασία, ibidem admonui. ‖ Ἀκρασία τῆς τροφοφερομένων, Stomachi vitium. q.d. Impotentia continendi cibos sumptos. accipiendo impotẽtiam pro carentia facultatis. si ita loqui licet.

Ἀκρατύομαι, Incontinenter seu Intemperanter viuo, Intẽperans sum. cui opponitur ἐγκρατύομαι. Vtitur autẽ verbo ἀκρατύομαι Aristoteles Ethic. 7, cap. 2 & 3. licet Phrynichus Atticos hoc verbo neget vti. Sed & ἀσωτεύεσθαι ab eodem Aristotele vsurpatur.

Ἀκράτυμα, ατος, τὸ, Incõtinentia, Intemperãtia, ἀκράτεια. Sonat autem potius, Intemperans factum.

C. Αὐτοκρατὴς vide cum Αὐτοκράτωρ.

C. Δικρατὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, q.d. B. potens Apud Sophoclem Aiace, δικρατεῖς Ἀτρεΐδαι, id est diuisum inter se imperiũ habentes, Agamemnon & Menelaus.

C. Ἐγκρατὴς, έος, ὁ & ἡ, (cõtrariam signif. habens proximè præcedenti ἀκρατὴς. Dicitur enim ἐγκρατὴς quasi ὁ ἐν κράτει ἔχων, Qui in potestate habet [rem aliquam.] Qui potitur re aliqua. At Budæus exponit Imperiũ habens, item Potens alicuius rei. sed accommodata mihi videtur esse illa mea prima interpretatio plerisque locis. ex quibus est hic Demosth. ἐπειδὴ δὲ πάντα ἐγκρατὴς ἐγένετο τοῦ ἀργυρίου. Aptè enim hic reddideris (meo iudicio) Postquam in potestate habuit illam pecuniam. Vt omittam, In potestate bene conuenire cum ἐν κράτει. Alibi autem verbo Potiri aut eius participio vti possumus: alicubi etiam nomine Compos. ἐγκρατὴς τῆς τοιαυτῆς Φίλιππος apud Demosthenem (quo loquutus est modo & Plutarchus in Solone) Potiens rerum, vel Potitus rerum. Lucianus in Anach. ὡς μήλου καὶ κάπου ἐγκρατεῖς γένοιτο νικήσαντες, Vt potiantur oleastro, vel Vt consequatur. At nomine Compos reddi potest, vt ἐγκρατὴς τῆς βασιλείας γένοιτο, Compos regni factus, vel Regno potitus. Sed & peculiaris nominis Compos significatio, qua dicitur aliquis Compos esse sui, huic nomini conuenire putatur. Affertur enim ex Platone ἐγκρατὴς αὑτοῦ pro Compos sui.

Ἐγκρατὴς redditur etiam Superior. vt apud Plutarchũ in Numa, ἐγκρατὴς καὶ ὑπερδίκαιος τῆς κακίας ἀρετή, Superior vitio virtus. Sic apud Xenophõtem ἐγκρατὴς ὕπνου, Qui est superior somno, vel Qui somno non succumbit. Vel Qui somno non est deditus. Sic ἐγκρατὴς γαστρὸς, Qui ventri non est deditus. (at in vulgaris lexicis exponitur Qui ventrem coercet & reprimit) Et ἐγκρατὴς οἴνου, Vino non deditus. Et ἐγκρατὴς ἀφροδισίων, seu συνουσίας, Rebus venereis non deditus, vel Abstinẽs rerum venerearum. At tria hæc, ἐγκρατὴς τῆς γαστρὸς καὶ οἴνου καὶ συνουσίας, Budæus vertit vno vocabulo, Continens. (Quam significationem habet alioqui hoc nomen ἐγκρατὴς & sine adiectione, vt videre potes in Ἀκρατὴς) At οὐκ ἐγκρατὴς θυμοῦ quum idem valeat quod ἀκρατὴς θυμοῦ, aptè reddetur itidem Impotens iræ. Sed & apud Theodoritum Ecclesiast. hist. libro 3, ἰδὼν ὅμως τὸν βασιλέα ἐγκρατῆ γενόμενον τοῦ θυμοῦ μὴ δυνάμενοι, reddere possumus μὴ δυνάμενον ἐγκρατῆ γενέσθαι τοῦ θυμοῦ, & his modis, Non posse iram suam compescere, aut cohibere, seu refrænare, vel Non posse Moderari iræ suæ, vt loquutus est Horatius.

Ἐγκρατὴς Qui retinere potest: vt vicissim ἀκρατὴς aliquãdo Qui retinere nõ potest: cuius significationis exemplum in Ἀκρατὴς attuli ex Luciano. Sed ex eodẽ afferetur ἐγκρατὴς ἡνιῶν simpliciter pro Tenẽs habenas. Ex Plat. autem ἐκρατὴς νόμου, pro Retinens legem.

Ἐγκρατὴς, sine adiectione, Potens, Validus. vnde apud Isocratem in Archid. 148, ἐγκρατέστερον τῷ ἀρχῷ τῆς πολιτῶν κατεστήσατο.

Ἐγκρατῶς, Potenter. Cum potentia. Et ἐγκρατῶς ἄρχειν, vel ἐγκρατῶς ἔχειν τῷ ἀρχῷ, Firmum habere imperium. Aristoteles Pol. libro 3, ἐπὶ γὰρ ἐγκρατῶς ἔχον τῷ ἀρχῷ οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπαπτίνασαν τοῖς Σαμίοις καὶ Λεσβίοις τοῦ τῆς συμμαχίας. id est Postquã firmum habuerunt imperium, vt Bud. vertit. At v. l. ex Thuc. afferunt ἐγκρατῶς ἄρχειν pro Imperiosè dominari: & in ἐγκρατῶς ἐπάρχειν apud eundem ἐγκρατῶς, vertunt acerrimè. Et Ἐγκρατῶς αὐτὴ-

λαμβάνεσθαι, Firmè prehendere, vel Tenaciter prehendere. ‖ Ἐγκρατῶς, Continenter, Cum continentia, aut Vtendo continentia.

Ἐγκράτεια, Continentia, Temperantia. Xenoph. Apomn. libro 1, ἐγκράτειαν δὲ τῆς ἡδονῆς κρίνω. Aristoteles Ethic. 7, cap. 4, καὶ ἡ ἐγκράτεια ἡ τοῦ σωφρονος. Sed cum genitiuo frequenter, sicut & ἐγκρατὴς, & tum exponitur etiam Abstinentia. Isocrates, ζῆν τῶν ἐγκράτειαν ἄσκει παντων ὑφ' ὧν κρατεῖσθαι πολὺ ψυχλὸ αἰσχρόν, Exerce abstinentiam ab iis rebus, id est Assuefacias te abstinentiæ. Sunt tamen & qui ἐγκράτειαν ἀσκεῖν exponant simplicius Abstinere. Apud eundem ἐγκράτειαν ἄσκει κέρδους, exponitur Temperantiam à lucro exerce. sed ab aliis melius, Cõtinentiam exerce à cupiditate lucri. Possis etiam reddere, Impera cupiditati lucri. Vel, Ne lucro dedita sit mens tua. ‖ Ἐγκράτεια, Imperium, Ditio. v. l.

Ἐγκρατεύομαι, (vt ab ἀκρατὴς fit ἀκρατεύομαι) Continens sum, Continentia vtor, Me cõtineo, vel Sum abstinẽs. Paul. ad Corinth. 1, cap. 7, v. 9, εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν, Si autem se non continent, [redacted]. Eiusdem epist. cap. 9, v. 25, πᾶς δὲ ὁ ἀγωνιζόμενος πάντα ἐγκρατεύεται. vbi πάντα ἐγκρατεύεται exponitur In omnibus est continens. quod tamen aliò pertinet quàm illud alterum ἐγκρατεύεται. refertur enim hîc ἐγκρατεύεσθαι ad exquisitã gymnastarũ diætam, propter quam certis cibis vtebantur, à multis abstinentes. Huc pertinet & ἀναγκοφαγία eorum.

Ἐγκρατέω, ῶ, Contineo me, id est Continens sum, vt exponitur in v. l. non allato huius significati exemplo. Sed additur ex Plut. in lib. De fortuna, ἐγκρατῶ τῇ πενίᾳ pro Perseuero in paupertate.

C. Ἐπικρατὴς, ἐος, ὁ & ἡ, In potestate sua habens, Potens alicuius rei, Compos. Et compar. ὀπικρατέστερος, Potentior, Superior.

Ἐπικρατῶς, ET Ἐπικρατέως poeticè, Potenter, vel Præpotenter, Validè, vel Præualidè. Hesiodus, πάλλει ὀπικρατέως, vibrabat validè. Et ὀπικρατέως πρὸς μῦθον ἔειπε, apud eundem, Vehementibus seu acribus verbis est prosequutus.

Ἐπικράτεια, ας, ἡ, Potestas, Imperium, Ditio. Plato in epist. εἰς τὴν Καρχηδονίων ὀπικράτειαν ἐκφυγὼν φθάνει. Xenoph. ὅτι γὰρ αὖ τις λάβοι πρόφασιν, οὐδεὶς οὐδὲν αὐτῶν τολμᾷ, πρὶν ἔξω τῆς πύπου ὀπικρατείας γένηται, priusquam extra eius ditionem fuerit.

Ἐπικρατέω, ῶ, Præualeo. in qua significatione citat Bud. ex Polybio. Ex Isocrate autem pro Potior. quo accipitur modo & à Thucydide lib. 1, ἐπικράτων τῆς θαλάσσης. (Ex eodem afferturin vulg. lex. ὀπικρατῆ ὀργῆς, pro Adipisci victum.) Exponit etiam Dominium & imperium obtineo in hoc Plutarchi loco, παρέδωκαν ἑαυτοὺς καὶ νήσους καὶ πόλεις ὧν ἐπικρατοῦν. Item, In ditionem accipio, vel Vinco, Subigo, in isto Thucydideo, ὅσῳ μᾶλλον αὐτῶν οἱ πρόσοικοι ἐπικράτουν. necnon in isto Pausaniæ, αὐτὸς τε Μακεδονίας τῆς ἄνω καὶ τῆς Θεσσαλῶν ἐπικράτησε. Rursum pro Vinco, Supero, in hoc Isocratico, vbi non itidem genitiuo sed accusatiuo iungitur, μόλις γὰρ αὖ τις ὀκ τούτης τῆς ὀπιμελείας παρὰ τῆς φύσεως ἁμαρτίας ὀπικρατήσειεν. (Et ὀπικρατεῖσθαι, Vinci. Item, Imperio & ditioni subditum esse) At ὀπικρατεῖν pro Vincere, id est Exuperare, seu Præualere, in hoc Galeni loco De simpl. pharm. lib. 8, ὄξος μικτῆς οὐσίας ὑπαρχει ψυχρᾶς καὶ θερμῆς, ἀμφοῖν λεπομερῶν· ὀπικρατεῖ δὲ τῆς θερμῆς ἡ ψυχρά. Sic ὀπικρατεῖσθαι apud eundem, καὶ πόνος lib. 2, τὸ δὲ ὄξος ὀπικρουστικόν τε ἅμα καὶ λεπτυντικόν, ἀλλὰ καὶ διαφορητικὸν ἔχει δύναμιν, ὡς αὖ ὀπικρατούμενον ὀν τῇ κρίσει, λεπομερὲς ψυχρότητι.

Ἐπικρατῶ, Inualesco. ea significatione qua dicitur mos inualuisse, seu consuetudo. Bud.

Ἐπικρατῶ, Cohibeo, Coerceo, vide in Ἐπικρατητικός.

Ἐπικράτησις, εως, ἡ, Præualẽtia, Præpollentia: vt exp. Bud. afferens ex Laertio, p. 461, ψυχὴ δὲ κέρμα ὑπάρχειν ὀκ τῶν καθ' μηδενὸς ὀπικράτησιν.

Ἐπικρατητικός, (ab illa significatione quæ vltima data fuit verbo ὀπικρατῶ) Cohibendi seu coercendi vim habẽs, aut sistendi. vt ὀπικρατητικὴ δύναμις, facultas sistendi aluum. (cui opponitur ὑπακτικὴ δύναμις, facultas subducendi, in isto loco qui affertur ex Galeno Pharm. simpl. l. 11, ὁ γραμὼ δὴ ἀλεκτρυόνων ἀπλοῦς ζωμὸς ὀπικρατητικὴς ὄντι δυνάμεως, ὥσπερ ὁ τῶν παλαιῶν ἀλεκτρυόνων, ὑπακτικῆς. Quod eodem extulit modo Paulus Ægineta: nisi quòd ὀπικρατητικὸς & ὑπακτικὸς ζωμὸς dixit pro ὀπικρατητικῆς & ὑπακτικῆς δυνάμεως, libro 7, καὶ ὁ τοῦ παλαιοῦ δὲ ἀλεκτρυόνος ζωμὸς σὺν ἄλσι ὀπὶ πλεῖστον ἑψηθέντος, ὑπακτικὸς γίνεται· ὁ δὲ τῆς ἀλεκτορίδος, πυκνοτοπον ὀπικρατητικός. Vide & Ἐπικρατικός.

Ἐπικρατητικός, grammaticorum vocabulum: vt ὀπικρατητικὰ ῥήματα, q. d. Obtentiua verba, id est quæ obtinendi significationem habent.

C. Ἰσοκρατὴς, ἐος, ὁ & ἡ, Æquali robore præditus, seu potentia, Æquè pollens. Apud Herodotum in Melpomene, de Issedonibus, ἰσοκρατέες, ὁμοίας αἱ γυναῖκες εἰσὶ ἀνδράσι. Philo De mundo, ἰσοκρατὴς ἡ τῶν στοιχείων μεταβολή. Apud eundem, πρὸς ἰσοκρατὲς, ἀκλινοῦς βεβαιότητος καὶ ἀσαλεύτου αἴτιον. AT Ἰσοκρατὴς, Isocrates, nomen proprium.

Ἰσοκρατεία, SEV Ἰσοκρατία, Æquale imperium, apud Herodotum de republica in qua est æqualis omnium potentia.

C. Παγκρατὴς, Omnipotens. Dicitur de Deo, sicut & παντοκράτωρ. Sophocli autem epitheton est etiam ὕπνος, id est somni: (quum scribit παγκρατὴς ὕπνος λύει πέδησας) & χρόνου, id est temporis.

AT VERO Παγκράτιον, ου, τὸ, (peculiarem terminationẽ habẽs) Athletici certaminis genus. sed quò respiciẽtes Græci id nominis illi imposuerint, controuersum est, vt declarabunt sequentia. nã quid sit παγκράτιον, ita docet Budæus prior. ann. in Pand. pag. 217, Est igitur παγκράτιον certaminis genus, ex eo dictum (vt videtur) quòd aduocatis omnibus corporis viribus omniumq; neruorum contentione transigitur. Calcibus enim etiam & cubitis non modò pugnis pancratiastæ vtebantur, omnique petendi æmulum prehendendique modo. Lucianus περὶ γυμνασίων, id est De gymnasiis, Anacharsin Scythen his propemodum verbis Solonem de institutis Atheniensium rogitantem vt admirabũdum inducit, Quam tandem ob rem, ô Solon, iuuenes vestri hæc faciunt? quidam enim eorum mutuò se supplantant, quidam obstricta gula strangulant, nonnulli inter se vi flectuntur, & in cœno more suum volutati, mutuò se conspergunt. Iam primum positis vestimentis pingui alter alterum affricantes placidissimè, mox nescio qua vi impulsi obtrudunt inuicem sese, nutatu obuertario, frontesque oblidunt, pecudum more inter se obarietantes: & ecce tibi cruribus hic illum tollens, humi allidens, mox in eum sese librans erigi vltra non finit in cœno proculcatũ, cruribusque comprehẽsum, cubitis in ventrem connixus fœdissimè miserum angit, & reliqua quæ ille de exercitamentis Græcorum luculentissimè prosequitur. Ex quibus apparet, huiusmodi colluctationes in cœno & arena exerceri nudis corporibus solitas esse. Et paulo inferius in persona Solonis, Huiusmodi autem, inquit, exercitamentorum id quod in cœno exercetur, πάλη (id est lucta) vocatur: qui verò in puluere exercentur, ipsi quoque luctantur: quum verò feriunt vicissim concertatione arrectaria, παγκράτιον dicitur. τὸ δὲ παίειν ἀλλήλους ὀρθοστάδην, παγκρατάζειν λέγουσι. Et rursus, εἰ δὲ ὀρθοστάδην κεκονιμένοι, καὶ αὐτὸ παίοιεν ἀλλήλους πρὸς πεσόντες, καὶ λακτίζοιεν. Qui autem (inquit) arrecti puluere obsiti sunt, feriunt & ipsi alter alterum perentes procursu calcitratuque. Quintil. lib. 2, de Instit. orat. Si verò liberalior natura cõtigerit, & in qua meritò ad spem oratoris simus aggressi, nulla dicendi virtus omittenda est: sicut ille exercendi corpora peritus, non, si docendum pancratiasten suscepérit, pugno ferire vel calce tantùm, aut nexus modò, atque in iis certos aliquos docebit, sed omnia quæ sunt eius certaminis. Sunt qui pancratiastas pro pentathlis intelligi velint, id est iis qui quinque illa antiqua certamina Græciæ obierũt & vicerũt, παγκραταζόντας πάντων κρατοῦντας intelligi volentes, id est omnium victores. idque Hermolaus libro 34 emendationum suarum scripsit. Quod vnde acceptum sit nescio. Suidas certè pancratiasten manibus pedibúsque pugnantem interpretatur,

pretatur. Plinius libro 34, Fecit & Satyrum admiran tẽ tibias, & Mineruam, Delphicos pentathlos, pancratiastas. Gellius libro 12, Panætii sententiam quandam referens, Vita autem, inquit, hominum qui ætatem in medio rerum agunt, ac sibi suisque esse vsui volunt, pericula negotiáque ex improuiso assidua & propè quotidiana fert. Ad ea cauenda atque declinanda perinde esse oportet animo semper prompto atque intẽto, vt sunt athletarum qui pancratiastæ vocantur. nam sicut illi ad certandum vocati, proiectis antè brachiis consistunt, capútque & os suum manibus oppositis, quasi vallo, præmuniunt, membráque eorum omnia priusquam pugna mota est, aut ad vitandos ictus cauta sunt, aut ad faciendos parata: ita animus atque mens viri prudentis, consilia cogitationésque contra fortunæ verbera, contráque insidias iniquorum, quasi manus & brachia prætendens. Aliqui tamen apud Græcos παγκράτον, πένταθλον interpretantur, id est pancratium, pentathlum, nempe πυγμὴ, id est pugillatum, δρόμον, cursum, ἅλμα, saltum, δίσκον, discum, πάλλω, luctam: quos Hermolaus sequutus est.

Hæc Budæus: quorum ego nihil omittere hîc voluì, vt quid illis à me adderetur, lector cognosceret. Dico igitur παγκράτον esse certamen mixtum ex pugillatu & lucta: idque testari cum alios, tum Plutarchum Sympos. libro 2, cap. 4, quo quærit εἰ παρεσβύτατον ἡ πάλη τῶν ἀγωνισμάτων. ita enim ibi legitur, οὔτε γὰρ δρόμον οὔτε πυγμὴν ἐν παλαίστραις διεπονοῦσιν, ἀλλὰ πάλης καὶ παγκρατίου τὸ τῶν παῖδι κυλίσεις. quibus subiungit, ὅτι γὰρ μέμικται τὸ παγκράτιον ἔκ τε πυγμῆς καὶ πάλης, δῆλον. Sed & Nicephor. Greg. quendam locum enarrans libelli Synesii De in somniis, postquam quinque certamina enumerauit, πυγμὴν, πάλην, δρόμον, ἀκόντιον & δίσκον, subiungit, παγκράτον, aliud quiddam fuisse, compositum videlicet ex pugillatu & lucta, συνθετον ὀκ πυγμῆς καὶ πάλης. siquidem ei qui παγκραπάζειν vellet, & iis artibus quæ in lucta & iis quæ in pugillatu receptæ essent, licuisse vti. (Artemidorus autem scribit lib. 1, capite 64, παγκράτον τὰ αὐτὰ τῇ πυγμῇ σημαίνει πλὴν τῆς ὀλάδης) Pulchrè autem totum huiusmodi certaminis artificium describitur & à Philostrato, Iconum libro 2, in Arrichione, (iuuerit autem hæc cum iis quæ ex Luciano antea fuerunt allata, conferre) οἱ παγκραπάζοντες (inquit) κακοδαιμονῶσι πρὸς χεῖρας τῇ πάλῃ. δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὑπιασμῶν τε, εἰ μὴ εἰσὶν ἀσφαλεῖς τοῦ παλαίοντι, καὶ συμπλοκῶν, ἐν αἷς περιγίνεσθαι χρὴ τοῦ πίπτοντα. δεῖ δὲ αὐτοῖς καὶ τέχνης εἰς τὸ ἄλλο τε ἄλλως ἄγχειν. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ σφυρὰ πρὸς παλαίοιεν, καὶ τὸν χεῖρα φρεβλοῦσι, πρὸς σόντες τὸ παίειν καὶ ἀπάλλεσθαι. Τοῦτο γὰρ τὸ παγκραπάζειν ἔργα πλὴν τὸ δάκνειν καὶ ὀρύττειν. Quibus subiungit hæc, Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν καὶ τοῦτο νομίζουσιν, ὅπου γυμνάζοντες, οἶμαι, ἑαυτοὺς εἰς τὰς μάχας. Ἡλεῖοι δὲ ἀγῶνες τοῦτο μὲν ἀφαιροῦσι, τὸ δὲ ἄγχειν ἐπαινοῦσι. Sed quod hic dicitur de Lacedæmoniis, non conuenit cum iis quæ à Plutarcho scribuntur in Apophthegmatis, πυγμὴν δὲ καὶ παγκράτιον ἀγωνίζεσθαι ὠκώλυσεν [ὁ Λυκοῦργος] ἵνα μηδὲ παίζοντες ἀπαυδᾶν ἐν ἐθίζωσι. Pro eo autem quod scribit περὶ τοῦ δάκνειν, id est de mordendo, facit hic Luciani locus in Demonacte. hunc enim refert, quum videret multos athletas κακομαχεῖν, & præter legem certaminis, non παγκραπάζειν, sed δάκνειν, dixisse, Non immeritò huius temporis athletæ vocantur leones ab iis qui eos comitantur. Cæterùm vt in illo Plutarchi loco quem modò protuli, πυγμὴ & παγκράτον separantur, sic & in isto Plat. παγκράτον distinguitur & à πυγμὴ & à πάλη, in l. De legibus, παγκράτιον ἡ πυκτικὴ, ἢ πυγμὴν, ἢ πάλιν. vbi vertit Ficinus, Qui in pugili certamine, aut lucta, aut vtroque se exercuit. Sed melius vertisset, si dixisset, Aut vtroque simul. HINC Παγκρατιαζὼ, Certo pancratio. quod certaminis genus quale fuerit. satis multis declaratum modò fuit: simul verò & quidam loci allati in quibus extat hoc verbum. ET Παγκρατιαστὴς ab hoc ipso verbo factum, Athleta qui pancratio certare solet, vel peritus certandi pancratio. At Budæus sicut vocem παγκράτιον, sic & παγκρατιαστὴς generalius exposuit. Inter athletas etiam erant (inquit) qui ἀκροχειρισταὶ dicebantur, summis inter se manibus depugnantes, nullo complexu hærentes vt palæstritæ. Erant & παγκραπασαὶ, Qui manibus pedibúsque, quasi omni ope, omnibúsque (vt dicitur) vngulis connixi certabant. Hæc ille, (distinguẽs ἀκροχειρισταὶς à pancratiastis, quos tamen Pollux distinxisse non videtur, vt paulò pòst docebo) At Hermolaus Barbarus & Volaterranus dici παγκρατιαστὴν putarunt qui vicisset quinque illis certaminibus quæ paulò antè enumerata fuerũt. Plato De republica libro 1, Πολυδάμας ἡμῶν κρείττων ὁ παγκρατιαστής. Plutarchus De fraterna charitate, πύκται δὲ παγκρατιασταὶ, καὶ δολιχοδρόμοι παλαισταὶ ἀμβηδὸν εἰσι, καὶ συναγωνιῶσι, καὶ κατουδαίζουσιν ὑφ' ἀλλήλων. Pollux autem videtur intellexisse DICI Πάμμαχοι quoque de pancratiastis. nam postquam de iis loquens, & eorum describens ἔργα, dixit σκιαμαχεῖν, & ἀκροχειρίζεσθαι, ἀκροχειρισμὸς, item ἄγχειν, & ὀπισθίζειν, & λαξ ὀπάλλεσθαι, & λακτίζειν, subiungit, ὅτι δὲ τούτων εἴποις αὐτὸς εἰσὶ πάμμαχοι, & affert ex Platone, τῶν ἀρετῶν κομιδῇ παμμάχω, καὶ τοῖς Ἀκαρνᾶνας παγκρατιασταῖς. Obseruandum est autem in illo Pollucis loco non solùm tribui pancratiastis τὸ ἄγχειν, &c. (sicut à Luciano & Philostrato) sed & ἀκροχειρίζεσθαι. quum tamen Budæus in loco quem modo protuli, ἀκροχειρισταὶς distinguat à pancratiastis. ET Παγκρατιαστικὸς, Ad pancratiasten pertinens. ITEM Παγκρατιαστικῶς, Pancratiasticè, More pancratiastarum. quod aduerbium à Polluce nomini illi παγκραπαστὰς subiungitur. Suspicor autem ex hoc παγκραπαστικῶς reponendum esse Pancratiasticè apud Plautum in Bacchidibus, vbi legimus Valere pancraticè, pro Firmissima esse valetudine.

Παγκραπάζειν quid propriè significet, declaratum modò fuit: sed sciendum est Synesium à proprio vsu deflectentem, vsum esse hoc verbo pro In omnibus certaminibus victorem esse, seu Victoriam ex omnibus certaminibus reportare, καὶ πάντας ἀγῶνας κρατεῖν καὶ νικᾶν, si Nicephorò Gregoræ credimus.

Παγκράτιον est & nomen herbæ. v. l. ex Diosc.

C. Περικρατὴς, ἐος, ὁ & ἡ, Compos. vt μόλις ἰσχύσαμεν περικρατεῖς τῆς σκάφης γενέσθαι, Act. Apost. cap. 27. Scaphæ compotes fieri. Sonant autem Græca illa verba perinde acsi quis dicat, Vix nobis satis virium ad retinendam nauim fuit. At vetus interpres vertit, Potuimus vix obtinere scapham. ET Περικρατῶ, ῶ, Obtineo, Dominor, Euinco. in vulgatis lexicis. Budæus autem περικρατῶν à Basilio pag. 331 poni ait pro περιγίνεσθαι.

Compos. in ωρ desinentia

C. Ἀκράτωρ, ορος, ὁ & ἡ, Impotens: vel Incontinens: pro ἀκρατὴς. vt ἀκράτωρ θυμοῦ, vel ὀργῆς, impotens iræ, sicut ἀκρατὴς θυμοῦ. At Philo dixit ἀκράτωρ ὑπ' ὀργῆς αὐτὸς αὑτοῦ γενόμενος, pro Quum præ ira exisset è potestate, vel è mentis potestate (vt contrà ἐγκρατὴς αὑτοῦ dicitur Cõpos mentis) Sic autem & apud Diogenem Coccæum legitur, ἀκράτορες ἑαυτῶν καὶ τοῦ τὸ πρέπον γίνονται. Quidã innominatus apud Suidam, ἀκράτωρ ἑαυτῶν ἐσήλατο τὴν νεών. Idem, ὦ δὲ οἴνου τε ἀκράτωρ καὶ τῶν ἄλλων ἡδονῶν. Idẽ, φιλοχρήματόν τε ἦσαν καὶ ἡδονῶν ἀκράτορες. vbi planè eodem modo ἡδονῶν ἀκράτωρ dicitur, quo ἡδονῶν siue ὀπιθυμιῶν ἀκρατὴς, Incontinens voluptatum & cupiditatum. Sed perperam à Suida miscetur ἀκράτωρ habens genitiuum ἑαυτοῦ, cum ἀκράτωρ habente genitiuos alterius generis: quum ἀκράτωρ ἑαυτοῦ fit (vti dixi) Qui è potestate exiit, Impotente animi motu percitus, aut etiam breuius Impotens mentis. Inuenitur autem ἀκράτωρ & sine adiectione pro Incontinens apud Philonem De vita Mosis libro 1, καὶ οἱ λίαν αὐτῶν ἀκράτορες μεταβάλλοιεν πρὸς ἐγκράτειαν. ‖ Ἀκράτωρ in hoc Sophoclis Philoct. loco, — πρὸς πτωσιν γόνασι, κἀπεὶ ὢν Ἀκράτωρ ὁ τλήμων, χωλὸς, exponitur à scholiaste ἀσθενὴς, id est imbecillus. vt & ἀκρατὴς ab Hesychio exponi dictum est antea. Sciendum est autem rarissimum esse ἀκράτωρ in altera etiam significatione, at contrà ἀκρατὴς frequentissimum: aut (si mauis) rarissimum esse præ altero ἀκράτωρ.

C. Αὐτοκράτωρ, ορος, ὁ & ἡ, Qui suo ipse arbitrio seu pro

suo arbitratu, & quasi pro eo quod obtinet imperio de re aliqua statuit. A Budæo exponitur, Qui liberam habet plenámque rei constituendæ potestatem: afferens ex Demosth. αὐτὸς αὐτοκράτωρ τῆς εἰς τὸν πόλεμον. Et ex Thuc. cum genit. itidem pro Qui sui est arbitrii, οὐ τὴ ξύμπασης πόλις οὐκ αὐτοκράτωρ ἑαυτῆς οὖσα ζῶντ' ἔπραξε. Et αὐτοκράτωρ δυνάμεως, item ἐξουσίας. ex Polybio, Merum imperium, Plena & summa potestas. Item αὐτοκράτορες πρέσβεις seu πρεσβευταί, Legati qui cum potestate mittuntur, Legati quibus libera mandata de summa rerum dantur. Item αὐτοκράτορες Xenoph. οἱ ἔφηβοι & οἱ νέοι, qui suæ tutelæ facti unt. nam quod dicit Xenoph. Apomnem. lib. 2, de Hercule Prodici loquens, ὁ δὲ [ἥδη] νέος ἤδη αὐτοκράτωρ γιγνόμενος δηλοῦσιν εἰς τὸν βίον τὴν ἀρετῆς ὁδὸν προιέναι &c. Bud. vertit, Qua in ætate adolescentes iam suæ tutelæ facti, statim præ se ferunt vtram viam iniuri sint. Subiungit autem, se putare hanc ipsam verborum αὐτοκράτορες γιγνόμενοι esse significationē, etiamsi Cicero in primo Offic. aliter vertat. Ac ego contrà non existimo Ciceronem verba interpretari voluisse: nulla certè interpretationis agnosco vestigia. Si cui autem totū Xen. locum cum Cicer. interpretatione cōferre libeāt, videat. p. 43 mei Cic. lexici. Locos autem Budæi in quibus agit de nomine isto αὐτοκράτωρ, habes Comm. pag. 23 & 180. ITEM Αὐτοκρατὴς eadem signif. videlicet Qui sui iuris est, Qui pro suo arbitrio de re aliqua statuit. Plut. De defect. orac. ἀδέσποτος καὶ αὐτοκρατὴς οὐ θεοὶ δέ, πᾶς liberos suiq; iuris. Sed vt ἀκράτωρ dixi multo minus vsitatum esse quàm ἀκρατὴς, ita dico vice versa αὐτοκράτωρ multo esse vsitatius quàm αὐτοκρατὴς. Vtuntur tamen & illo Christiani theologi. nam apud Greg. De homine p. 36, αὐτοκρατὴς est idē quod αὐτεξούσιος. Vtitur & Damascenus περὶ τῆς ἰδιοφυΐας τῆς θείας φύσεως loquens. Philo autem τὸ αὐτοκρατὴς appellauit substantiuè Liberam potestatem, παρθένων δὲ καὶ γυναικῶν τὸ τοῦ ἀνδρὸς αὐτοκρατὴς ἀφείλετο.

Αὐτοκράτωρ, Imperator, id est Cæsar. quæ nominis αὐτοκράτωρ significatio posterioribus tantùm seculis in vsu fuit. Luc. in Salt. μεγάλῃ τῇ φωνῇ, Χαίρειν οἶδα σε, ἔφη, ὦ αὐτοκράτωρ, ὅτι κακῶς καὶ ἀδίκως ἐδίκασας. vbi appellat αὐτοκράτορα quem nominarat σοφιστὴν. Frequens est iste nominis αὐτοκράτωρ vsus apud Herodianū & Plut. qui tamen alicubi addit & καίσαρ. id est cæsar. vt in iis quæ præfatur suo apophthegmatū opusculo, ad Traianum, ὦ μέγιστε αὐτοκράτωρ κύδος Τρωϊανέ.

Αὐτοκρατορία, ας, ἡ, Imperium eius qui αὐτοκράτωρ appellatur, id est cæsar. vt apud Ios. De antiq. ὅτι Κλαυδίου καίσαρος αὐτοκρατορίας, Sub Claudii cæsaris imperio, Imperante Claudio Cæsare.

Αὐτοκρατορικός, ός, όν, Ex libero arbitrio manans, seu proficiscens. αὐτοκρατορικὴ ὁρμή, Basil. in Hexaem. Liberi arbitrii impetus, Bud. interp. ‖ Αὐτοκρατορικός, Imperatorius, Cæsareus, Pertinens ad imperatorem, id est cæsarem. vt αὐτοκρατορικὴ ἀρχή, Herodian. libro 7, imperatoria dignitas. ET Αὐτοκρατορικῶς, aduerb. vt Agere aliquid αὐτοκρατορικῶς, Pro suo arbitratu, vel suo arbitrio. Vel, More eorum qui sunt αὐτοκράτορες, id est plenam potestatem merumque imperium obtinent. In vulgatis lexicis citatur ex Plutarcho pro Imperiosè.

C. Παντοκράτωρ, ορος, ὁ & ἡ, Omnipotens, solius Dei epithetum. Extat apud Græcos Bibliorum interpretes, item in Testamenti noui scriptis. HINC Παντοκρατορία, q.d. Omnipotentia. ET Παντοκρατορικός, Ad omnipotentem Deum pertinens, seu Ad diuinam omnipotentiam, vel Ab omnipotente Deo proficiscens. Et παντοκρατορικὴ ἔδρα ac ῥίζα apud Dionysium Areopagitam.

Κρατέω, ῶ, Impero, Dominor. Item Potior. Homerus Iliad. α, versu 288, Παίτων μὲν κρατέειν ἐθέλει, παίτοισι δ' ἀνάσσειν. Et Iliad. π, v. 172, — αὐτὰς δὲ μέγα κρατέων ἤνασσε. Rursum Il. α, versu 84, ὃς μέγα πάντων Ἀργείων κρατέει, καὶ οἱ πείθονται Ἀχαιοί. Et cum datiuo apud eundem, Odyss. λ, v. 484, — νῦν αὖτε μέγα κρατέεις νεώεσσιν Ἐνθάδ' ἐόντ'. Dicitur autem paulo post eadem significatione, αὐάσσειν νεώεσσι. Sed minus vsitata est hæc constructio cum datiuo, atque adeo prorsus inusitata in oratione soluta. Sophocles, κρατεῖν τῆς θηρείων, in feras imperium obtinere. κρατῶν τῆς θαλάσσης, Thuc. Mari dominor, Maris imperium obtineo. (quod & vno verbo dicitur θαλασσοκρατῶ) Redditur etiā Mare teneo. Thucydides 3, τῆς δὲ νῆς τῆς μὲν ἄλλης οὐκ κρατοῦσι οἱ Μυτιληναῖοι, potiebantur. Idem libro 1, τῶν πεζομαχεῖν κρατοῦντες. Et κρατῶ τῶν πραγμάτων apud Demosthenem, vt suprà εἴληφα τῆς εἰρήνης, Potior rerum. Apud eundem κρατεῖν τῆς χρημάτων, Potiri pecunias, In potestate habere pecunias, Possidere pecunias. ‖ Et οἰκέτας τῆς πρεσβείας κρατεῖν καὶ κρατεῖν Luc. Act. cap. 27, Vtsi sibi propositi compotes esse. Item, κρατῶ ἑαυτῶ ex Plat. pro Compos sui, Liber.

Κρατέω, ῶ, Superior sum, Vinco, Supero. Plut. Alex. τὰ γὰρ ἀνθρωπίνα εἶναι τὰ δεῖ καὶ πρεσβεύειν ἃ τοὺς κρατοῦντας. (Et κρατοῦμαι, vincor. vnde κρατοῦντες & ἀκράτητοι εἶναι opponuntur apud Isocratem) Interdum autem additur accus. personæ, vel etiam rei. vt κρατησαντες τοὺς Ῥωμαίους. & πῶς ἂν οἰκεῖν ὧν τὴν οἰκουμένην τοὺς πολεμίους κρατήσας; At cum accus. rei, vt μάχας κρατήσας οὐκ ὀλίγας, Xen. Et κρατῶ τῆς μάχης, Demosth. Interdum verò dicitur κρατῶ τῆ μάχῃ, vel κρατῶ τοῦ πολέμου, Sum pugna vel prælio superior, aut victor. Nonnunquam etiam κρατῶ τῆ μάχῃ. vt κρατοῦσι μάχῃ τοῖς Σικελοῖς, Thuc. Et Æschines τοῦ τρόπου. Ὅπ κρατοῦντες τοῦ πολέμου Περδίκκαν, ἀνοχὰς ὑμῶν ἐποιήσαντο. At Philostratus dixit κρατῶ τὸν ἀγῶνα pro Vinco te certamine. [Dicitur etiam κρατεῖν τῆς ἡδονῶν (sicut & εἰρηνεῖν εἶναι) Superiores esse voluptatibus, Vincere voluptates, Imperare uoluptatibus: vt vicissim κρατεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἡδονῶν, Seruire voluptatibus, seu succumbere, Deditum esse voluptatibus, ἀκρατὴς τῆς ἡδονῶν. At κρατηθεὶς ὑπὸ τοῦ ὕπνου, Somno superatus vel victus (vt oculi somno victi dicuntur) aut Somno oppressus. Tale est δόξῃ κρατηθεὶς apud Plutarchum. Affertur & κρατεῖσθαι ὑπὸ τῆς δακρύων pro Vinci lacrymis. ‖ Est etiam Superare, id est Præstare, Excellere. Bud. ex Chrysost. Παῦλος ὁ πάντων κρατῶν. Greg. πάντας κρατῶν ἀρετῇ, τοῦτο τὸ πυδὲς κελεύει) μόνου τὸ πρεσβεῖον ἔχων.

Κρατέω, ῶ, Contineo. vt κρατεῖν ἑαυτοῦ, continere se. Luc. Φίλιππον γοῦν θεασάμενος ὦρος, οὐδὲ κρατεῖν ἐμαυτοῦ δύνωμαι, Me continere non potui. id est Risu abstinere. Interdum verò κρατεῖν, pro Obtinere, eo sensu quo dicitur fama obtinere. Thucyd. libro 6, pag. 199, νόμῳ ὃ τὰ Χαλκιδικὰ ἐκράτησεν, obtinuerunt, inualuerunt. Idem l. 1, ἀνάγκη δὲ ὡς τὰ τέχνης ἀεὶ τὰ δυναμικὰ κρατεῖν. Item pro Obtinere seu Consequi, in epist. ad Hebr. cap. 6, κρατῆσαι τῆς προκειμένης ἐλπίδος, Obtinere spem propositam, vel Compotes fieri spei. ‖ Κρατεῖν aliquāndo est etiam Tenere, aut Retinere (& κρατεῖσθαι πθω, vt Lat. Teneri desiderio) Verùm alicubi nō simpliciter Tenere, aut Retinere, sed Retinere firmiter, & quasi totis viribus (vt videlicet & hic κρατεῖν significatio includatur) ac quod dicitur Mordicus retinere. vt Marci c. 7, v. 3, κρατοῦντες τὴν παράδοσιν τῶν πρεσβυτέρων. At in epist. ad Hebr. cap. 4, v. 14, in eadem signif. habet genitiuum, κρατῶμεν τῆς ὁμολογίας. Valde autem obseruatione dignum est & κρατεῖν pro Memoria tenere in hoc Athenæi loco, κρατεῖν δοῦναι τῆς λέξεως ὅπως ἐχούσης. ‖ Sæpe verò & pro Prehendere, in Testamenti noui scriptis. ‖ Κρατεῖν, Obtinere, vel potius Durare. vt apud Philonem, ὅτι τὰ ἡμέρας ἑπτὰ τὸ δεινὸν ἐκράτησεν, Per dies septem durauit. vel Per dies septem grassatum est illud malum.

C. Λαίμαργος, ου ὁ ἡ, Gulosus, Gulæ deditus, Vorax. λαιμόδρομοι κύκοι in Epig. Λαίμαργος Hesych. est φαῦλος, ἄπληστος, ὁ διὰ τὸ φαγεῖν μανιώδης. VNDE Λαιμαργία, ἡ, Gulositas, Ingluies, Voracitas. λαιμαργία ἡ ἀεὶ τῷ φαγεῖν, vorandi auiditas, seu Gulæ insatiata libido. Item ex Plat. De leg. λαιμαργία τῶν ἡδονῶν. Eadem autē subest huic nomini signif. insaniæ, quæ in μανίαμαργος declarata fuit suprà.

Λαιμάσσω, Insatiabili gulæ auiditate deglutio, seu ἀμέτρως ἐσθίω, vt à Suida exp. Pro eodē dicitur ETIAM Λαιμαω ET Λαιμάζω. Hesych. n. λαιμάζουσι exp. ἐσθίουσιν ἀμέτρως: & λαιμᾶν, ἐσθίειν ἀμέτρως: & λαιμάζειν similiter vt λαιμᾶν.

Λαιμώσσω, Gulæ ingerere & abligurire cupio: vel Famelicus sum, πεινάω, vt Nicādri schol. exp. afferens hūc Hippocratis locum, Λαιμώσσει δέ σου τὸ χεῖλος ὡς Ἡρώδου. Sed & apud Nic. in Ther. versu 470, de cenchrena serpente, Οὖρα μαμώσσων ὀπιζόμενα ὀκρυόεντα, pro μαιμώσσων in quibusdam libris reperiri λαιμώσσων annotat.

ATVERO Λαῖμα Aristoph. schol. & Suidas à λαιμὸς τῶν λαιμῶν πτῶσιν scribunt, atque adeo Euphronius in hoc Aristoph. Auium loco, σφαγὶ ἔχων κάμηλον, ἀμνὸν πιῶν λαιμοῦ πεμῶν ὥσθ' Ὀδυσσεύς, ἀπῆλθεν αὖθις κἀπιθεν, ὡς τὸ λαῖμα τῆς καμήλου Χαιρεφῶν ἡ νυκτερίς, exp. λαιμόν, quū præcedat λαιμοῦ πεμῶν: alii autem αἷμα, afferentes ex Menandro, Καὶ λαῖμα βακχεύει λαβὼν τὰ χρήματα. quidam tamē ibi δέρμα scripserunt, quorum sententia improbatur. Nonnulli verò λαῖμα exposuerunt ὄρμημα, addūtque ibi schol. suo quoque tempore quosdam Asiaticos λαῖμα dixisse ὅτι τὸ ἀναιδὲς καὶ ἄπλωστον, idque magis conuenire cum loco Menandri.

ΛΑΛΕΩ,

Loquor. Lucill. lib. 2 Epigr. — μὴ πάνυ πολλὰ λάλει, ne loquare valde multa. Luc. in Demon. ὀλίγα μὲν λαλῶν, πολλὰ δὲ ἀκούων. Plutarch. in libro qui περὶ ἀδολεσχ. inscribitur, λόγοιόν μὲν τοῦς πύς ἐκ ἀκούοντας, μὴ ἀκούοντα δὲ τῶν λαλούντων. Idē in Lyc. πῶς τὸ λαλεῖν ἀκεραία κενὸν λόγον πιεῖν ἐν ἀέρι. Rursum Luc. in Vit. de Pythagoricis, ἀφωνίᾳ, ἐν πέντε ὅλων ἐτέων λαλεῖν μηδέν. Vbi opponitur ἀφωνία & λαλεῖν, vt Loqui & Tacere apud Lat. Idem in Scytha, ὁ λαλέων ἑαυτῷ. Plus autem est λέγω & διαλέγεσθαι: vnde plerunque pro Temere & inconsideratè verba fundere ponitur, ac de ἀκεραιόλογοις (vt Homerus appellat) dicitur. vnde Eupolis apud Plut. De Alcibiade, Λαλεῖν ἄριστος, ἀδίκως πάντας λέγων. Sicut Salust. de Catilina, Satis loquentiæ, sapientiæ parum. Item. Loquax magis quàm facundus. Vide Gell. lib. 1 c. 15. Item Demetr. Phaler. ὁ γὰρ ὅπω διαλεγόμενος, ὅπῃ δ' ἀκουόμενος ὅμοιος μᾶλλον, οὐ λαλοῦντι. Impropriè autē Luc. De saltat. δυκεῖς τοῖς χρῶν αὐτοῖς λαλεῖν. vt Tibull. digiti cum voce loquuti. Et Simonides apud Plut. τὴν μὲν ζωγραφίαν, ποίημα σιωπῶσαν τρεσαγορεύει, τὴν δὲ ποίησιν, ζωγραφίαν λαλοῦσαν. Et voce ac signif. pass. apud Syn. ep. 125, καλὸν γὰρ ἐν εἰρήνῃ λαλεῖσθαι τοῦτο, ὡς ἡμεῖς αὐτοὶ φέρομεν καὶ σώζομεν, in pace dici ista.

Λάλημα, Sermo, Loquacitas. Ex Eurip. Dicitur etiam de homine loquaci & garrulo, vt κρόπαλον. Soph. Ant. Οἴμ' ὡς λάλημα δῆλον ὀκπεφυκὼς εἶ. id est τρέπεμμα τῆς ἀγόρας, vel πανοδρος, vt schol. exp.

Λαλητός, ου, ὁ, actiue, pro Loquēdi facultatem habens, Qui loqui potest. vt λαλητὸν ζῶον apud Eust. id est λαλῶν, de homine. Pro quo & λαλητικός.

C. Ἀλάλητος, ου ὁ ἡ, Ineffabilis, Qui loquendo aut etiam dicendo exprimi nō potest. Paul. in epist. ad Rom. cap. 8, αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις, ipse Spiritus interpellat pro nobis suspiriis inenarrabilibus.

B Λαλητικός, ου, ὁ, Loquax, Garrulus. ex Aristoph. Item Vim habens loquendi, vt homo. B. ex Damasc.

Λαλητεὶς, ίδος, ἡ, Garrula, Loquax. Epigr.

Λάλιθρος, ου ὁ, Garrulus, Loquax. Epigr. λάλιθρον θῆλυ ῥῆμα. garrulū genus fœmineum. v. l. λάληθρον, λάλον, Hesych.

ΑΠΟλαλέω, λῶ, Effutio. Lucianus in Nigrino, ἐν ᾧ [δείπνῳ] πόσα μὲν ἐμφαγόντες, πόσα δὲ τῶν γράμμω ἐμπόιτες, πόσα δὲ ὧν οὐκ ἔχρῆν ἀπολαλήσαντες, ἢ μεμφόμενοι τὸ πελῶ πᾶν ἢ διεφεροῦντες ἅπασι; Pollux, ἀπειπεῖν, ἀπαγορεῦσαι. Ἰσαῖος δὲ ἀπειρηκὼς ἔφη, ἀπολελαλήκως.

C. ΔΙΑλαλέω, Diuulgo Loquor, Confabulor. v. l.

C. ΕΚλαλέω, Eloquor, Loquendo effero. Et in malam partē, Effutio, Euulgo, Deblatero. Philo De vita M. l. 1, ὥσπερ μεταστήσαμενον τὸ λογισμοῦ τὸ ὑποδηλοῦν ἐξελάλει, eloquebatur, vt Turn. vertit. Demosth. Olynth. 1, sub finem, τῶν ἀποπωπόντων μόνον τ' αὐτὴν εἰ μὲν εἰ τοῦ αἰσιον ἀφίσκαίων ὅμως ἐκλαλεῖ, ταῦτα δ' ωνηθεὶς μὴ φοβεῖται.

c. 2. Ἀνεκλάλητος, ου ὁ καὶ ἡ, Qui loquendo efferri nō potest, Ineffabilis: idem quod ἀλάλητος suprà.

C. ΚΑΤΑλαλέω, Deblatero, Denarro, Prodo. B. ‖ Item, Obloquor. Polyb. lib. 3, p. 57, τὴν μὲν Φοίνικα καταλάλει τοῖς πάντας ὡς ἀχρήστους χρωμένοις τῇ τρεσβείᾳ. B. Item apud Suidā, μὴ καταλάλει τὸν χριστιανόν. Idem Traducere Latini dicunt, & Detrahere alicui. Diuersa autē construct. 1 Petr. 2, καταλαλοῦσιν ὑμῶν. Et Iacobi 4, μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων ἀδελφοί. ‖ Item Loquacitate obruo, Vinco & obruo sermone. vnde καταλελαλημένος, loquacitate obrutus, vt καταβεβοημένος & καταγλωττισμένος. B.

c. 2. Προσκαταλαλέω, Obiurgo. B. Exponitur etiā Loquacitate obruo, Loquacitate obstrepo & obtundo, apud schol. Aristoph. πλησὶ λαβὼν βιβλίον ἔστιν, καὶ τρεσκαταλαλούμενος ὑπὸ τοῦ παιδός, Loquacitate vexatus, vel Insuper à loquaci puero increpitus, Loquacitate obrutus. B.

C. ΠΑΡΑλαλέω, Nugor, Obloquor. v. l. At Gal. Parler, Loqui.

C. ΠΕΡΙλαλέω, Garritu circunstrepo. Greg. de auibus, καταφωνεῖ τὸ ἄλσος καὶ τρεμαλεῖ τὸν ἀέρα. Plerunque in malam partem, pro φλυαρῶ, τρεμπολεγῶ, Blatero, Inaniter loquor. Aristoph. Concion. Μὴ τρεμαλαλῶμεν, ἵνα δὲ πιθανώμεθα, ne garriamus. Galenus, Ἀρχιγένους οὐ διδάξαντος, ἀλλὰ τρεμαλήσαντος τὸ πλεῖστα κατ' τὸ τρεμῶν σύγγραμμα. Et in pass. ex Naz. τρεμαλᾶσθαι, Loquacitate vndiq; obtundi.

c. 2. Ἀτρεμαλάλητος, ου ὁ ἡ, Quem verbis non facilè compescas, Qui garritu circumstrepente obtundi nequit: seu Loquutuleius, Blatero. Aristoph. Ran. de Æschylo, — οὐ θαυμάσομαι, Ἐχεντ' ἀχάλινον, ἀκεραῖε, ἀπόλωνα τόμα, Ἀτρεμαλάλητον, κεμπφακελορρήμονα. Quē locum Gell. lib. 1 cap. 15 citās, dicit his verbis denotari loquacitatem verborūmq; turbam magnitudine inani vastam. Sed perperam ibi scribitur τρεμαλάλητον, sicut ET Περιλάλητον τόμα perperam in v. l. ex hoc ipso loco, Os futile.

C. ΠΡΟΣλαλέω, Alloquor, Colloquor. vt τρεσδιαλέγομαι. Luc. αὐτῇ φιλοσοφίᾳ καὶ Πλάτωνι καὶ ἀληθείᾳ τρεσλαλῶ. Et alibi itidem. Sic Sapient. 13, οὐκ αἰσχύνεται πρὸς ἄψυχα τρεσλαλῶν ἔκειν. Bud. Et act. 28, ἰδεῖν καὶ τρεσλαλῆσαι.

C. ΣΥΝλαλέω, Colloquor. Marci 9, συνελαλοῦντες πρὸς Ἰησοῦν. Luc. 4, συνελάλουν τρεὸς ἀλλήλους. Marth. 17, μετ' αὐτοῦ συλλαλοῦντες. Sic Act. 25, συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου. Et in pass. συλλαλούμενοι καὶ συνακουόμενοι, Greg. 253, De quib? simul erat sermo, B.

C. ΥΠΟλαλέω, Submurmuro, Mussito. ψιθυρίζω, Hesych.

Λάλος, ου, ὁ vel ἡ, Qui loquitur, Vocalis. Luc. in Vit. auct. εἰ δὲ λάλος, οὐκ αὐθαδίας εἶ βούλομαι, ad Pythagoram qui indicebat suis discipulis ἀφωνίᾳ καὶ πέντε ὅλων ἐτέων λαλεῖν μηδέν. Interdum Loquax, vel Loquaculus, Loquutuleius, Blatero, Linguax: de homine stulta & immodica blaterāte, & cuius lingua tā prodiga infrænisque est vt fluat

semper & æstuet colluuione verborũ teterrima: quẽ- A
admodum Gellius lib.1 c. 15 interpretatur. Plut. Symp.
1, de amore, λάλον ποιεῖ τὸν σωπηλόν. Idem De sera nu-
minis vind. πόρρωνας τοὺς πολίτας καὶ φιλεταιροῦς ὀκ φιλογέλωνας
καὶ λάλους καθεστηκυῖαν. Et apud Athen. lib. 10, de
podice, Οὗτος γὰρ ἐστιν ἄγλωττος λάλος, eliguis blatero. A-
licubi autem vel Loquax, vel Garrulus. In Epigr. λάλον
γῆρας, vt apud Cic. Loquax senectus. In iisdem λάλος ἡ-
χὼ, & λάλος στρίξ. Item apud Plut. Symp. 8, de ære, δύφω-
νος καὶ λάλος. vt apud Mart. Garrula sistra. Et apud Luc.
de Argo naue, πᾶν λάλον αὐτῆς θεσπιν. nam fatidica erat B
ea ratis, vt Valer. Flacc. testatur. Rursum Plut. ἡ φιλία τα-
νῦν ἐμφόβωνος γέγονεν ὀν τὰ παρρησιαζεσθαι, καὶ τὸ κολακεῦον
αὐτῆς λάλον ὄζει, τὸ δὲ νουθετοῦν, σιωπᾶ. Et λάλον, Loqua-
citas. Plut.

C. Ἀείλαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Semper loquens. Exponitur & Sem-
per loquax.

C. Ἄλαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui fari seu loqui non potest, Infans,
Mutus. Plut. De defectu orac. δίκαιον τοὺς ἐπιγραφόντας, θήλας
καὶ κακοδαιμονίας ὄντα πλήρεις, muto & improbo spiritu C
abundans: de quodam afflatu fanatico loquens. Marci
9, πνεῦμα ἄλαλον καὶ κωφόν. Eiusdem capite 7, τοὺς ἀλά-
λους λαλεῖν. Alexan. Aphrod. οἱ ἐκ γλωττῆς κωφοὶ καὶ ἄλαλοι,
surdi & muti. VNDE Ἀλαλία, Infantia, hoc est Quã-
quis mutus est & fari non potest. Exponitur etiam πενη-
ρία, ἀπαιδία, qua significat. ex Soph. affertur.

C. Ἀμφίλαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Circumquaque loquax, Passim lo-
quax. In v.l. ex Aristoph. citatur ἀμφιλάλους χείλεσι pro
Ineptè loquentibus.

C. Εὔλαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Benè loquens, Facundus, Disertus: vel D
etiam Loquaculus. Epigr. lib. 2, Ἀείχαλκε σωτῆρ, κατ-
λικὰ μέτρα φιλοῦσα. Εὔλαλε, πανεύγλωσσ, εὔσημε.

C. Καπάλαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Maledicus, Obtrectator, Obloqu-
tor, Qui alicui obloquitur & ei detrahit. In Epist. ad
Rom. c. 1, ψιθυριστὰς, καταλάλους, θεοστυγεῖς, ὑβριστὰς, susurro-
nes, obtrectatores. ET Καταλαλιά, ᾶς, ἡ, Obtrectatio, 1
Petr. 2, φθόνους καὶ πάσας καταλαλιάς. Et 1 Cor. 12. A Suida
exponitur ἡ ἐς πινὰς ἐπὶ πολὺ βλασφημία, apud Apost.
A T Καπαλαλεῖν Hesychio est καταλυμαίνεσθαι, λυπεῖσθαι. E

C. Μογιλάλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui ægrè & difficulter loquitur, Cui
impedita lingua est, Balbus. Aer. lib. 8 cap. 38, de ancylo
glossis, οἱ πολοὶ δὲ μόγις διαλέγονται, διὸ καὶ μογιλάλοι ὑπὸ
πάντων προσαγορεύονται. Μογιλάλοι (inquit Gorr.) Qui
difficulter ex aliquo linguæ morbo loquuntur vt ii
quibus ab vlcere & cicatrice dura sub lingua relicta in-
curuatur & impeditur libera vocis prolatio. Dicũtur &
ἀγκυλόγλωσσοι: nisi quòd Aetius μογιλέξεις videtur intel-
ligere eos tantummodo qui ex aliqua affectione impe F
ditè loquuntur: ἀγκυλογλώσσους verò, tum hos tum illos
qui ex vtero & à natura id vitii habent. ET Μογιλαλία,
ας, ἡ, Difficultas loquendi, Linguæ hæsitantia.

C. Ὀξυλάλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Acutè loquens. Ex Aristoph.

C. Περίλαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Loquax, Dicax, Futilis. B.

C. Πλασταλάλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ficta & falsa loquens, Falsiloquus.
idem & πλαστολόγος.

C. Πολύλαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Multum loquens, Loquax, Loqu-
tuleius, Loquaculus, Garrulus.

Λάλις, poeticè pro λάλος, θύγλωσσος. v.l. ET Λάλις, ου, ὁ, G
Garrulus, Loquaculus, seu Loquax. In Epigr. λαλίλω ἑταί-
ρῳ, amicam facundam. v.l.

Λαλίστερος, ου, ὁ, Loquacior: comparat. irreg. à λάλος. Arist.
Ran. Εὐριπίδου πλεῖν ἢ ταῦτ' ἐστὶ λαλίστερα. ET Λαλίστα-
τος, Loquacissimus. Eurip. in Cyclope. Eust. dicit λαλίστε-
ρος videri παρειλκυσθαι ἐκ τοῦ λάλιστος: at λάλιστος esse pro λα-
λίστατος, vt κλέπιστος pro κλεπίστατος.

Λαλόεις, εντος, ὁ, Loquax. idem quod λάλος,

Λαλιά, ᾶς, ἡ, Loquela, Sermo. Apud Suidam, ἰῶ δὲ ὁ Ἀρκεσί-
λαος ἐν τῇ λαλιᾷ διαστικὸς τοῦ ὁμιλοῦντος, καὶ παρρησιαστὴς ἱ-
κανῶς. quæ verba habentur apud Diog. Laert. pag. 197,
in vita Arcesilai. Accipitur etiam in malam partem.
(sicut & Loquela apud Latinos, vt quũ Cic. dicit fallacẽ
loquelã) vnde & pro loquacitate ponitur. Plut. Symp.
1, πολύφωνος ὁ οἶνος ὄν, καὶ λαλιᾶς ἀκαίρου καὶ φρονήματος
ἡγεμονικοῦ καταπίμπλησι: secundum illud Horatii, Fœ-
cundi calices quem non fecere disertum? Idem
Symp. 8, initio, τὸ δὲ λυρῶν οὐδὲν ὄντων ἀλλ' ἢ λόγῳ κενῷ
χρῆσθαι καὶ φλυαρεῖν. λαλιᾶς δὲ ἀπάκτου καὶ φλυαρίας εἰς τὸ ἄ-
κρατον ἐμπεσούσης, ὕβρεις καὶ παροινία τέλος. Idem Symp. 3,
dicit μεθῆς σύμπαρα μα esse πλεονασμοὺς λαλιᾶς. Item apud
Aristoph. Neb. λαλιὰν ἀσκοῦσιν. Et in Ranis, εἶτ' αὖ λαλιὰν
ὀπτανεῖσθαι καὶ σαμψιαν εἰδίδαξας. In v.l. annotatur,
genus declamationum quod totum ad voluptatem &
delectãdos auditores comparatum est, Græcos λαλιὰν
vel λαλιὰς vocauisse.

¶ Λαλάζω, Vociferor. vnde apud Hesych. λαλαζεῖ, βοᾶ & λα-
λάζαντες, βοήσαντες. item λαλάζει, πάν γ' ὠσαν ὀξέλεν.

Λαλαγή, ᾶς, ὁ, Clamor, Vociferatio, Sonitus, Tumultus.
vt λαλαγῆ. vnde in Epigr. λαλαγὴν ἐφιππίαν. ‖ Λάλαγες
Hesychio sunt χλωροὶ βάτραχοι καὶ τὰ λίμνας, οἱ ἔνιοι
κοιμᾶσθαι. (Apud Latinos quoque poetas rana garrula &
loquax dicitur) Addit tamen, quoldam dicere λάλαγας
esse εἴδος ὀφεοῦ, aliis quoddam genus.

Λαλαγεῖς, οῦς, ὁ, Clamor, Vociferatio, vt Præcedens. κραυγή,
Hesych.

Λαλαγεῖν, Clamo, Vociferor. vel Resono, & quasi loquen-
tem imitor. vt Hesych. λαλαγεῦσαι exp. λαλεῦσαι. Suidas
autem λαλαγεῦσαι exp. ἐμμελῶς φθέγγεσθαι, in hoc Epigr.
Ταῦ δὲ πόδες λαλαγεῦσι ὀν ἀλοσιν ἄρσεσι ἀρχὴ Πεδὸς νόμον
ἀμπερὲς βοῆς λυροκτύπας. vbi λαλαγεῦσαν ἠχὼ dicitur vt
suprà quoque λαλεῖν. Oppian. de dentibus quoque λαλ
γεῖν dicit, lib. 3 De venat. πῶν λαλαγεῦσι δόδοντες, frendent
aut crepant seu crepitant. nam id quoque de dentibus
dicitur, vt suprà in κεκτῆσι & κεκτῆσθαι annotatum fuit.
‖ Λαλαγεῦσαι, ab Hesych. exponitur etiam ἀθόρυβοι εὖσαι.

Λαλάγημα, ατος, τὸ, Sonitus, Iubilam. ἀναφωνημα, ὕμνημα, vt
Suid. in hoc loco exp. Ἰσῶ σεσῆ λαμβῶ, ζῶ ἀγῶνα καὶ λα-
λάγημα λιπεῖν.

Λαλαγήτης, ου, ὁ, Nugator. ματαιολόγος, Hesych. Quibus addi
potest ET Λαλαγοῦ, qua voce Hesych. vocari scribit τοὺς
τοῦ βάθα λασσιτα καὶ τοῦ βάθα πατοῦντας ψηφίδας, calculos qui
sunt in littore maris aut ripis fluminum, quæ etiam
κρόκαι & κρόκαλοι, & λαΐγγες, vt suprà dictum fuit.
Fortan autem à strepitu siue sonitu quem edunt hu-
iusmodi lapilli dum à maris fluctibus pulsantur, aut
à pedibus supergredientium calcantur, ita denomina-
ti sunt. ITEM Λαλάκωνες apud eundem Hesy-
chium ψηφίδες κοῖλαι, arena calculosa, sabulum calculo-
sum. quoniam fortassis quum calcatur, λαλεῖ siue λα-
λαγεῖ.

Α Λ Α Λ Η, ῆς, ἡ, Alala, vox quædã ἀπροσῴκητος, quæ à militi-
bus ante pugnam editur. ἀλαλαγμὸς, vt exponitur ab
Eustathio. quãquam ἀλαλαγμὸς distinguendũ videtur,
vt sit Vociferatio militum edentium hanc vocem ἀ-
λαλή, vel potius Doricè ἀλαλά. ‖ Apud autorem E-
tymologici exponitur, Ἀλαλὴ (scribo παρὰ ξῆ πνας vt ibi
habetur) Tumultus & inarticulata vox. ab ἀλα accu-
satiuo nominis ἀλς id est mare: quod perpetuò strepitũ
edit. inde faciendo ἀλαλή. deinde per reduplicationẽ ἀλά-
λη. vnde (inquit) ἀλαλάζω, & ἀλαλητὸς. Eustathius citat
hunc locum, in quo ἀλαλὰ vsurpatur, καὶ ἀλαλὰ πολέ-
μου ζυγαπο, ἐγχέων ὠθεῖμεν. Esse autem Doricũ ait, ver
so videlicet η in α. Aptius tamen ἀλαλάζω ab ἀλαλὰ
quàm ab ἀλαλὴ formaremus: sed ἀλαλητὸς non item.
Suidas acclamationẽ chori esse dicit ἀλαλαλαγὴν πομπῶν.
Reperio & apud Plutarchum, ex quodam poeta, μανίαν
τ' ἀλαλαγὴ τ' ἐρεμνὸν ὠφαι ἐκφυχεῖ σὺν κλόνῳ. Sciendum est
autem nostrates hodiéque quum aliquos inter se com-
mittunt, & ad pugnã excitare volunt, clamare, La la la.
Sed & Alarme dicimus conflictum, vel potius primum
in conflictu congressum. Quæ tamen vox & aliam o-
riginem habere videri possit. Quum verò λαλάζω &
λαλαγὴ cæteráque, à λαλέω deriuati existimentur, ἀλα-
λὴ autem & ἀλαλάζω vicinam significationem habeãt,
hæc illis subiungenda censui.

Ἀλαλητὴς, οῦ, ὁ, Clamor militum dicentium ἀλαλὴ, iuxta
ea quæ modò diximus. Vnde & ἀλαλαγμὸς exponitur
ab Eustath. Sed generaliter dicitur ἀλαλητὴς, Fremitus
militum in pugna, Vociferatio militaris. apud Home-
rum sæpe. Il. π, — εἰ δ' ἀλαλητὸ Παῦ πεδίον κατέχει. μάχη
νικῶντες Ἀχαιοί. Il. Ω, Ὡς τρῶας ἀλαλητὸ ἀνὰ στρατὸν οὖρος
ὀρώρει. Hes. Theogonia, — οἱ δ' ἐξαίσσοντο μεγάλῳ ἀβαλητῷ.
Quibusdam placuit (ex quibus fuit Apollonius gram-
maticus)

maticus) α esse πλεονασμὸν in hoc nomine, id est superua A
caneum: deducentibus videlicet à λαλέω. Aliis autẽ esse
α pro πλοῦ, vt sit ἀλαλητὴς quasi πολυλαλητὴς. Aliis pro
ἡμῶν, vt sit quasi ὁμολαλητὴς: vtrisque itidem à λαλέω de
riuantibus hoc nomen. Sed ego ab ἀλαλὴ potius dedu-
co. A T Ἀλάλητα, Ligna fluuialia, v.l. Hesychio ξύλα πο-
μοῦ κλυσθὰ, ῥομφῶν.

Ἀλαλάζω, F. ξω, Clamo alala, Fremitũ edo inter pugnan-
dum, Clamorẽ lætũ tollo in cõmittendo prælio. Xen.
Hell. 4, ἀλαλάξαντες οἱ Θηβαῖοι, ῥόμῳ ὁμόσε ἐφέροντο. Est
aũt propriè Clamorẽ tollo cum animi alacritate, (ideo B
verti Clamorẽ lætũ tollo, quũ alii simpliciter reddant
Clamorẽ tollo) & exultabũdè, atque in signũ victoriæ:
vnde ἀλαλάζει Hesychius exponit ὀπνικίως ἠχεῖ. Plut.
in Publicola, πῆς μὴ ἀλαλάξαι πάρεστι μέγα καὶ θαρραλέον. A-
pud Iul. Pollucem, ἀλαλάζειν τὸ ὀνυαλίον. Apud Arrianũ
autem lib. 6 legitur ἀλαλάζεσθαι τῷ ὀνυαλίῳ: vbi & notã-
da est vox passiua. ‖ Dicuntur autem ἀλαλάζειν
non solùm milites, sed generaliter quicunque exultan
tes clamorem tollunt. Vnde & ἀλαλάξαι Suidas expli C
cat κροτήσαι, id est Plaudite.

Ἀλαλάζω, Clamorem lætum tollo (vt modò dixi)
propria significatione sonat. accipit verò interdum cõ
trariam, pro Clamorem tristem tollo. Vnde & Vlulo
exponitur, vt Marci cap. 5. item Hierem. cap. 4. Et vt ho
minibus fiducia præditis & spe erectis ἀλαλάζειν tribui-
tur, ita & perterritis. Nonnus, Ταρβήσεοι δ' ἀλάλαζον.

Ἀλαλάζω, Tinnio. Paulus 1 ad Cor. cap. 13, χάλκεος
ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. Quam signif. quidam ex
Græcis grammaticis propriam esse putauerunt, videli- D
licet pro Tinnire, sono sonum excipiente, vt fit in æ-
neis lebetib⁹. Fortasse autem ideo hoc dixerunt, quòd
in ἀλαλάζω vox vna λα statim ab altera λα excipitur.
Sed hæc significatio si esset propria, falsa essent omnia
quæ de huius vocis deriuatione, ex autoritate aliorum
magis recepta tradidi.

Ἀλαλαγμὸς, οῦ, ὁ, VEL Ἀλάλαγμα, ατος, τὸ, Clamor lætus mi
litum. Veget. & quidam recentiores barritum vocant,
alii iubilationem, Cæsar vlulatum l. 5 De bello Gall. Tũ
verò suo more victoriã cõclamãt arq; vlulatũ tollũt. E
‖ Itẽ Victorialis hymnus, vt tradunt Suidas & Hesychi⁹.
Conuenit alioqui expositio huius vocis quam affert
Suidas cum loco Plutarchi quem, attuli in Ἀλαλάζω.

Ἀλαλαγὴ, ῆς, ἡ, Lætus clamor. Apud Sophoclem autem in
Trach. pag. 338, ἀλαλαγαῖς schol. exp. τοῖς ὀπὶ τοῦ θυσιοῦν
ὠχαῖς. Vbi quædam exemplaria habent ἀλαλαῖς, A B
Ἀλαλὴ: sed schol. priorem lectionem agnoscit.

Λ Α Μ Β Α Ν Ω,

Capio, Accipio. (Tempora autẽ
sua, excepto præt. imperfecto, su
mit ab inusitato Λήω, & fut. a Λήψομαι. dicitur enim λή-
ψομαι. Sed in præt. vsurpatur ἔληφα Atticum, non λέλη-
φα: itidémque in pass. εἴλημμαι. Frequens est & aor. 2 ἔ-
λαβον, regulariter ille quidem formatus à Λήω) Xen. l.
3, pag. 45 in principio, ἐκεῖθεν δὲ τὴν ὁδὸν ἡδέως αὖ λάβοιμι
[χρήματα] εἰ δοῖεν. Apud eundem λαβεῖν & δεξασθαι inue-
niuntur copulata, πῆς μὴ πόνοι λαβόντας καὶ δεξαμένους τὰ δῶ-
ρα, Pæd. 1, pag. 12. qui tamen locus omnino mihi suspe-
ctus est. (Posset alioqui conuincere friuolam esse distin
ctionem quam inter λαμβάνειν & δέχεσθαι statuit Am- G
monius: sed alii multi qui hic citantur, id possunt con
uincere) Aristot. Ethic. 1, εἰ αὐτὸς μὴ θέλει λαμβάνειν, δ. δόναι δὲ μὴ, si ipse accipere quidẽ vult, at dare nequaquã.
Thuc. lib. 2, λαμβάνειν μᾶλλον ἢ διδόναι. (Isocrates autem
verbo λαμβάνειν opposuit nõ διδόναι, sed ἀποτίνειν, hoc in
loco orat. aduersus sophistas, πολὺ ἂν δικαιότερον ἀποτίνοιεν
ἢ λαμβάνοιεν ἀργύριον, Multo iusti⁹ pecuniã pẽdãt quàm
accipiant) Sic μισθὸν λαμβάνειν cum apud alios tum apud
Luc. Ipsique μισθοφόροι dicuntur itidẽ λαμβάνειν ἀργύριον.
Quò pertinet apud Thuc. δεκαμηνὶ γὰρ ἡμέρας ἕκαστος ἐ- H
λάμβανε. Dicitur & σπονδὰς λαμβάνειν καὶ δεξιάν, X. Hell.
4, vt Lat. Accipere fœdus & fidem. Et apud eundẽ, πιστὰ
δοτὰ καὶ λαβόντα, Data acceptáque fide. Item ὠφέλειαν λαμ-
βάνειν, vt Lat. Vtilitatẽ capere & plural. quoque ὠφελείας
λαμβάνειν ex Plat. Et apud Isocr. ὀπῆδεν λαμβάνειν,
Incremẽtũ capere. At ὕψος λαμβάνειν ex Thuc. paulo du
rius fuerit ad verbum, Altitudinem capere, pro Altum

fieri. ‖ At verò λαμβάνειν πῶς γυναῖκα apud eundem
Xen. Hell. 4, non simpliciter Accipere filiam, sed potius
Accipere in vxorem, vel Accipere in matrimoniũ. In-
uenitur autem & λαμβάνειν γυναῖκα, quod breuius red-
di possit verbo Ducere, videlicet Ducere vxorem. ‖ A-
licubi verò apcius redditur Percipere, quàm Accipere.
vt Xen. λαμβάνομεν δὲ οὔτε ὀν τῆς γῆς οὐδὲν, οὔτε ὀπὸ τῶν οἰκιῶν,
nihil percipimus. Sic autem & illud paulo antè alla-
tum ὠφέλειαν λαμβάνειν, verti etiam possit commodè
Vtilitatem percipere. ‖ Λαμβάνειν alicubi etiam
potius verbo Sumere. vt quod ex Dem. affertur λαμβά-
νειν δίκην, Sumere pœnas. At verò λαμβάνειν εἰς τὰς χεῖρας
apud Plat. vel Sumere in manus, vel Accipere in man⁹:
licet illud frequentius hoc esse videatur. ‖ Λαμβάνειν ἔρ-
γον, Suscipere aliquod opus, ex Xenoph. ‖ Οὐκ ἂν λάβοιμι apud Aristoph. Non acceperim. sed Lat. Non me-
ream. At Gallica Græcis ad verbum respondent, Ie n'en
prendrois pas grand' chose, Ie n'en prendrois pas dix escus, vel Ie
n'en voudrois pas tenir. Aristoph. Vespis, — ἐγὼ δ' οὐδ' ὀρνί-
θων γάλα Ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἂν ἢ με νοῦν ἀποστρεῖς. Qua
significatione dicitur itidem οὐκ ἂν δεξαίμην, vt apparet
ex iis quæ scripsi in Δέχομαι, Tomi primi colũna 954.

Λαμβάνειν ὀν νῷ, ad verbum accipere in mente, pro
Animaduertere, Recordari, vt apud Polyb. vertit Bud.
p. 555. Tale est aũt apud Xen. λαμβάνειν ὀν τῇ γνώμῃ. Plau
tus certè verbo Accipere ita est vsus cum ablatiuo Cor
de. Sũt verò & qui interpr. Cõplecti mente. Huc perti-
net λαμβάνειν τοῦ ὀφθαλμοῦ, ex eodem Polybio, ad verbũ
Accipere ante oculos, pro Ante oculos sibi ponere,
oculos mentis, inquã: vnde redditur & vno verbo Con
siderare. (At ὄψει λαβόντες affertur pro Oculis conspica-
ti) Λαμβάνειν alio etiã modo ad animũ referturi: vt quũ
dicitur λαμβάνει με δέος, vel ἔλαβέ με δέος, Cepit me me
tus, Incessit me metus, id est animum meũ. Vtitur au-
tem Plato illo λαμβάνει με δέος. Idem dixit in Epist.
ἅλωσι σε ἀπορίαι λήψονται, aliæ dubitationes seu difficul-
tates animũ tuum incessent, vel Animo tuo suborien-
tur. Homerus autem Il. α, Ἀτρείωνα δ' ἔπειτα χόλος λάβε,
Atridẽ ira cepit, vel subiit. Et Xen. Pæd. 5 pag. 84, ἄχος
αὐτὸν ἔλαβεν, Mœstitia illum cepit, Vel Incessit eum, seu
animum eius (vt apud Liuium, incessit mœstitia ani-
mos.) At Herodot. ἔλαβέ με πόθος incessit me cupido,
vel animũ meũ. (vt dixit idem Liuius, Cupido incessit
animos iuuenũ scisciscandi) Denique vt Latinè Nos o-
bliuio capit, sic Græcè λήθη λαμβάνει. Cæterùm vt dici-
tur δέος ἔλαβέ με, ita vicissim θάρσος ἔλαβέ με, Fiducia
me cepit, aut Animum subiit. Sed cõuertũtur etiã ver-
ba interdũ in hoc loquendi genere, legiturq; & ἔλαβον
θάρσος, vt in Θάρσος docui. Quo modo dicitur & ἔλαβον
ἐλπίδα, seu λαμβάνω ἐλπίδα, aut ἐλπίδας, à Xen. & Isocr. B
Itidem verò apud Lat. conuertuntur quædã loquendi
genera quibus adhibetur verbum Capio: vt Cepit me
metus, Cepi metum, aut Accepi metũ, vt loquitur Te-
rẽtius: Item, Cepi dolorem ex ea re, & Cepit me dolor.
vel Inuasit me dolor. Affertur autem & γέλως ἔλαβε ex
Demosth. pro Risus inuasit. ‖ Cæterùm hoc verbo Inua
dere redditur λαμβάνειν & cum aliis accus. qui à proxi-
mè præcedẽtibus omnino alioqui sunt diuersi. vt quũ
dicitur λαμβάνειν πῶς ἀρχῶ, à Xen. & λαμβάνειν πόλις à De
mosth. Quibus tamen in locis possimus & verbo Ca-
pere vti. Xen. Hellen. 3, ἰῶ δὲ καὶ αὐ ἀσθενεῖς ὄσας καὶ κεφά-
λας ὁ Θιμβρων ἐλάμβανε, quasdã minus validas cepit vi.
Et illud λαμβάνειν ἀρχὴν exponi etiam potest Assequi
imperiũ: vt apud Isocr. ad Phil. ὅτι πῶς ἀρχῶν ἢ τυραννίδος
ἐλαμβάνον. ‖ Λαμβάνειν iungitur & aliis accus. cũ quo-
rum nõnullis locum habet itidem verbum Capio, Aut
Accipio. cum nonnullis autem alio vtendũ est verbo.
καιρὸν λαβεῖν occasionem capere, Polyb. l. 1. Ex quo Cã.
affert etiam ἔννοιαν λαβεῖν pro Cõiecturã capere: ἔννοιαν
λαβεῖν ὀπὸ μέρους τοῦ ὅλου, coniecturam capere totius de
parte. Et ex eodem, ἐν χάριτι καὶ δωρεᾷ λαμβάνειν, Gratiæ
& beneficii loco accipere. At λαμβάνειν idem interp. Fa-
cere, cũ accus. πῖσαν & δίκην ἔσαν. vertit enim Periculum
facere. Possit autem fortasse reddi & Documentum ca
pere. Alicubi autem λαμβάνειν cum suo accus. reddi
tur vnico verbo Latino, vt αἵρεσιν λαμβάνειν, pro Eligere

Cuius tamen generis loquendi non rectè exemplũ affertur ex isto Sophoclis loco in Aiace, p.17, Πόσῳ σ' αὖ, εἰ νέμοι τις ἄθρεσιν, λάβοις. quũ hic accusatiuus ἄθρεσιν non cum λάβοις, sed cum νέμοι iungatur.

Λαμβάνειν pro Accipere, id est Pati. Bud. ex Xen. in Œcon. ἀλλὰ καταπίπτων ἀπ' αὐτοῦ [τοῦ ἵππου] κακὸν λαμβάνῃ, malum patiatur. Ad verbum, Malum accipiat. vt Gall. Gardez de prendre mal. sicut & Νοχᾶ capere, apud Colum. Ideo autem subiungo hunc vsum verbi λαμβάνω proximè præcedentibus, quòd vt ibi animus, ita hic corpus dicatur λαμβάνειν. Vt autem λαμβάνειν est hic Pati, ita est Sustinere, in αἰτίαν λαμβάνειν: quod pro αἰτίαν ἔχειν ex Th. affertur, ac redditur etiã Incurrere in crimẽ. Cæterùm Latini quoque cum certis quibusdam accus. vtuntur verbo Accipere pro Pati, vt quum dicunt Damnũ accipere vel Plagas accipere: quod itidẽ, à Græcis, ac nominatim à Demosth. dicitur πληγὰς λαμβάνειν. sicut & vicissim διδόναι, in orat. κατ' Κόνωνος, Plagas accipere & inferre. Tale est autẽ & λαμβάνειν ὑπώπια apud Aristoph. Sed & πρόσταγματα λαμβάνει huc pertinet, quo vtitur Xen. La ed. pol. pro Molestia affici.

Λαμβάνειν videtur aliquando reddi posse & verbo Concipere: vt illud ὀργὴν λαμβάνειν, de quo suprà dictum fuit, potest fortasse reddi alicubi Mentẽ concipere, seu Animo concipere. ‖ Et mulier ἐν γαστρὶ λαμβάνει, itidem Concipit, συλλαμβάνει.

Λαμβάνειν, Consequi, Assequi, Adipisci, Cõparare, ut δύναμιν λαμβάνειν ex Th. Et δίξαν λαμβάνειν ex Aphth. Gloriã cõsequi. Item δύναμιν λαμβάνειν, Plato in Epist. ὥσπερ δ' αὖ τὴν δύναμιν Ἑρμείας μοι φαίνεται φύσει τε καὶ τέχνῃ δι' ἐμπειρίας εἰληφέναι. Item συγγνώμην λαμβάνειν apud Demosth. Veniam consequi, Venia donari. Et δίκην λαβόντες, Impunitatẽ adepti, in or. Pro corona. ‖ Habet verò & aliam verbi Comparare significationem, vi delicet pro Emere: vt quidem exponitur apud Aristoph. λαμβάνειν πολλοῦ, & λαμβάνειν δραχμῆς.

Λαμβάνειν, Prehendere, Apprehendere, Corripere, Hom. Il. β, v. 261, Εἰ μὴ ἐγώ σε λαβὼν, ἀπὸ μὲν φίλα ἐμπεσε δύσω. Item Il. π, 763, Ἕκτορ μὲν κεφαλὴν ἐπὶ λάβε, οὐχὶ μὲ θιγέ. Et alibi, κόνδυλος λάβε. item, πόδων λαβὲ & λάβε γειών. Interdum autem & cũ accus. aut expresso aut subaudito. (Sic pass. λαμβάνεσθαι in prosa.) ‖ Λαμβάνω, Deprehendo. Dem. τόν τε νόμον ὃς οὐκ ἐᾷ ὅστις ἂν κλέπτῃ λαβεῖν &c. Xen. λαμβάνειν τοὺς ἁμαρτάνοντας τῇ πολεμίᾳ. (Apud quẽ tamen λαμβάνειν ἀπίκτις τῇ πολεμίᾳ, redditur potius adoriri, in v. l.) Nõ solùm autẽ pro Deprehẽdo, sed & pro Teneo, seu Cõtinco & Damno. cuius signif. exẽpla B. affert p. 10, item 555, ex Dem. Quæ posterior significatio videtur & huic Herodiani cõuenire loco, l. 3, ἤδη γοῦν πάντας καὶ λαβὼν ὅστις ἐπιστάτης ὑπηρέσιας ὁ Σεβῆρος ἐκόλασε. At Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή apud Hom. Cam. vertit Abstulit. vbi tamen Polit. vtitur verbo Deprehendere. In quibusdam autem locis vel Comprehendo, vel etiam Capio reddi potest: vt in prouerbio εἵλκυσεν ἡ παλὶς τὸν μῦν.

Λαμβάνειν apud dialecticos Sumere quasi suo iure. id est tanquã firmũ, vel per se probatum. quod vulgo Supponere & ponẽre. ita Bud. quem vide & Comm. p. 144, & 197.

Λαμβάνειν cũ quibusdã accus. redditur & passiuo verbo, vt λαμβάνειν αἰδῶ τινα. Soph. Aiace, ad verbum accipere pudorem aliquem, pro Pudore aliquo affici, Pudore aliquo tangi. Sic πρόσταγμα λαμβάνειν pro Molestia affici, vt dictum est in Λαμβάνειν pro Accipere, id est Pati. Sed & illud αἰτίαν λαμβάνειν quòd ibidẽ habetur, reddi etiam potest Accusari, Insimulari. Itidem χώραν λαμβάνειν redditur passiuo verbo Cõstitui à Cam. in hoc Xen. loco, Pæd. 4, ἃ δὲ αὖ ἀσώματα ἦν, αἰάλιν ταῦτα ἀεὶ πρόσταγμα τὰ παρέχειν ἕως ἂν χώραν λάβῃ.

Λαμβάνειν apud Thuc. obseruaui & in signif. verbi Accipere qua dicitur Quo animo accipias. item In bonam partem accipias, vel in malam, aut quam in partẽ accipias. (vbi & verbo Interpretari locus est) Fortasse autem huc pertinet & illud Polybii antea citatum ἐν χάριτι καὶ δωρεᾷ λαμβάνειν. ‖ Quinetiam ita vtitur Thuc. alicubi verbo λαβεῖν vt Latini suo Accipere quum dicunt Accipere pro Auribus accipere.

P. Λαμβάνομαι, Capior. Quod λαμβάνομαι tẽpora sua excepto præt. imperf. mutuatur à Λήβομαι, sicut videlicet actiuũ Λαμβάνω à Λήβω. Sed rarum est præsens itidémque præt. imperf. in signif. pass. quum contra ἑλήφθην pro Captus sum, & ab eo deriuata, frequenti sint in vsu. Itidémq; præt. εἴλημμαι, & particip. εἰλημμένος. Aristot. Polit. 5, λόγον τινὰ διδόασι τοῦ λαμβανομένων καὶ δαπανωμένων. Et τὸ λαμβανόμενον apud dialecticos pro τὸ λῆμμα, seu πρότασις, propositio. Bud. 144 & 197. Et τὰ λαμβανόμενα ἄμεσα ex Alex. Aphrod. Itidémq; participia ληφθεὶς & εἰλημμένος, captus. τὰ δεινότατα ἔρραζε οὐδὲν ληφθείσαι, Demosth. Sic αὐτόφωρος ληφθεὶς, Deprehensus, Manifestus, B. Aristoph. Pluto, Ἐπ' αὐτοφώρῳ δεινὰ δρᾶν τ' εἰλημμένον. vbi tamen est potius Deprehensi. Apud Dinarchum autem ἐπιλελῆφθαι, Conuictus es, καὶ ὁ δόκιμος δίκιμος ἐπιλελῆφθαι, πεποίηκας. ‖ Et λαμβάνεσθαι νόσῳ, Morbo corripi. Vnde est πρὸς κεφαλαίᾳ λαμβάνεσθαι, Corripi eo dolore capitis qui πρὸς κεφαλαίᾳ vocatur.

Λαμβάνομαι frequẽtius est in signif. actiua, ponitúrq; interdũ (licut & de λαμβάνω dictũ est) pro Prehẽdo, Apprehendo. vt apud Luc. λαμβάνεταί με ἐκ τῆς χειρός. in quo tamen loquendi genere potius omittitur præpositio ἐκ, ponitur; solus genitiu⁹. Est autem multo crebrior aoristus posterior, & eius particip. λαβόμενος. vt ὁ πᾶς λαβόμενος τῆς ἱματίου, Plat. de rep. Quũ vestem prehendisset. Idem in Charmide, καὶ ἀπὸ λαβόμενος τῆς χειρός. ‖ Bud. autẽ non solum pro Prehendo & Corripio, sed & pro Nãcisco poni docet: t apud Synes. ἐὰν λάβωμαι φρενῶν, Si otium nactus fuero. ‖ Idem apud Andocidem λαμβάνομαι τῆς ἡσυχίας vertit, Aram tenui, Aræ adhæsi. Et pro Reprehendo, Increpo. vt addit idem B. qui tamen paulo post apud Plat. λαβεῖν' ἄν σου exponit Te conuincere posset atque corripere. At pro Reprehendere manifestè ponitur in hoc loco Greg. scribentis Eudoxio, λαμβανόμενοι σου πολλὰ (ἀδύνατον γὰρ) ὡς τὰ κάλλιστα.

Λῆμμα, ατος, τὸ, Res ea quæ accipitur. Antigonus apud Pl. in Apophth. Θεασάμενος τὸ κτῆνος δραχμῶν αἰτοῦντας αὐτὸν, Ἀλλ' οὐ βασανίζει (ἔφη) τὸ ἄμα. τὸ δ' ἐπίπτος, Οὐκοῦν ἄλλον τινὰ δός μοι, Ἀλλ' οὐ κτῆνος (ἔφη) τὸ λῆμμα. vbi nota sibi opponi ἄμα & λῆμμα. Item δωροδόκημα, Quod dono & muneri datum accipitur, Munus quo aliquis corrumpitur. vnde Dem. Æschini probrose obiicit ὅτι δῶρα λῆμμα ἔρρετον. Generalius pro captura accipitur, i. pro lucro & emolumento quod alicunde capitur, seu pro reditu & obuentione, vt πόρος, πρόσοδος. Aristot. Polit. 6, τὰ λήμματα γὰρ ἔνιοι οὐχ ἥττον ἢ τὰ τίμια. Dem. cõtra Mid. ὅτιον εἰς μνήμην τῆς ὀργῆς, ἀφ' οὗ μηδὲν ὅλον τὸ λῆμμα λαβὼν ἡμᾶς. Idẽ ad Philippi ep. τὰ δὲ τῶν αὐτῶν μικροῦ λήμματος πολοῦντες. Isocr. Areop. τὰ λήμματα παραλελοίπασιν οἱ πρότερον ἄρχοντες, siquid emolumẽti & capturæ. Similiter apud Plutar. in Pericle, διὰ τοικοῖς τε καὶ δικαστικοῖς λήμμασι πάντας τῇ μισθοφορᾷ καὶ χορηγίαις συνέκασας τὸ πλῆθος, exp. Capturis ex ærario. ‖ Λῆμμα, vt τὰ λαμβανόμενα ὑφ' ὑμῶν, Sũptio, Cic. interpr. προσλαμβανόμενα autem Assumpta, & προσλήψεις Assũptiones, ex quibus oriũtur τὰ ὑπόφορα, seu ὑποφορά, illatio & συμπέρασμα. quæ λήμματα Arist. appellat etiã προτάσεις. Alex. Aphrod. ἐκ τῶν οἰκείων μὲν τῆς ὑπόθεσιν λήμματα, οὐκ ἀληθῶν δὲ, τῶν συλλογισμῶν ποιεῖ). Laert. in Zenone, λόγος δέ ἐστι τὸ ξυνιστάμενον ἐκ λήμματος καὶ προσλήψεως καὶ ὑποφορᾶς. Maior autẽ propos. apud dialecticos λῆμμα plerunq; κατ' ἐξοχὴν appellatur. Vnde λήμματα, δίλημμα & μονολήμματα. ‖ Λῆμμα dicitur etiam velut titulus & argumentũ, eius nempe quod tractandum sumitur atq; proponitur, vt tradunt v. l. citãtia ex Martiali, l. 14, Lemmata si quæris cur sint ascripta, docebo: Vt, si malueris, lẽmata sola leges. Et alio loco, Viuida quum poscas epigrãmata, mortua ponis Lemmata.

C. Δίλημμα, ατος, τὸ, Dilemma, Argumentum ab vtraque parte cõcludens aduersariũ, inquit Seruius. Cõcluditur enim vtrocunq; modo respõdeat, siue affirmatiuè siue negatiuè. Cõplexio Cic. i. in qua vtrũ cõcesseris, reprehenditur. ad hunc modũ, Si improbus est, cur veteris? sin probus, cur accusas? Dicitur autem δίλημμα quoniã duabus propositionibus seu λήμματα coniunctione Aut copulatis in medium proferri solet. hoc modo:

Aut bonus est aut malus. Vide & B. p. 197. Suidæ autem δίλημμα est τὸ διχῶς λαμβανόμενον φρόνημα. Et Διλήμματος, ex dilẽmate vel duobus lẽmatis cõstãs. Hermogeni διλήμματον idẽ est quod δίλημμα, Suidæ τὸ διχῶς νοούμενον.

C. Μονολήμματος, ου, ὁ, ἡ, Vnico tantùm lemmate cõstans. vt μονολήμματος συλλογισμὸς, syllogismus vnius propositionis, vt enthymema. in quo, vno posito lemmate infertur conclusio. Alex. lib. 1 Top. οὐ γὰρ οἱ τοῦ Ἀντίπατρον μονολημμάτους συλλογισμοὺς λέγουσιν, ἐκ εἰσὶ συλλογισμοὶ, ἀλλὰ ἐνδεῶς ἐρωτῶνται; quorum syllogismorum hoc affert exemplum, αἰσθητῆς ἄρα. Vide & B. p. 197.

Λημμάπον, ου, τὸ, Propositiuncula, Sumptiuncula: si dimin. hæc formari possint a Sũptio & Propositio, vt λημμάπον à λῆμμα. Magent. in lib. Aristot. qui περὶ ἐρμηνείας inscribitur, πρὸς λάβωμεν τέταρά τινα λημμάτια ἐξωθεν. Vide & B. p. 197.

Λῆψις, εως, ἡ, Acceptio: cui αἰτίκεῖ δόσις, sicut & apud Cic. Donatio & Acceptio: item εἰσφορὰ & λῆψις, illatio & sũptio, vt λαμβανόμενα & εἰσφερόμενα, λήμματα & εἰσφοραί. ‖ Item Prehensio vel Captio. si ea signif. captionem dicere possumus qua Capere seu prehendere fugitiuum, Capere vrbẽ. Luc. De hist. scrib. πῶς Δημοσθένους λῆψιν καὶ τὴν Νικίου πτῶσιν πόλεως. Item de re inanimata quæ fugere nos videtur, apud Plut. De solert. anim. τοῦ μὴ ὠφελίμου λῆψις καὶ διωξις, διαφορὰς δὲ καὶ φυγὰς τοῦ ὀλεθρίου καὶ λυπηροῦ. Vbi nota ei opponi διαφορὰς. De vrbibus autẽ quæ capiuntur, aut hostibus, fi equẽs apud Thuc. est lib. 4, p. 157, πεὶ πρόξαν τινὰ τῶν ἐς αὐτὸν πῶς λῆψιν τῆς πόλεως. l. 5 p. 196, διὰ τοῦ τοῦ κρατοῦντος ὁποτέρου ἡ λῆψις ἡ τοῦ λαθεῖν ὑπολοιδόρων ὑποστοία. Et lib. 7 p. 240, ἡ τῶν Πλημμυρίου λῆψις.

Λῃστής, οῦ, ὁ, Qui capit vel prehendit.

Λῃστικός, οῦ, ὁ, Ad capiendum seu accipiendum procliuis. Aristot. Eth. 4, cap. 1, πλεῖστον δὲ οὐ ῥάδιον τὸν ἐλθεῖν, μὴ πλησιόν ὄντα μήτε φυλακτικόν.

Λῃπτός, ου, ὁ, Captus, vel Perceptus. aut Qui capi percipiue potest. In Epigr. τὰ λῃπτὰ καὶ τὰ νοητά.

Ἀλῃπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui captus non est, aut capi nequit, οὐχ ἁλωτός. Thuc. lib. 1, εἰ γὰρ ἦν ὑπόπτοι, τίνες αὐ ἀλῃπτότεροι ἦσαν; qui minus capi & expugnari possent? Eodem lib. μὴ εἰς ὀλίγον καταστήσαντες αὐτοὺς, ἀλῃπτότεροι ἔχῃν, captu difficiliores, & minus expugnabiles. Schol. exp. ἀφῃρημένοι.

‖ Item Irreprehensibilis, Qui in nullo maleficio deprehendi potest: seu ἀκατηγόρητος, vt schol. in hoc Thuc. loco exp. lib. 1, p. 14, εἰ ἦσαν αὐτοὶ ἄνδρες, ὡς φασὶν, ἀγαθοὶ, ὅσῳ ἀλῃπότεροι ἦσαν τοῖς πέλας, πόσῳ, &c. ‖ Item Incõprehẽsibilis, Qui percipi nõ potest, ἀκατάληπτος. Plut. Ad Colot. λόγῳ διεθώρηκος, αἰσθήσει δὲ ἀλῃπτος ὤν. Vnde Ἀλῃπτος, Ita vt capi seu cõprehẽdi & percipi nequeat, More eorũ quæ capi aut percipi non possunt. Hesychio est ἀκατηγόρητος, quod videtur significare, Sine condemnatione.

C. Δυσλῃπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Captu difficilis, Quem capere difficile est. Luc. Anachars. δυσλῃπτον ὑπὸ λεοντος. ‖ Item Qui comprehendi & percipi difficulter potest. Plut. De def. orac. ἢ οὐ δεῖ τὴν οἰκίαν ἐφοδος ὡ αὐτὸς ὑπολῃπτεῖν, πολὺ δυσλῃπτός ἐστι, Omnino intellectu difficilis est, Intellectu vix percipi potest.

C. Εὐλῃπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui facilè capi potest, Captu facilis. Oppositum Præcedenti. Xen. Pæd. 1, ἔκπομα εὐλῃπτοτέρου τοῦ μέλοντος πίνειν. Item, Qui facilè capi potest, eo signif. quo vrbs capi dicitur quæ expugnata est, id est ἁλωτός. Thuc. lib. 6 p. 225, καὶ τῷ νικῶντας ὄντας καὶ εὐλῃπτοτέρους.

Vnde Εὐλῃπτως, Ita vt facile capi queat. Xen. ἐνδιδόναι τὸ ἔκπωμα εὐλῃπτότατα. vt εὐλῃπτον ἔκπωμα paulo antè. q. manibus capi & teneri facilè potest.

Λαβὴ vide post verba à Λαμβάνω composita.

Ἀτ Παντολάβος (cuius deriuatio est eiusdem formæ) est Qui omnia accipit, vel potius ex omnibus accipit. vt Gall. dicitur, Qui prend à toutes mains. Pantolab⁹ Horatio nomẽ est scurræ.

C. Ἀνα Λαμβάνω, Resumo, Rursũ capio, ad verbũ: pro Recupero, Recipio, Reparo. Plut. in Pompeio, ὁ δὲ αἰέλπτων ἐκ πόνων αἰαλαμβάνων ἐκείνα. Xenophon ἑλλ. 3, πῶς δ' ἀρχὴ ἰὼν πρότερον ἐκέκτησθ' ἀναλαβεῖν. Plato addidit, πάλιν, epist. 8, βελτιόνων ἀναλαβεῖν πάλιν τὴν ἀρχήν. Sic Dem. Phil. 1, κατεῤῥαθυμηθέντες πάλιν ἀναλήψεσθε. Sic & Isocr. De pace, καὶ τὴν δύναμιν ἀναληψόμεθα πάλιν ἰὼν καὶ πρότερον ἐτυγχάνομεν ἔχοντες. Capitur & pro Reparo alii iacturã suam, Rẽ quam amisit ei reparo, & eũ recuperare facio. Plut. in Lycurgo, Σόλωνα πρεσβύτοις ἀναλαβεῖν Ἀθηναίοις Σαλαμῖνα. Affinis his significatio est qua ponitur pro ἀνάκτησις, hoc est Rependere iacturam & damnum sarcire. (nam quũ damnũ sarcitur, velut resumitur & recipitur quod erat amissum) quã signif. ei dat Bud. ex hoc Aristotelis loco, τῇ δυνάμει γὰρ καὶ τῇ θερμότητι τὴν κοιλίας ἡ φύσις ἀναλαμβάνει πλὴν ἐνδείας τῶν σώματος. Fortasse nõ malè & in hoc loco idem significare dicemus, ἀναλήψασθαι τὸ παρὸν πλάσμα καὶ εἰς τὸ μέλλον ἀρετῆς. Est & locus Demosthenis in quo existimo pro Sarcire accipi posse, vbi tamen Bud. pro Emendare intelligit, vt dicetur aliquanto póst. ‖ Est item ἀναλαμβάνω Resumo. id est Repeto, Itero, Reuoco: quia quod repetitur, veluti resumitur. (vnde & in vernaculo sermone in certis quibusdã loquendi formulis Resumere pro Repetere vsurpamus) vt ἀναλαμβάνειν εἰς μνήμην, apud Platonem De leg. Repetere memoria, quasi Resumere in memoriam. Isocr. autem dixit ἀναλαμβάνειν εἰς τὸν διάνοιαν. Aristot. in Probl. Sect. 18, ὃ ἐστιν ὃ ἔδωκεν, πάλιν ἀναλαβεῖν. Interdum absolutè ponitur pro Repeto, id est Iterum dico. vt apud Platonem in Apologia Socratis, ἀναλάβωμεν δὲ ἀρχῆς τίς ἡ κατηγορία. Idem in Philebo, μνήμην, ὡς ἔοικεν, ὅ, τι ποτ' ὄν, πρότερον ἀναληπτέον. Idem, καὶ δεῖ πολλάκις ἀναλαμβάνω, ἵνα μὴ τι διαφύγῃ ἡμᾶς. Plutarchus in Alcibiade, καὶ μεταξὺ λέγων ἀπισταπτα καὶ διέλειπε, λόξεως διαφυγούσης αὐτὸν, ἀναλαμβάνων καὶ διασκοπούμενος.

Ἀναλαμβάνειν πλὴν ἰσχύν, vel πλὴν δύναμιν, Resumere vires, Resumere robur, apud Latinos sæpe. vt & Reficere suas vires. Vel, ἀναλαβεῖν πλὴν ἀρχῆς δύναμιν, vt apud Galenum legitur, Resumere pristinas vires, Recuperare siue reparare pristinum robur. Apud eundem legitur & ἀναλαβεῖν πλὴν ἀρχῆς ἰσχύν. vnde existimo ἀναλαβόντας dici ægrotos qui conualuerunt, quasi ἀναλαβόντας πλὴν δύναμιν, vel πλὴν ἀρχῆς δύναμιν, aut πλὴν ἀρχῆς ἰσχύν: aut etiam, ἀναλαβόντας πλὴν ὑγίειαν. Ita tamen subaudiuntur hæc aut aliqua huiusmodi post hoc verbum, vt illis omissis ex actiuo neutrum fiat, & aut absolutè ponatur, aut neutrorum verborum cõstructionem accipiat. Sed de ἀναλαμβάνω neutraliter posito postea dicam: nunc de actiuo. Dicitur ἀναλαμβάνειν πλὴν ἰσχύν, Resumere vires suas: & ἀναλαμβάνειν τὸ σῶμα ab Appiano, pro Reficere corpus. i. vires corporis. Inuenitur etiam ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν, quasi Resumere se: i. ἀναλαμβάνειν πλὴν ἑαυτὸ ἰσχύν, Resumere vires suas. Latinè Recolligere se, vel Recolligere sese à morbo. nã interdum hæc duo posteriora vocabula ponuntur, interdum omittuntur. sicut & Græcè nonnunquã dicitur ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν sine adiunctione vlla, interdum ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς νόσου, vt apud Thucydidem. Item ἀναλαβεῖν ἐκ τῆς νόσου vel ἐκ τῆς νόσου, sine accusatiuo ἑαυτὸν. Galenus, ὅλιγα τῶν ἀναλαμβανόντων ἐκ νόσου μακρᾶς. Demosthenes, ὡς δὲ ἀτεσι πάχεσι ἐξ ἐκείνης τῆς ἀσθενείας ὁ Φράστωρ, καὶ ἀνέλαβεν ἑαυτόν. Vsurpatur verò ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν etiam metaphoricè, vt Latini Colligere se. Isocr. in Archidamo, εἰ μὴν δὲ μηδένες πώποτε τῶν δυστυχησάντων ἀνέλαβον ἑαυτοὺς, μηδ' ἐπεκράτησαν τῶν ἐχθρῶν, i. Vires recollegerunt, In gradum se reposuerunt, In integrum se restituerunt, vel in pristinũ statum. Idem in Panath. πλὴν μὴν ἡμεῖς ἀν πόλιν ἐλάττοσιν ἔτεσιν ἀνελαβόμεθα αὐτὴν ἠκατεπολεμήθη. Idem alio loco pro eodem dicit ἀναλαμβάνειν ἑαυτοὺς & καθεστῶσας σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὴν αὐτῶν ἀρχῆν. (Quo pertinet ἀναλαβεῖν πλὴν ἀρχῆς ἀρχῆν, quod dixi à Galeno interdum vsurpari) Demosth. ἐπειδὰν ἀναλάβω ἐμαυτόν, pro Quũ me ab hac inopia recepero & collegero. Idem Isocrates ad Philippum, ταῦτα ἀκούσας, ὡς μὴ τὸ πρῶτον ἐξεπλάγην, καὶ πάλιν ὡς ἀναλαβὼν ἐμαυτὸν, αὐτίκα πρὸς ἕκαστον τῶν ῥηθέντων, ὡδε ἀκούσω. Vbi ἀναλαβεῖν ἑαυτὸν (quod Budæus prætermisit) non est Recolligere se, id est vires suas, vel Se in integrum restituere siue In gradum reponere: sed id planè quod Cicero dicit Colligere se, hoc in loco, De diuin. lib. 1, Eum primò perterritum somno surrexisse: dein quum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse dixisset, recubuisse. Nec alium locũ potuissem magis Isocratico illi

respondentē inuenire.nam ἐκπλήττεσθαι, quo vtitur Isocrates, scimus esse Perterreri, quod ponitur à Cicerone. Plutar.in Camillo, οὔπω καθεστηκότες, οὐδ' ἀνειληφότες αὐτούς. Ponitur verò & absolutè ἀναλαμβάνειν (vt initio huius tmematis docui) & quidem apud medicos præsertim. Galenus, ἐν τῷ οἴκῳ ἐν οἷς ὁ ἀναλαμβάνων διαπαύφρονιστέον. Id est, Qui recreatur & refocillatur, Qui se recolligit à morbo. ¶ Dicitur verò & ipse medicus ἀναλαμβάνειν, id est, Recreare & refocillare eum qui morbo est conflictatus, vel Sanare. Sic apud Dioscoridem, ἀναλαβέσθαι τοὺς ἀσθενεῖς. Demosthenes, ἄδικος ὅστις ἀξιοῖ τοὺς ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἀπεγνωσμένους ἀναλαμβάνειν. Sic & imperator suum exercitum dicitur ἀναλαμβάνειν apud Polybium. id est Recreare exercitum, vt Budæus vertit: sed malim Reficere exercitum, cum Cæsare multis in locis. Apud eūdem Polybium, ὡς ἐπιστήριξαν ἤδη τὸ στράτευμα. Quum iam se refecissent copiæ. Dicitur autem ἀναλαμβάνειν tam ipse medicus quàm is cui medicina adhibetur, eodem ferè modo quo ἀναλαμβάνειν in alia significatione dicitur tā is qui recuperat & recipit quod amisit, quàm is qui ei id reparat & eum recuperare facit, sicut antea docui, in prima videlicet de hoc verbo annotatione. Quod autem ponitur ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν actiuè, & ἀναλαμβάνειν neutraliter, sine casu, pro Vires recuperare, siue sanitatē: id esse eiusmodi puto quale ἀναλαμβάνειν cum accusatiuo, & ἀναλαμβάνειν sine casu pro Repeto, Iterum dico. Vide passiuum ἀναλαμβάνομαι, & verbalia ἀνάληψις, ἀναληπτικός.

Ἀναλαμβάνω, Assumo mecum, Mecum recipio, Ad me recipio. Thuc.lib.5, αὐτοὺς ἀναλαβὼν ἦλθε. Et ἀναλαμβάνειν σεσωπῶντας apud Plutarchum aliquot locis pro Recipere ad se. Budæus vnum duntaxat eius locum citat in quo Colligere dispersos interpretatur. ἀναλαμβάνειν τινὰ ὅτι πλοῦν ἀφ' μάμαξαν, Xen.ἑλλ.6. Assumere in currum. ἀναλαμβάνειν τινὰ εἰς τὴν οἰκίαν, Assumere quempiam in ædes suas, apud Athenæum lib.13 ἀναλαμβάνειν ἐν πόλει, apud Plutarchum in Orhone. Ἀναλαβεῖν (inquit Bud. Comm.p.269) significat etiam Domum admittere aliquem & penes se habere. vide illic exempla. Hesychius ait ἀναλαμβάνειν ξένον esse φιλοφρονεῖσθαι, id est, Cœna excipere, Comiter tractare. solemus enim hospites domo horū gratia excipere. Plutarchus, φιλοφρόνως πάντας ἀνελάμβανε. Interdum verò additur datiuus. vt apud Plutarchum in Cæsare, μετὰ δὲ τὸν θρίαμβον τὸν δῆμον ἀνελάμβανεν ἑστιάσεσι καὶ θέαις. id est (inquit Budæus) Epulo & spectaculis excepit, vel accepit. Idem in Antonio, πολλαῖς ἀνελάμβανε φιλοτιμίαις τὸν δῆμον, Multis liberalitatibus largitionibusque populum amplexa est. Id enim de iis dicitur qui inire gratiam contendunt populariter. vt de Graccho, δήμῳ νόμοις ἀνελάμβανε τὸν δῆμον. Hactenus Bud. Exemplis autem ab eo citatis hæc commodè adiunxerimus, ex eodem Plutarcho in Pericle, δίδοντος χρήματα πολλοὺς ἀνελάμβανε. ibidem, ἐλαφυρωμὸς δὲ πλούτῳ καὶ χρήμασιν, ἀφ' ὧν ὁκέτος ἀνελάμβανε πολὺς πένητας. Est autem notandum, pro eodem dixisse ἀναλαμβάνειν χρήματα & ἀναλαμβάνειν ἀπὸ χρημάτων, videlicet pro Pecuniis demereri populum, siue gratiā aut fauorem populi, Pecuniis sibi populum conciliare. Pecuniis gratiam à populo inire, vel apud populum. Obseruandum est etiam quomodo verbum ἀναλαμβάνειν paulatim ad hanc significationem perductū fuerit, ab ea videlicet significatione (si non fallor) qua pro Assumere secum, vel Secum aut ad se recipere, vsurpatur. ¶ Ἀναλαμβάνειν etiam (inquit Budæus) dicitur Filium abdicatum in domum recipere. quod patres post emēdationem & satisfactionem faciebant Athenis. Idem alibi, Ἀναλαμβάνειν τὸν παῖδα, est Penes se asciscere puerum, & id ferme quod Agnoscere filium dicitur. Demosth. contra Neæram. ἐποιήσατο αὐτὸν παῖδα, καὶ ἀνέλαβεν ὡς αὐτόν, Filium eum adoptauit, agnitumque suscepit apud se. Dicitur & ἀναθήκεσθαι.

Ἀναλαμβάνω, Sumo, In manus sumo. ¶ Item Suscipio. Polyb.l.4, ἀναλαμβανόντων τοὺς ἐκείνου βίβλους, In manus sumens. Et ἀναλαμβάνειν χλαμύδα apud Plutarch. Chlamydē sumere & amicire Budæus tamen Assumere vertit. sed Latini sumere vestem potius dicunt quàm assumere. Apud Suidā, κοσμίως ἀναλαμβάνειν τὴν ἐσθῆτα. Apud eundem autē Suidā repono ἀμπέχειν pro ἀνέχειν, vt nō dicat ἀναλαμβάνειν accipi pro ἀνέχειν, sed pro ἀμπέχειν, quū subiungat illud κοσμίως ἀναλαμβάνει τὴν ἐσθῆτα, vbi manifestè ἀναλαμβάνειν pro amicire capitur. Sic ἀναλαβεῖν ὅπλα non solùm pro Resumere arma, sed interdum simpliciter pro Sumere arma, Capere arma. Vt autē Latine interdū dicitur etiam Bellum sumere pro suscipere, sic & à Græcis πόλεμον ἀναλαβεῖν. Sed ἀναλαβέσθαι κίνδυνον apud Herodotū rectius interpretabimur Suscipere periculum, quàm Sumere periculum, in Thal. δεῖ σε, γνοὺς ἂν οὐ, κίνδυνον ἀναλαβέσθαι τῷ ἀνὸ πατρὸς ὑπεδύσαν καλῶς. Latini dicūt etiā Adire periculū, & Subire periculū, quod ad verbum respondet huic alteri loquēdi formulæ κίνδυνον ὑπεδύσαν. Budæus de verbo ὑπίσταμαι loquens, Significat etiam (inquit) Suscipio, id est Aggredior, ἀναρρύομαι, ἀναλαμβάνω, Instituo & Incepto. Idē alibi ἀναλαμβάνειν esse ait Suscipere, Aggredi, Capessere.

Ἀναλαμβάνω, ad uerbum Reprehendo, siue Reprēdo. vel Retineo. Plutar. de Antonio, qui iam vulneratus, per fenestrā à Cleopatra fustū trahebatur, ἤδη μόλις ἡ Κλεοπάτρα τῶν χορδῶν ἐμπεφυκυῖα, καὶ καταπεπομμένη τῷ σεσάγῳ, τὸν δεσμὸν ἀνελαμβάνει. i. Funē retinebat ne corpore degrauāte, deorsū rursus ferretur & recideret. B.

Ἀναλαμβάνειν τὸν ἵππον (quod etiam ὑπολαμβάνειν & ἀνέχειν dicitur) est Equum frano sistere & coercere, Equum sistere, Equū inhibere. quod quū fit frænos succutiendo ἀνακρούειν dicitur. Ita B. ex Polluce, vt opinor, hāc vtr. usq; verbi significationē accipiēs: cuius hæc sūt verba lib.1, ἐν δὲ τῇ φορείᾳ ἐὰν δεῖ ἐξελαύνειν τὸν ἵππον, διὰ ἀναλαμβάνειν τοῦτο ἢ ὑπολαμβάνει καὶ ἀνέχει, ἢ καπνίζει, ἢ ἐρεμίζει, ἢ ἀνέχει. Exemplū autem huius significationis verbi ἀναλαμβάνειν apud Platonem & Xenophontem habemus. nā sic ille De leg.l.3, ὁ δὴ φασιν ἔνιοι εἶναι τὸν ἵππον τὸν λόγον ἐκάστοτε ἀναλαμβάνειν. Apud hunc autem τὸν ἱππικὸν vtrunque verbum vsurpatum habemus. scribit enim, ἀρετὴ εἰς πάντες, ἀναλαμβάνεται ἐν πᾶσι, & δὴ δὲ καὶ ὑπολαμβάνει ἐν τῇ φορείᾳ. Quū autem ἀναλαμβάνω vertō Reprehendo, sic accipio Latinū hoc verbū, vt apud Ciceronem quum dicit, Reuocat virtus, vel potius reprehendit manu. Quæ prima eius significatio apud alios quoque primarios autores reperitur. ¶ Habet verò ἀναλαμβάνειν & alteram verbi Reprehendere significationem, si Budæo credimus, ita scribentem, Ἀναλαμβάνειν est etiam ὀνειδίζειν καὶ παροξύνειν ἑαυτῷ, hoc est Reprehendere sese & emendare. Demosth. εἰ τινὸς δεινὰ καὶ Διὸς καὶ πολλὰ ἀδίκως πράττοντος αὐτὸ τοῦτο ἀναλαμβάνει, μεταγιγνώσκει, ἢ πολλῷ δεινότερα ἄλλα προσεξεργάζεται. Quanquū in hoc quem citat loco (est autem ex oratione cōtra Midiā) ἀναλαμβάνειν nō potest significare Reprehendere sese, siue Emendare sese: quū sit accusat. τοῦτο, qui necessariò fertur ad id verbum. adeo vt Reprehendere ea vel Emendare ea (si alterutro horum verborū vtendum est) interpretandum sit. sed Emendare ea, malim. quia & ipsi Græci dicunt ἐπανορθοῦν interdū hoc in sensu, quum videlicet improbas actiones excipiunt bonæ & honestæ. Videtur posse etiam accipi ἀναλαμβάνειν pro Sarcire. Sophocles Philoctete, πῶς ἁμαρτάνω λίχεα ἁμαρτῶν, ἀναλαβεῖν πειράσομαι.

Ἀναλαμβάνω, Colligo, Constringo, Plutar. in Probl. Hell. ἀναλαβεῖν πρὸς τὰ ζώνας ἱμάσιν. Vide ἀναλαμβόμενος & ἀναλημμένος hoc significatu, vbi de passiua voce agetur. Ἀναλυτέκω, inquit Bud. Redimio cæsariem, Colligo periculo. hoc est ἀναλαμβάνω.

Ἀναλαμβάνω, vsurpatur etiam in compositionibus medicorum, quum res contusæ aliquo liquore coguntur (inquit Budæus.) Dioscorides, ἀναλαμβάνων λεῖα οἴνῳ, ἢ ὀξυκρόκῳ αὐαντάτων. Celsus lib.7, Cinis sarmentorum ex aceto vel aqua coactus iis mederi potest. ἀναλαμβανόμενος. Excipere etiam id Latinè dicitur, quia ὀκλαμβάνειν Græci vt ἀναλαμβάνειν dicunt. Dioscorid. de pinu loquens, ἡ δὲ ἐξ αὐτῶν λιγνὶ καμόμενον ὀκλαμβάνει) πρὸς μέλανος γραφικοῦ κατασκευήν. Hactenus Budæus. Dioscorides libro 3, cap.154, ἐκπάσσεται δὲ δεῖ τὰ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη, ἕκαστον αὐτῶν κόπτοντα ἰδίᾳ, καὶ ἀναλαμβάνοντας εἰς βολίσκους. vbi ἀναλαμβάνοντας εἰς βολίσκους quidam vertunt Digerentes in pastillos: alii, Conformantes in pastillos. Quam posteriorem interpretationem fortasse

confirmare possit aliquis ex eo quod Dioscorides alibi βολίσκους ἀναπλάσσειν dicit, vt in loco paulo antècitato. & vt illic habet βολίσκους non præcedente præpositione εἰς, ita & hic codices quidam ante βολίσκους illam nō habent. Verùm alibi legitur apud eundem addita illa, ἀναλαμβάνεται εἰς βολίσκους, lib.1 cap.134. id est, secundū quosdam interpretes, Conformatur in pastillos: secundum alios, Cogitur in pastillos.

P. Ἀναλαμβάνομαι, sequitur actiui significationes. Apud Lucianum ἀνάληφθεὶς υἱός, ὥσπερ ὑποκηρυττόμενος, In domum receptus filius, prius abdicatus. quemadmodum ἀνειλαμμένος εἰς τὸν οἶκον dicitur qui est à patre agnitus, & domum deductus, teste Budæo. Sciendum est autem hoc participium alicubi actiua significatione vsurpari, secundum eiusdem interpretationem. siquidem apud Lucianum τῇ μίτρᾳ ἀνειλημμένος πολυβοστρύχους vertit, Colligens & redimiens. Nisi fortè Colligens & redimiens posuit pro Collectos & redimitos habens.

Ἀναλαβέσθαι aor. secundus medius pro ἀναλαβεῖν vsurpatur, vt in hoc loco antè citato ex Herodoto, κίνδυνον ἀναλαβέσθαι.

Ἀνάληψις, εως, ἡ, Resumptio, Recuperatio, Receptio. Plut. in Publicola, αὐτὴν τῆς ἀρχῆς ἀπόγνωσις, Qui de recuperando imperio desperare cœpit, siue desperauit. ¶ Item Repetitio. quæ frequentius ἐπανάληψις appellatur, etiā locum inter schemata orationis obtinens.

Ἀνάληψις, Virium refectio, Virium recollectio, Recreatio, Conualescentia. Alexander Aphrodis. ἐν τῇ τῶν ἀναλήψεων ἀπορρήσεσιν αἱ πεῖρες. Suidas ἀνάληψιν exponit ἀνάρρωσιν, id est corroborationem. à Dioscoride autem ἀνάληψις & ῥώσεις copulantur, ἀναλήψεως καὶ ῥώσεως δεόμενοι ἀνδρῶν, οὐχ ἵππον δὲ καὶ τῷ ἵππῳ. Ab enarratore Thucyd. ἀνάληψις exponitur θεραπεία in hoc ipsius Thucyd. loco, lib.5, ὅπερ ἀξιοῦσι) κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι. δηλοῖ δὲ Ἀργεῖος ἐπιπόνου ἀναχωρήσεως τῷ παρόντι ἄκαιρον πρὸς θυμίαν ἀνάληψιν βουλομένῳ εἶναι. Suidas autem locum hunc citat in quo ἀνάληψις & θεραπεία copulantur, ἀσυνδέτως ἐπιτείπτοντα ἀνάληψεως καὶ θεραπείας τῷ ἀνδρῶν, οὐχ ἵππον δὲ καὶ τῷ ἵππῳ. Ἀνάληψις, secundum Budæum, sequitur significationem verbi ἀναλαμβάνω, quum pro Suscipio, Aggredior, Capesso, accipitur, in hoc Basilii loco in epist. quadam ad Eustathium, πρὸς ὀλιγοστρίβων τῇ ἀναλήψει τῶν μαθημάτων τῆς θεοῦ πρὸς τὴν θεοῦ μεγαλοπρεπεστάτην σοφίαν. Sed vt ἀναλαμβάνειν μαθήματα quis diceret Aggredi siue capessere disciplinas, ita vix dici possit ἀνάληψις μαθημάτων, Aggressio disciplinarum, ac multò minus Capessio. Sunt igitur qui ἀνάληψιν hic perceptionem, sunt & qui assumptionem vertant. Vt autem in illo Basilii, sic in hoc Philonis loco vsurpatur, θεωρημάτων ἄλυσις ἀνάληψις.

Ἀνάληψις παιδός, idem ferè quod Agnitio: quum videlicet aliquis penes se puerum asciscebat, & quasi filium agnoscebat. Et ἀνάληψις CHRISTI dicitur Lucæ cap.9. ἐγένετο ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἡμέρας τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ, eo quòd tum demum domum accersitus sit & euocatus à Patre CHRISTVS homo, quum mandatis Patris perfunctus est. Bud. Sed quidam & simplicius & melius interpr. Tempus quo sursum reciperetur.

Ἀναληπτικός, οῦ, ὁ, Recuperatorius. ¶ Item Refocillatorius, Recreatorius. vnde ἀναληπτικὰ φάρμακα, vt docet Bud. quæ recreandis defectis composita sunt. & ἀζωγὴ ἀναληπτικὴ apud Galenum, Educatio & nutritio virium refocillatrix. VNDE Ἀναληπτικῶς, aduerb. Refocillatoriè, Aptè ad refocillandum corpus morbo confectum. vt διαιτᾶν ἀναληπτικῶς τὸν ἀσθενοῦντα apud Galenum, est (Bud. interprete) Victum præscribere restituendis viribus.

Ἀνάλημμα, ατος, τὸ, à Suida & Hesychio exponitur ὕψωμα, quod quidam interpr. Edita structura. Exponitur à Suida & στεῦμα, id est firmamentum, vel munimen. & ab eodem subiungitur hoc exemplum, καταπονήσας τὸ βάρος τῷ ἀναλημμάτῳ, καὶ ὡς ἀδυνάτου ὄντος καταλῦσαι τὰ τείχη, ὁκ χάρος τῷ μάχῃ ἐποίησεν. Legitur Ecclesiastici c.50, ἀνάλημμα ὑψηλὸν περιβόλου τοῦ ἱεροῦ. & in Paral. τὸ ἀνάλημμα τῆς πόλεως. Budæus ait apud Iosephū pro edito propugnaculo accipi: apud Vitruuiū autē esse verbum gnomonicum. Hesychius vult ita nominari etiam partem

quandam iecoris.

c.2. Δυσανάληπτος, Qui difficilè refocillari seu recreari potest. VT Εὐανάληπτος, Qui facilè refocillari potest, sequendo signif. quæ verbo ἀναλαμβάνω data est inter alias. At in v.l. δυσανάληπτον μάθημα ex Alcid. Difficilis cōceptu disciplina. Et Εὐανάληπτος, ex Xenoph. pro Difficilis apprehensu. quæ suspecta sunt.

c.2. Ἐπαναλαμβάνω, Repeto, Itero, sicut & ἀναλαμβάνω: vacāte præpos. ὅτι, quæ alteri præpositioni, videlicet τῇ ἀνά, præfigitur. Item pro Epilogum facio, apud Plut. vt docet Bud.p.555.

Ἐπανάληψις, Repetitio. Apud rhetores schema quoddam, quū videlicet idem vocabulū ornatus causa repetitur. Vide Bud.p.556, ex Hermogene. vide item Rutil. Lupū, necnon Fabium. Demetr. Phalereus dicit ἐπανάληψιν εἶναι τὸ αὐτὸ σωρεύσαι μὴ ὑπὸ τῆς βραχυλογίας οὐ τοῖς ὀλίγῳ μακροῦ ὑπὸ φορείας λόγοις.

c.2. Προσαναλαμβάνω, Insuper assumo. Aut simpliciter assumo. aut etiam Sumo. Polyb. οὔτε προσαναλαμβάνοιεν ἐνδεῆ τινα, ἐὰν μὴ ὑπάρχῃ ἡ στρατηγὸς ἢ γραμματεύς, πρὸς τοὺς ἀρχαίους. vbi Turn. vertit Sumunt. Προσαναλαμβάνω (inquit B. pag.72) non aliud significat quàm ipsum ἀναλαμβάνω, licet vberiorem habeat significationem.

Ἀντιλαμβάνω, Vicissim accipio, vt ἀντιλαμβάνω χάριν, Vicissim beneficium accipio. Mihi retribuitur beneficiū. Philo de vita M.lib.2, παῖς ὠφελείας ἀντιλαμβάνουσαι τε καὶ ἀντεκτίνουσαι. ¶ Item, Rem vnam accipio loco alius, seu in locum alius. vt apud Philonem, καὶ αἱ κατ' ἀγρὸν ἐπαύλεις ἐρημωθεῖσαι τῷ ὄν αὐτοῖς ἀντέλαβον ἄνδρας βελτίους τὰ πάντα. Greg. ἀντιλαβόντες τῆς κακίας τὸν ἡδονῶν. id est λαβόντες ἀντὶ τῆς κακίας. At Thucydides sine genitiuo, οἱ μὲν γὰρ οὐχ ἕξουσιν ἄλλον ἀντιλαβεῖν ἀμαχεί. Sed idem vsus est hoc verbo & pro Accipio seu consequor mercedis aut præmii loco, aut potius vno verbo Promereor.

Ἀντιλαμβάνω pro ἀντιλαμβάνομαι, id est Percipio, Alex. Aphrod. Probl. lib.2, ἡ δὲ ἀκοὴ ὡς παχυμερεστέρα βεβαίδιον τῆς πληγῆς ἀντιλαμβάνει. id est Serius ictum percipit.

Ἀντιλαμβάνομαι, Prehendo, Apprehendo. Item Manum iniicio. Synes. epist.109, αἱ πλαβόμενοι τῶν πενεστῶν. Plut. De detectu orac. οὐκ ἀφέντας ὀνεῖνον, ἀλλὰ μὴ παρελθόντας πόδιον ἀντιλαμβανόμενον ἡμῶν. ¶ Item Apprehendo, metaphoricè, (inquit Bud.). i. Percipio, Sentio, tam de iis quæ sensibus corporis, quàm de iis quæ animo percipiuntur: vt ἀντιλαμβάνεσθαι πόνου ἀλγήματος, Dolorē percipere, vel sentire, Sensu doloris affici. vel breuius, Dolore affici. Ἀντιλαμβάνομαι (vt scribit Bud.) Percipio sensu corporis. vt à Basilio dicūtur oculi χρωμάτων ἢ σχημάτων ἀντιλαμβάνεσθαι, aures autem ψόφων τε καὶ φωνῶν. Alex. in Probl. ἡ ψυχὴ πλέον ἀντιλαμβάνεται τῶν σωματικῶν παθῶν καὶ τῶν ἀπίκων ἀσθησιν. quæ exempla citat Budæus in Comm. Vbi etiam eadem facit διανοεῖσθαι & πιστεύειν ἀντιλαμβάνεσθαι, Apprehendere animo, & percipere.

Ἀντιλαμβάνομαι, Capesso, Suscipio. vt ἀντιλαμβάνεσθαι φιλοσοφίας, Capessere philosophiam. Sic Dem. καὶ ἔως καιρός ἐστιν ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν πραγμάτων. Apud Plutarchū autem in Romulo, ἀντιλαμβανέ) τῶν πραγμάτων interpretātur Ad res capessendas incumbit. Isocrates, ἐρρωμένως ἀντιλαβώμεθα τῶν πολεμίων. Citatur autem & ex 3 Reg. cap. 9, ἀντιλαμβάνεσθαι θεῶν ἀλλοτρίων, pro Suscipere deos alienos, vel Recipere deos alienos. in illo tamen Demosthenis loco, ἀντιλαμβάνεσθαι, quidam non exponunt, cum Budæo, Capessire, sed Sustinete, vel Fulcite. Quæ significatio tribui posit cōmodius fortasse huic quoque loco Lucæ Act. cap.20, ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων. Vbi tamen & Suscipere quidam interpretati sunt. sicut eiusdem Lucæ Euang. capite 1, ἀντελάβετο παιδὸς, Suscepit puerum. Sunt autem qui velint sumptam esse metaphoram ab iis qui manu porrecta prehendunt, seu retinent alioqui collapsuros. vt sit Prostratum quasi porrecta manu subleuare. Constat certè hoc verbum accipi & pro Opitulari, Ferre opem, Succurrere: vt in hoc Basilii loco apud Budæum, τῆς ἀπουδῆς ὑμῶν ἰῶ ἔχετε πρὸς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς ἀδελφότητος, ad manum adiutricem porrigendam. (quam significationem

cationem habent & ἀντιλαμβάνεσθαι) Citatur verò in ea- A
dem aut simili significatione ἀντιλαμβάνεσθαι cum da-
tiuo, ex argumento in librũ Il. e. quum tamen emenda-
ta exempl. habeãt συλλαμβάνεσθαι. Sed & cum accusati-
uo pro Fulcire, affertur ex hoc Plutarchi loco in Fabio,
ἀντιλαμβανόμενος πολὺν πόλιν καὶ ὑποφείδων. At pro Frui, itidem cum accusatiuo ex eodem αὐτὴ ἑαυτῆς ἀντιλαμβανο-
μένη πολὺ ἀγαθόν. si tamen locus hic mendo vacat. ‖ Ἀντιλαμ
βάνομαι, exponitur ité Teneo in hoc Platonis loco, τοῦδε
πίνου πάλιν ἀντιλαβώμεθα οὐδὲν καὶ ὁποτέρου. ‖ Capitur B
verò & pro Vendico apud Lucianum. & quod modò ci
taui, ἀντιλαμβάνεσθαι φιλοσοφίας, quidam non Capessere
philosophiam, sed vendicare, vertunt. Sic apud Plutar-
chum in Pericle, ἀντιλαμβανομένους Αἰγύπτου quidã reddũt
Ægyptum sibi vendicans. Itidem ἀντιλαμβάνεσθαι σωτη-
ρίας, Salutem vendicare, exponitur: sed malleim, Ca-
pessere ea quæ ad salutem pertinent.

Ἀντιλαμβάνομαι, Corripio, Reprehẽdo; id est ὀνειδι-
βαίνομαι. Plat. in Gorgia, ἐὰν δέ τῳ ὑμῶν μὴ πάνυ δοκῶ ὁ-
μολογεῖν ἐμαυτῷ, χρὴ ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ ἐλέγχειν. Bud. C

Ἀντιλαμβάνομαι, Capio id est Delecto, Persuadeo. Plat. in Phædone, θαυμαστῶς γάρ μου ὁ λόγος ἐστὶ ἀντιλαμ
βάνεται, Mihi hæret in animo, Me adducit. Bud.

Ἀντίληψις, εως, ἡ, Idem quod ἀπιλαβή, Apprehẽsio. Xen. de coma equina, ὁπόσῳ περ ἀναβατικὸς ἄν τις ἀντίληψις ἦ. Metaphoricè verò, itidem vt ἀπιλαβή, Ansa reprehen-
sionis. nam vt Plato dicit (in suo Phædone) πολλὰς ἔχει ἀντι-
λήψεις multas habere ἀντιλαβὰς, sic Plut. Solonis leges habere
dicit multas ἀντιλήψεις. Vbi tamen ἀντιλήψεις alii ma- D
lunt interpretari reprehensiones, vt apud Platonem
in Hippia maiore, ἀμφὶν γὰρ πέμπτερος εἰμι τῶν ἀντιλη-
ψιῶν. Secundum Budæum autem ἀντιλήψις exponi etiã
potest Obiectio disputantis cum altero. vt apud Plato
nem in Phædone, οὐ συγχωρῶ τῷ Σιμμίου ἀντιλήψει. & apud Platonem De def. orac. ὡς ἔχοντα πολλὰς ἀντιλήψεις καὶ ὑποψίας περὶ τοῦ λογίου. Hic verò operæ pretium fue
rit obseruare, Plutarchum copulare ἀντιλήψεις & ὑποψίας, vt à Platone copulantur in loco illo Phædonis ὑπο-
ψίαι & ἀντιλαβαί. E

Ἀντίληψις, quum de sensibus dicitur, est Perceptio. Alexand. in Probl. καὶ παῖς ὁ ἀὴρ δίδωσι τῇ ὄψει καθαρότε-
ραν ἀντίληψιν τῶν αἰσθητῶν σωμάτων. Philo De mundo, σωτη-
ρὸν ἐφθαλμοῖς εἰς τὸν τῶν ὁρατῶν ἀντίληψιν. Est etiam ἀντί-
ληψις, Perceptio rei alicuius quæ fit mẽte & intellectu. Fab. l. 7. c. 5, de qualitate loquens, Partem hanc vocant Hermagorei κατ' ἀντίληψιν, ad intellectum id nomen referẽtes. Latinè (ad verbum translatum non inuenio) Absoluta appellant.

Ἀντίληψις, Opitulatio, Auxilium. Basilius, ἐπιβοησάμε-
θα τὸν ὑμετέραν ἀγάπην εἰς ἀντίληψιν ἡμῶν. Itidem verò apud Paulum in epist. ad Cor. 1, c. 12, sunt qui ἀντιλήψεις hoc in sensu accipiant. Quidam & Subleuationes, alii Adminicula interpretati sunt.

Ἀντίληψις, Præmium, Merces. Bud. ex Damsceno.

Ἀντιληπτικός, ὀν, ὁ, Perceptiu⁹, Ad percipiendum aptus, vel Percipiendi vim habens, Facultate perceptrice præditus. Themistius De anima lib. 2, ἀθάνατος πάντως ἐστὶν ἡ ἀντι-
ληπτικὴ τῶν αἰσθητῶν. Greg. De homine, οὐδὲ γὰρ ἡμῶν πολλάκι-
τες εἰσὶν αἱ ἀντιληπτικαὶ τῶν ὁραμάτων δυνάμεις. G

Ἀντιλήπτωρ, ορος, ὁ, Opitulator, Auxiliator. Ὑπέρασπιστής, βοη-
θός, Hesych. In vsu est potissimùm apud Græcos Biblio
rum interpretes.

Ἀντλεῖν vide cum λαβὼν post composita à λαμβάνω.

c. 2. Συναντιλαμβάνομαι, q. d. Vnà capesso, vel Vnà suscipio. Aut, Vnà incumbo [in rem aliquam.] Accipitur autem pro Adiuuo, seu Opitulor, in libris Testamenti nouiv et Lucæ cap. 10, v. 40, ἐπιστοῦ οὖν αὐτῇ ἵνα μοι συναντιλάβηται. vbi vet. etiam interpres rectè vertit, Vt me adiuuet. E Apud Paulum autem ad Rom. cap. 8, v. 26, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται τῇ ἀσθενείᾳ ἡμῶν, itidem ille vertit Adiuuat infirmitatem nostram, (legens videlicet τῇ ἀσθενείᾳ; quam etiam lectionem ex duobus nostris exemplaribus annotaui) quum aptius esset Opitulatur infirmitati nostræ, seu Auxiliatur. Quidam autem interpr. Vnà subleuat infirmitatem nostram, seu infirmitates nostras. vt dicatur Spiritus

συναντιλαμβάνεσθαι quasi vicissim onus attollere ex al-
tera parte. Itidémque in illo altero loco qui legitur Lu
cæ cap. 10, ἵνα μοι συναντιλάβωνται, interpr. etiam, Vnà
mecum manus admoueat [operi.] vt sit itidem meta-
phora sumpta ab oneribus quæ vtrinque admotis ma-
nibus subleuantur. Sed hæc verbi ἀντιλαμβάνομαι signi
ficatio nullo confirmatur exemplo. HINC Συναντι-
λήψις apud Aretham, Opitulatio, Auxilium.

C. Ἀπολαμβάνω, Recipio. Item Recupero. vt ἀπολαμβάνω
τὸν τῶδε σοῦ, apud Æschinem. Plato Pol. 1, φίλοι δὲ ὧν,
ὅ, τι ἀπολαμβάνων κ. ὁ ἀποδιδοὺς; Qui recipit & qui reddit.
Sic dicitur χάριν ἀπολαμβάνειν, item ἀντιλαμβάνω pro
eodem, à Demosthene: ad verbum Gratiam recipio
pro Gratia mihi rependitur. Sic apud Æschinem, ἀπο-
λαβεῖν παρ' αὐτοῦ τὸν λόγον, ad verbum Recipite ab eo ra-
tionem. sed rectius, Ille reddat vobis rationem. Nam
sunt correlatiua ἀπολαμβάνειν & ἀποδίδοναι, vt videm⁹
in proximè præcedente Platonis loco. Et dicunt
Græci ἀποδίδοναι λόγον, eodem planè modo quo Lati-
ni Reddere rationem: sed non vicissim Latini Reci-
pere rationem, (sicut Græci ἀπολαμβάνειν λόγον) sed Exi-
gere rationem. Xenoph. Pæd. 3, λέξον μοι ὅσου ἂν ὠφελοῖο
ἔστι τίνα γυναῖκα ἀπολαβεῖν. vbi ἀπολαβεῖν est Recipere
vel Recuperare. Isocrates quoque in oratione De
pace ἀπολαμβάνειν (sicut & κομίζεσθαι) vsurpat pro Recu-
perare.

Ἀπολαμβάνω, Seorsum capio. Excipio, Excerpo. Pla-
to in Hippia minore, καὶ ἀπολαμβάνων ὁ ἂν δυνηθῇ τοὺς
τῶν λόγων ὀνόματα ἔχει. Item Seorsum duco, Seduco. vt quum
aliquem volumus à turba seducere, vt seorsum illũ con
uenimus. Gallicus sermo omnino genus hoc loquen-
di retinet. dicimus enim, Ie l'ay pris a part, & luy ay parlé.
id est ad verbum, Seorsum accepi illum, & illi sum col-
loquutus: Græcè ἀπέλαβον αὐτὸν, καὶ αὐτῷ διελέχθην.
Vtitur autem Philostratus verbo ἀπολαμβάνω hac
in significatione. Marcus capite 7, vsus est & ipse
hoc modo, sed cum adiectione. ita enim scribit, ἀπο-
λαβόμενος αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄχλου κατ' ἰδίαν.

Ἀπολαμβάνω, Intercludo, Intercipio, Cohibeo, in-
quit Bud. Aristot. in Probl. sect. 2, ὡς δὲ ὑπὸ τῆς χειρὸς
οὕτω καὶ ὑπὸ τοῦ πνεύματος ὅς, ἀπολαμβάνει τὸ ὕδωρ εἰς ὦμ-
πρ, ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ, καὶ πάλιν ὅταν τοῦ κύτους ἀπολαμβάνει
τὸ ὕπνος. Iosephus apud Suidam, δοξάσας ἀπολαμβάνει
τινὰ ἐν κοίλῳ χωρίῳ, ἢ πάντας κτείνει. Idẽ, τὸ δὲ χωρίον ἀμφο-
τέρωθεν ὀρεινὸν ὑπῆν, ἀπολαβὼν εἰς αὐτὸ τὴν Ῥωμαίων ὑποστρα-
τιὰν ἔκτεινε. Alius innominatus scriptor apud eun-
dẽ Suidã ἀπολαβὼν vsurpauit pro ἐναπολείπειν, (ipso
Suida teste) ita scribens, οἱ δὲ τὴν γραῦν παῖς αὐλῶν γενεὶς ἢ
δυναμένοις ἀπολαβὼν, εἰς ὄμμα χαλκῇ λίθῳ ἀφῆκε καὶ ἀπέκτει-
νεν. Alia plurima ex Diodoro Siculo possent afferri
exempla huius generis. est enim illi familiare verbum
hoc in similibus rebus. Plutar. in Romulo, τὴν αἰσθησιν
ἀπολαβεῖν αὐτοῦ, Eius respirationem intercluisse.

Ἀπολαμβάνω pro simplici λαμβάνω, Capio, Accipio, aut pro Deprehẽdo. vt ἀπολαμβάνειν τὸν ὅρκον apud Demosthenem Pro corona, exponitur Iusiurandum accipere. Apud Thucydidem autem lib. 5, ἀπολαβεῖν μεμονω
μένους, Se deprehensurum esse.

Ἀπολαμβάνω, teste Budæo, Excipio, Prosequor, in hoc Plutarchi loco in Dione, καὶ τὸν ξένον ἀπολαμβά-
νων μεθοῖς. Sed quid si ἀνελαμβάνων ibi legendum sit?

P. Ἀπολαμβάνομαι, Recipior, Recuperor. ‖ Item Seorsum capior, Excerpor. ‖ Frequentius autem pro Intercludor, Circumcludor, Intercipior. Xenophon, ἀνάγκη δοῦ-
λοι μὲν ὅσοι τῶν βαρβάρων ἵππων ἀλίσκεσθαι, τοὺς δὲ δι' ἀμ-
αξιαίας ἀπολαμβάνεσθαι. Aristoteles, ἀπολαμβανόμενον γὰρ ἀ-
θρόον τὸ ὑγρὸν, ὅταν αὐξηθῇ τὸ πῆδημα, ἀλίσκεται ξηρόν. Sic ἀπολη-
μμένος ἐν στενῷ ἰσθμῷ, Angustiis Isthmi circumclusus. Et ἀπολῃφθέντες πανταχόθεν, Vndique circumclusi, vel circumuenti. Sic etiam ἀπιλημμένοι ἐν μέσῳ. Et per metaphoram, ἀπιλημμένος εἰς ἀπορίαν. In consilii inopiam inclusus. tanquam videlicet in loci alicuius angustias. Latini dicunt Redactus in angustias, item Redactus ad consilii inopiam.

Ἀπολαμβάνομαι, Deprehendor. Thuc. l. 6, ἵνα, λῷ που ὑπὸ ἀπορίας, ἀπολαμβανώμεθα, ἔχει ἡ γραφὴ τὸ ὀπτικόν. vbi

scholiastes exponit κρατηθῶμεν. A

Ἀπολαμβάνομαι in actiua significatione, & pro Apprehendo apud Lucianum in dialogo Neptuni & Nereidum, ἀκρατὴς ἐγένετο τοῦ κρατοῦντος τοῦ κρείττονος, ὧν τίως ἀπέλαμπτο, καὶ κατέπεσεν ἐς τὸ πέλαγος. Sed fortasse pro ἀπέλαμπτο legendum est ἐπέλαμπτο. nam verbum ἐπιλαμβάνομαι passiuè etiam vsurpatur pro Apprehendo.

Ἀπόληψις, εως, ἡ, Verbale nomen, Receptio, Recuperatio. ‖ Item, Exceptio, Excerptio. ‖ Præterea intercluſio, Interceptio. Aristoteles, πῶς δὲ ἀπόληψιν τὴν ἂν ἀμφοῖν τέρον λέγοι τις ἢ καθάπερ ἐν τοῖς πυκνοτέροις; quod alibi ἐμφείληψιν B vocat, vt docet Bud.

c. 2. Ἀνταπολαμβάνω, Vicissim accipio. sicut & ἀντιλαμβάνω. nam vt dicitur ἀντιλαμβάνειν χάριν. sic & ἀνταπολαμβάνειν χάριν legitur apud Demosth. pro Vicissim accipere beneficium.

c. 2. Ἐναπολαμβάνω, Intercipio, Intercludo. vt apud Philonem De vita Mosis l. 3, ὅτε καὶ τὴν ἡμισφαιρίων ἑκάτερον δίχα τέμνων τὸν ζωοφόρον ἐξ ἐναπολαμβάνει ζώδιον. vbi Turnebus vertit Intercludit. A Budæo exponitur etiam ἐναπο-
κλείω, id est Includo, pag. 558. VBI Ἐναπόληψις e- C
tiam affertur ex Theophrasto pro Interclusio, Cohibitio, Conclusio.

C. Διαλαμβάνω, Diuisim & sigillatim accipio, vt exponit Budæus, afferens ex Aristotele, De part. animalium l. 2, τὰ μὲν οὖν ὁμοιομερῆ κατὰ μέρος διέλαβε τὰ δ' ὁμοιόμερα τὰ τοι αὐτὰ τὸ μὲν ὀστῶδες μαλακὸν, τὸ δὲ ξηρὸν, τὸ δὲ γλίσχρον, τὸ δὲ κραῦρον. Cuius significationis (à qua alioqui incipiẽdum putaui) in Comment. suis non meminit, quod sciam: sed huc referri potest, vel debet potius, quod ibi affert ex D Demosthene, οἱ μὲν ἐν τῷ Πειραιεῖ διελάμβανον κατ' ὀβολὸν τὰς ἄρτους. vt videlicet διελάμβανον τὰς ἄρτους sit Sigillatim panes accipiebant, vel Singuli singulas partes accipiebant. Ipse tamen Bud. ibi, videlicet pag. 561, exponit Ad mensuram accipere. ‖ Διαλαμβάνω, Intercipio. Polybius, ὁ δὲ διέλαβε τὰς ὁδοὺς φυλακῆς, vias obsedit, & intercepit transitus stationariis militibus. Bud. p. 561.

‖ Διαλαμβάνω, non solùm Intercipio interpr. idem Bud. pag. 559, & Interſepio, Diſpeſco, sed etiam Dirimo, Diduco, Distinguo. Affértque cum alia, tum hæc ex Plat. E Sympofio, πεκαίρομαι δὲ καὶ ὡς κατακλίνη ἐν μέσῳ ἐμοῦ τε καὶ σοῦ, ἵνα ἡμᾶς διαλάβῃ, id est (inquit) Dirimat, Disgreget, Diducat. Vide ibidem & alia significationum illarũ exẽpla: quib⁹ addi hoc potest ex Isocrate, videlicet pro Dirimo, Separo: αἱ γὰρ πολιτεῖαι δι' ὧν οἰκοῦσι τὰς πόλεις [οἱ Ἕλληνες.] οὕτω πολὺ πλείους αὐτῶν διειλήφασι. Et ex Aristot. De mirac. τοῦτ' τὸν πορθμὸν τὸν διαλαμβάνοντα τὴν Σικελίαν, Dirimentem, Disterminãtẽ. Atque vt διέλαβε φυλακῆς in illo Pol. loco habetur, sic Aristot. verbo passiuo vtẽs dixit, Pol. 7, δεῖ δὲ τὰ τείχη διειλῆφθαι φυλακτηρίοις καὶ πύρ-
γοις καὶ πίπτοις ὀπτικοῖς, (vbi τείχη διειλῆφθαι πύργοις sunt et am qui vertant Interiectis turribus munita esse) Ibidem, τοῦ τῆς οἰκουμένης, id est de orbe terrarum, dixit, διείληφεν τοῖς ἔθνεσι, Discretus est, Distinctus, Diuisus.

‖ In v. lex. ex Dioscoride libro 3, διειλημμένος γένασι vno verbo Geniculatus, pro Geniculis distinctus, seu Interſeptus, vt alii interpr. Huc pertinet διειλημμένοι λεμῶνες ἐνοικοῦσι & διειλημμένος πολὺς ὀδοῖς λόγος apud Lucianum. Affertur & ex Xenoph. διειλημμένοι τὸ βάρος pro διειλημ-
μένον ἔχοντες τὸ βάρος, Distinctum onus habentes, seu diuisum. G

‖ Μεταμβάνω, pro Interpello, & velut Interrumpo, βραχύ τι, profert Bud. in Lexico ex hoc Aristotelis loco. Probl. segm. 5, cap. 1, ὃν δὲ τῶν ὁμαλόνων ἡ ὁμοιότης τῶν σχημάτων ὡ διαλαμβάνει, οὐδὲ αἱ ἁπαυῶν τῶν μέρη, δηλαδὴ σωματοχίζοντων τῶν τὸ σωεχῆ εἶ) πῶς κίνησιν. id est Non interpellat motum ambulantis. ‖ Διαλαμβάνω interdum contrà pro Comprehendo, Complector. vt tradit B. afferens ex Aristot. De mũdo, καὶ μιᾷ διαλαβοῦσα σφαί-
ρᾳ ὁπόσα ἐστὶν σύμπαντα κόσμον. Sic autem vti & Platonem scribit. Et apud Theophr. ὡς ὅλῃ τὸ πᾶν διαλαβεῖν H vertit In vniuersum & collectim explicare Summario tractu complecti. Vult etiam accipi pro Cogere, id est Congregare, in hoc Aristotelis loco, Politicῶν 2, εἰώθασι δὲ διαλαβόντες τὸν δῆμον καὶ τοὺς φίλους μοναρχίαν ποιεῖν καὶ τυραννίζειν. (vbi tamen aliter potius exponendum hoc verbum censuerim) Itidem pro

Constringere & pro Coagmentare ex Basilio ad Euno
mium affert. Iam verò & Occupare vertit (quæ signi
ficatio aliquam cum proximè præcedentibus affini-
tatem habet) in isto loco qui legitur apud Suidam, ὁ
δὲ διαλαβὼν τοὺς ὁδοὺς τοῦς φυλακῆς. quũ tamen ipsemet
Comm. pag. 561 in planè similibus Polybii locis ver-
tat διαλαβεῖν Intercipere. sed videtur voluisse expositio
nem Suidæ interpretari, qui διαλαβὼν significare ait
φυλακαπαστῶν. Apud Herodianum tamen Politianus
quoque διαλαμβάνειν reddidit verbo isto Occupare, sic
ut & verbo Comprehendere. ‖ Διαλαμβάνω, pro
διορίζω, vide in aduerbio Διαλημμένως. ‖ Διαλαμβάνω,
Administro, Rego. Bud. ex Plat. in Politico.

Διαλαμβάνω, ad animum refertur aliquando, vel po
tius sæpe: & significat alicubi quidem Concipio, seu Cõ
cipio animo: (cuius significationis exemplum Budæus
affert ex Aristotele) alicubi verò Diiudico, Existimo,
Statuo (id est Censeo) item Constituo. quibus accipi
modis à Polybio docet Budæus pagina 561. Sed pro
Constituo affert pagina 560. (Alibi autem annotat διαλ-
αμβάνω non solùm pro Existimo, sed & pro Suspicor,
ex Maccab. libro 2, cap 5, sicut & ὑπόληψις pro Suspicio)
Denique & pro Consilium agito, Consulto, ex eodem
Polybio. At verò pro Discepto, Disputo, Tracto,
Commentor: (vt Latinè Discepto, quod ad verbum è
Græco ductum esse videtur) ex Platone, Aristotele, atq;
aliis habes pag. 560. A Luciano certè ponitur & pro
Differo: à Synesio autem & pro Edissero, seu potius Ex
pono, Explico, aut Percenseo: vbi scribit, ὡδὶ τοῦ ἐγ-
κωμίου ἀ διέλαβα. Quod verò attinet ad vnam ex il-
lis signif. quarum exempla ex solo Polybio affert Bud.
videlicet eam qua pro Consilium agito, seu Consulto,
ponitur, videtur certè ea & in Philippi epistola haberi,
in his videlicet verbis, quæ sunt illi⁹ clausula, ὡς δὲ τοῦτ'
παρέχοντων, καὶ διὰ τοῦ ἐμοῦ δικαίου μᾶλλον ἢ δὴ τῆς τοιαύ-
τας ὀπτῆρ ἐμοῦ, καὶ καθόσον ἂν δοκῶσι κακοπιστοῦντες,
ὑμᾶς ἀμῶν ὑμᾶς μὴ τὸ δίκαιον, καὶ μάρτυρας τοὺς θεοὺς ποιησά-
μενος διαλήψομαι τοῦτο τὸ καθ' ὑμᾶς. vt sit hic sensus, Consi
lium agitabo, vel inibo, de rebus vestris. id est quomo-
do me in vestris rebus gerere debeam. pro Erga vos. vt
hodie Galliæ rex in re simili ita loqueretur, I'auiseray com
ment i'auray à me porter enuers uous, vel comment ie me deueray
porter. At qui διαλήψομαι τοῦτο τὸ καθ' ὑμᾶς vertit Ius meũ
à vobis consequi studebo, iniuriam huic verbo διαλήψο-
μαι facit, atque adeo vim illi affert.

Διαλημμένως, aduerbium ex præt. διείλημμαι factum, pro Distinctè, seu Diuisè, aut Diuisim. Item Præcisè, seu Præcisa formula. Xen. à διαλαμβάνω significate διορίζω, vt sit idem quod διωρισμένως. Vide Bud p. 561.

Διάληψις, εως, ἡ, Interceptio, Interceptedo. Bud. 559 ex Ari F
stotele Quod si itidem pro intercapedine fumi dica-
mus in hoc Polybii loco, Ῥωμαῖοι οὐκ ἐν καταφορᾷ ἀλλ'
ἐν διαλήψεως χρόνῳ τοὺς μοχλεύσας, non malè fortasse
reddemus hæc duo aduerbia Cafim & Punctim. ‖ Διά-
ληψις eidẽ Polyb. (vt Bud. tradit) est Disceptatio & ratioci
natio quæ fit inter deliberandum de re aliqua. Et, Quod
quis ex animi sui sententia faciendum sibi instituit. seu
Quod quis iudicat sibi suscipiendum & inceptandum.
Item Propositum, Consilium. Alicubi & Conatus, In-
ceptum. Sed quod ad illam disceptationis significa-
tionem attinet latius etiam patet apud eundem Poly
bium διάληψις. est enim non solùm Disceptatio & Ra-
tiocinatio, ac Disputatio: sed etiam Explicatio rei quæ
tractatur, Commentatio, vt scribentis commentarios.
Harum autem omnium significationum ex Polybio
petita exempla vide apud eundem Budæum, partim p.
559, partim pag. 560. Quinetiam pag. 561 afferi διάληψιν
πεποιῆσθαι ex eodem pro διαλαμβάνειν: id est Statuere, Cen
sere. Et τοῦ ἐναντίου ἔχει διάληψιν pro Contrarium ha-
bebat iudicium, vel Contrariam habebat opinio-
nem.

C. Ἐκλαβάω, Percipio. Isocr. in epist. ad Iaf. liberos, ἐλπί-
ζοιμι δὲ ἔσον ἀγαθοῖ ὄντι ἐν αὐτοῖς, τὸν μὲν ἐκλήψεσθαι. ‖ Ex
Philone autem affertur pro Recipio, vel potius Accipio, aut Mutuor, in libro De mundo, οἱ παρ' ἑκατέρων ἐκ-
λαβόντες. ‖ Ἐκλαμβάνω, Excipio, apud medicos, Me-

dicamenta cōtuso aliquo humore diluta colligo. quod & ἀναλαμβάνω. Bud. ex Dioscoride. ‖ Ἐκλαμβάνω pro Excipio, id est Interpretor, Intelligo. Greg. ὥσπερ οὐρανὸν καὶ γῆν κακῶς τινὲς ἐξειλήφασιν, αἰνίττεσθαι τὰ τοῦ θεοῦ σέβοντες. Affert verò & alia exempla significationis huius Bud. pagina 363. Quibus addo ex Plutarcho in Pericle, in fine pag. secūdæ à principio, (edit. Aldinæ) ἐκώλυε δ' οὐδὲν οἶμαι καὶ τὸν φυσικὸν ὀπτυσχαίνειν, καὶ τὸν μάγειρον, τὸ μὴ, πῶς αἰτίαν, τὸ δὲ τὸ τέλος καλῶς ἐκλαμβάνοντες. Eodem sensu & Gall. dicimus, *Vous le prenez bien*, vel *vous le prenez mal*.

B Ἔκληψις, εως, ἡ, Perceptio. Item, Exceptio, sequendo vtranque verbi Excipio significationem datam πρὸς ἐκλαμβάνω.

C. Ἐπιλαμβάνω, Insuper accipio, Assumo. Appian. ἔτος τε τὸν Ῥωμαίοις πρὸς θεῶν τὰ πρὸς θεῶν ὀνόματα ἐπιλαμβάνει. Hic enim ἐπιλαμβάνειν esse puto Insuper accipere, Assumere, id est προσλαμβάνειν: licet Budæus exponat simpliciter Accipere, tanquam videlicet positum pro simplici λαμβάνειν. ‖ Ἐπιλαμβάνω pro Extremum capio, Extremum sumo. oppositum τοῦ προσλαμβάνω. Dioscor. de raphano, δεῖ δὲ αὐτὸν ἐπιλαμβάνειν, μᾶλλον συνεσχοῦσαν τὴν ἀνάδοσιν, oportet eam accipere post cæteros cibos, quasi dicas λαμβάνειν ἐπὶ τοῖς ἄλλοις σιτίοις, (sed obiter observa λαμβάνειν in hoc composito significare comesse, sicut & Gall. *Prendre* interdum id sonat) ‖ Ἐπιλαμβάνω, Excipio. eo sensu quo dicitur ver excipere hyemem, autumnus æstatem. Vnde exponitur & Succedo. Basilius Libanio, πάρεστι γὰρ τοῖς οἴκοις κτήματα, μέγιστα ἐπιλαβὼν τὸ ἔαρ. Theophr. De causis plant. 3, ὅπως μὴ ἐπιλαβόντος τοῦ ὕδατος ὁ ἥλιος ἐπιλαβὼν ἐρισβάσῃ. Sed rursus sine casu apud Gregorium, ἕως ὁ τῆς ἐλευθερίας ἐπιλάβοι καιρὸς, Succedat, Sequatur. Bud. ‖ Ἐπιλαμβάνω, Corripio, Inuado, Manum iniicio. Thucyd. lib. 2, de peste loquens, δὶς γὰρ τὸν αὐτὸν οὐκ ἔστι καὶ κτείνειν οὐκ ἐπιλαμβάνει. quod exemplū adde iis quæ afferuntur à Bud. p. 555, vbi exponit & Opprimo. ‖ Ἐπιλαμβάνω, Occupo. Synes. epist. 91, πολλάκις εἰς τὸ συνεῖναί μοι, πολὺ καὶ τῆς νυκτὸς μέρος ἐπιλαμβάνοντι. ‖ Ἐπιλαμβάνω, Attingo. Thuc. lib. 4, pag. 164, ἐπὶ δὲ Χρυσὶς τὸ πολέμου τόδε ἐπέλαβεν ὀκτώ. καὶ ἔνι ἀπὸ μέσου. At Budæus pro hac significatione affert tantùm exempla constructionis cum genitiuo, ex Aristotele. Sed ἐπέλαβε impersonaliter etiam poni ostendit à Pausania pro Contigit, sicut & κατέλαβε. ‖ Ἐπιλαμβάνω, Retineo, Sisto. vt apud Gregorium, πῶς δεῖ τοῦ δακτύλου τὸν ἐπιλαμβάνοντα τὸ αὐλοῦ πνεῦμα, digito admoto spiritum tibiæ retinentibus. Demosth. σὺ δὲ ἐπιλαβὲ τὸ ὕδωρ, Siste aquam fluentem. Interdum etiam Reuoco, in ea significatione qua dicimus Reuocare lectorē. Plato in Phædro, οὐ γὰρ οἶδα ὅπῃ λόγον ἀκούων ἐκεῖνος, οὐ μόνον ἀπαλλὴ ἤκουσεν, ἀλλὰ καὶ πολλάκις ἐπιλαμβανων, ἐκέλευε, εἰ λέγοι. Denique & pro Obstruo. Obturo. Aristoph. πλὴν ῥῖν' ἐπιλαβοῦσα. Sic πρὸς μυκτῆρας ἐπιλαμβάνειν, Gal. Apud Aristot. autem ἐπιλαβὼν τὸν αὐλὸν.

Ἐπιλαμβάνεσθαι, passiua signif. pro Extremum sumi, id est comedi, vide apud B. p. 556.

Ἐπιλαμβάνεσθαι actiua sign. Prehendere, Apprehendere, Comprehendere. Xenoph. ὅπως ἂν ἀποκτείνοιεν καὶ μὴ ἔχοι ἀνιπλαβεῖν ἢ χειρὶ ἐπιλαβοῦσθαι. Atque vt hic manus ἐπιλαμβάνεσθαι, sic dicimur ἐπιλαμβάνεσθαι τῇ χειρὶ: quo vsus est & Demost. sed omittitur frequentius hic dativus, qui est veluti casus instrumēti: potiusque additur genitiuus rei quam apprehendimus. vnde dicitur etiā ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς χειρὸς, vt habes epist. ad Hebr. cap. 8, ex Græcis Bibl. interpr. Sic apud Æschinē in Ctesiph. ἀπαξενεγκεῖν τὸ δεσμωτήριον ἐπιλαβόμενος τοῦ τείχους. Et Lucian. ἐπειλημμένος τῆς χλανίδος. (In alia autem apprehendendi significatione 1 ad Timoth. cap. 6, v. 12, ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς. vbi fortasse reddi possit Capesse) Aliquando verò exponitur Manum seu manus iniicio. vt exponi potest & in hoc loco Act. cap. 16, ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν (vbi etiam animaduerte poni accusat.) Quum manus iniecissent in eos. quod est significantius quàm Quum prehendissent. Item pro Manus iniicio, ea etiam significatione qua dicitur Manum iniicere in bona alicuius. Vnde & Vindico exponitur à Budæo, in hoc Platonis loco, μὴ ἐξεστω ποιοῦντι κτήματος ἐπιλαβέσθαι. ‖ Item, Occupo apud Plutar. in Othone, ἐπιλαμβάνοντο τοῦ αἵματος. ‖ Ἐπιλαμβάνομαι, Prehensum retineo, seu simpliciter Retineo, ex Luciano. ‖ Ἐπιλαμβάνομαι, Deprehendo. vt quidem apud Plut. in Public. ἐπιλαβόμενος τοῦ γραμματέως exponitur Qui deprehendit literas. At Bud. interpr. Incautum opprimere & imparatum aggredi, (quæ multo sunt significantiora quàm Deprehendere hominem, & paulum etiam ab illo diuersa) in isto Aristotelis loco, ἐπιλαβόμενος γὰρ σφαλόντων τοῦ γεωρίμου ὁ δῆμος. ‖ Ἐπιλαμβάνομαι, Reprehendo, Obiurgo, Corripio, Emēdo. Bud. pag. 555 ex Xenoph. & Platone. Sed in his verbis ἐπιλαμβανεσθαι γὰρ τῆς εὐνοίας τὸ σιωπᾶν, (quæ sunt Demosthenis) ἐπιλαμβάνεσθαι quidam non interpr. Reprehendebat, sed Remordebat. ‖ Ἐπιλαμβάνομαι, Cap. o. item Capesso. vt ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν τάσεως ex Herodoto pro Capiare occasionem. & ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ ἔργου, Capessere opus. in v. lex. (Sic autem fortasse in illo loco epist. 1 ad Timoth. ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς commodè quis reddiderit Capesse vitā æternam, id est Capesse ea quæ ad vitam æternam deducere possunt) In isdem affertur etiam ἐπιλαμβάνεσθαι τῆς ἐκείνου μανίας, ex Plutarcho in Fab. pro Insaniæ illius occurrere. Sed quidā interpr. Illius insaniam reprimere, & coercere. ‖ Ἐπιλαμβάνομαι, pro Suscipio, ex Ecclesiastici cap. 4, ἐπιλαμβάνεται τοῦ ζυγοῦ αὐτοῦ. Item Assumo, vt redditur in epist. ad Hebr. cap. 2 v. 16.

Ἐπίληψις, εως, ἡ, Prehensio, vel Apprehensio. Item Inuasio, Manus iniectio, Vendicatio. vt B. exp. in hoc Plat. loco De leg. l. 12, ἐὰν δὲ ἐν δημοσίᾳ κτήσει μηδεμίαν ἔναι προσποιήσεις τῆς ἐπιλήψεως. ‖ Affertur autem & pro morbo qui ἐπίληψια dicitur, ex Aristot. Probl.

Ἐπίληψια, Inuasio. Videtur enim hoc nomen, quum restringitur ad significationem morbi, qui & seruato nomine Græco dicitur epilepsia, includam tamen simul inuasionis significationem habere: & quidem eo sensu quo & Thucydides pestem dixit ἐπιλαμβάνειν (vt paulo antè docui) id est vel Inuadere, vel Corripere. (sed ab hoc non habemus itidem verbale) ita vt huius morbi inuasio, κατ' ἐξοχὴν, vt ita dicam, sic ap pelletur sine adiectione. Quanquam siquis malit ἐπίληψιν appellatum eum morbum ab eo verbo ἐπιλαμβάνειν vsu quo potitur pro Retinere, vel potius quo ponitur pro Sistere, non valde repugnarim: vt videlicet ita vocetur à sistendis sensuum actionibus. Apud Gal. & alios multis in locis de hoc morbo tractantes, nihil de huius appellationis origine inuenioat verò Trallianus postquā de iis qui morbo isto correpti sunt, dixit, eos nec audire, nec videre, nec intelligere sed omnium sensuum facultate destitutos iacere, nihil differentes à mortuis, subiūgit, ὅμοιόν τι καὶ ἐπίληψιν πάσχουσι, ὅμοιόν τι ἐπιλαμβανόμενοι καὶ κεφαλῆς αὐτῆς τοῦ ἀνθρώπου. sed hic ego reponere non dubitarim ἐπιλαμβάνεσθαι pro ἐπιλαμβάνεσθαι, vt videlicet καὶ κεφαλῆς perinde sit ac si diceret τοῦ ἔχει κεφαλῆς. Ἐπιληψία (inquit Gorraeus) Comitialis morbus. Est conuulsio totius corporis non perpetua, cum mentis & sensuum oblæsione. Eam molestæ rei sensus inuehit & cerebro noxiæ tum quantitate tū quali. ate. Quantitas quidem cerebro grauis est, eiusq; vim expulsricem excitat: consistitque in humore vel pituitoso vel melancholico, sed ferè semper frigido, crasso & viscoso. Quem tamen non adeo multum esse oportet vt penitus obstruat, vimque ipsius cerebri exuperet: alioqui non ἐπίληψιν, sed ἀποπληξίαν potius parere: sed quantitate mediocrem, vt ad eius depulsionem quam natura totius corporis concussu molitur, cerebro vires adhuc suppetant. Qualitas verò maligna & venenata, & virtuti animali infesta est, siue à veneno sūpto, siue ab vlcere cacoethe cerebri vel subiectarum partium, siue ab alia affectione, vt ventriculi cruditate & largo meri potu, proficiscatur. Itaque vbi eorum aliquid in cerebro præter naturam fuerit, ipsum mouendi sentiendique principium in sese recurrit & contrahitur, atque ita totius corporis conuulsionem inducit. quinetiam eam à se amoliri contendit, crebra & inæquali cerebri totiusque corporis concussione. Apparent enim manifestò in eo morbo hæc duo symptomata, conuulsio concussióque tanta vt spumam etiam eliciat. Valido enim motu humor qui in cerebro continetur exagitatus, non aliter quàm oui candidum spumam creat. Et multis interiectis, Est enim hoc præcipuum inter ἀποπληξίαν & ἐπίληψίαν discrimen, quod & inter paralysin tremorémque esse animaduertitur. In hoc enim tremor epilepsiæ quodammodo similis est, sicut paralysis apoplexiæ. Ergo vt tremoris causa non est obstructio, sed superfluus tantùm humor naturæ grauis, & grauitate duntaxat, non etiam obstructione, sicut in paralysi motum conatúsque naturæ impedientes: ita in epilepsia iudicare licet, humorem qui copia sua cerebro nocet, non ea ratione epilepsiam aliáque eius symptomata excitare, quòd obstruat, sed tantùm quòd grauis & molestus cerebro existat: eóque fieri vt inde concitata facultas animalis in suū principium se recipiat, quò tota in eius depulsionem postea incumbat. &c. Aliquanto pòst, Morbus hic vniuersalis quidem, diuturnus est, vt qui à pueritia maximè incipiens, (qua de causa, opinor, Hippocrates libro De aere locis & aquis, πάθος παιδίων appellauit) ferè semper consenescat: particularibus verò accessionibus, inter acutos qui sine febre sunt, à Galeno numeratur. Eūdem morbum veteres νόσον μεγάλην & ἡρακλείαν, necnon ἱερὰν vocarunt, iis nominibus eius magnitudinem designantes. Latini comitialem dixerunt, quòd in comitiis & hominum frequentia maximè inuadat. Hactenus ille. Sed huius appellationis qua ἱερὰ νόσος dicebatur, afferuntur & aliæ rationes ab Aretæo, vt coniecturæ tamen: Trallianus verò ἱερὰν νόσον nominatum fuisse scribit hunc morbum, διὰ τὸ ἱερὸν καὶ ἅγιον εἶναι τὸν ἐγκέφαλον. HINC Ἐπίληπτος & Ἐπιληπτίζω, de quibus infrà.

Ἐπιληψία, Retentio, Obstructio, Obthuratio. A Budæo exponitur Retentio & Obthuratio, afferente ex Aristotele in Probl. segm. 2, ὥσπερ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπὸ τῶν κλεψύδρων, ὅταν πληρεῖς οὖσαι ἐπιλάβῃ τις· ὅταν δὲ ἐξέλθῃ τὸ πνεῦμα κατὰ μικρὸν, πολὺ γίνεται ὁ ἰδρώς, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἐπιληψίᾳ ἀθροισθῆναι καὶ μικρόν. id est, (inquit) In retētione spiritus: Quū sistitur spiritus. Sed fortasse potius credendum est Aristot. scripsisse ἐπιλήψει.

Ἐπιλήψιμος, ου, ὁ & ἡ, (q. d. Reprehēsibilis) Reprehensione dignus. Cui opponitur ἀνεπίληπτος. ‖ Item ἐπιλήψιμον, Quod reprehensionē meretur, Id cuius causa reprehendendus est aliquis, vt exponitur in isto Hermog. loco, καὶ μὴ ἐπιλήψιμον εἶναι τοῦ λέγοντος. ‖ Ineptum est autem & planè absurdum quod in v. l. annotatur ex Eustathio, videlicet ἐπιλήψιμον μέτρον, quasi caducum & interceptum, vocari versum qui vnā sui partem in fine seruat, alterā proximo subiūgit, vt in hoc Simonidis epigr. Ἡ μὴν Ἀθηναίοισι φόως ἠμὲν θ' ἱππικὸν Ἀρεστογείτων Ἵππαρχον κτείνε καὶ Ἁρμόδιον. Ineptè inquā hoc annotatur in v. l videlicet huiusmodi carmina vocari ἐπιλήψιμα. quum enim Eustathius dicit ἐπιλήψιμά ὅτι, non id intelligit, sed ea reprehensione esse digna, seu reprehensionem mereri. Præterea non dicit Eustathius, Versum qui vnā sui partem in fine seruat, alteram proximo subiūgit, sed Qui partem extremi vocabuli sibi seruat, alteram sequenti largitur. Sed ipsa eius verba subiungam, ex Comment. in lib. Ξ Iliadis, pag 984, circa principium. Quum igitur dixisset, ἰστέον γὰρ ὅτι καὶ τοῖς παλαιοῖς πᾶν μέτρον εἰς πλείονα διαιρεῖσθαι λέξιν, subiungit, τὰ δὲ μὴ ἔχοντα οὕτω, ἀλλὰ μέρος μόνον τῆς τελευταίας λέξεως τοῦ τετάρτου στίχου ἀφιέντα, τὰ δὲ λοιπὰ τοῦ ἑπομένου στίχου μερίζοντα, ἐπιληψίμα εἰσιν. ὅτιοι φασὶ ποιῆσαι τὸν Σιμωνίδου ὀνείρατος. &c. Vbi Eustathium minimè de versibus caducis aut comitiali morbo laborantibus cogitasse, cuilibet, præterquam illi qui hoc in vulg. l. annotauit, manifestum fore puto.

Ἐπίληπτος, ε, ὁ & ἡ, (itidem vt proximè præcedens ἐπιλήψιμος) Reprehensione dignus, vel Qui reprehendi potest Reprehensioni obnoxius. Sed COMP. Ἀνεπίληπτος vsitatius, quod contrariam significationem habet, videlicet pro Qui reprehendi non potest, Reprehensioni non obnoxius, In quem non cadit reprehensio. Vno etiam verbo Irreprehensus, pro Irreprehensibilis. Dicitur & Inculpatus. Plutarchus in Pericle, αὐθρῶν πάντα τὰ ἴσως οὐκ ἀνεπίληπτα, φρόνημα δ' ὀλιγαρχικὸν ἔχοντα καὶ ψυχὴν φιλόπολιν, &c. Dicitur etiam ἀνεπίληπτος τὸν βίον, item ἀνεπίληπτος τοῖς ἤθεσι. Apud Thucydidem autem libro 5, p. 170, circa finē, κἂν αὐτὸς τοῖς ἐχθροῖς ἀνεπίληπτος εἶ) schol. exponit, μὴ παρόντων κατηγορείας ἀφορμὴν, id est crimina tionis materiam non præbiturus. HINC Ἀνεπιλήπτως, Irreprehensè, Inculpatè, Citra reprehensionem, Ita vt quis reprehensionem non mereatur. Philo, οὐ μόνον ἀνεπιλήπτως, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἐπαινετῶς ἤρξε.

Ἐπίληπτος, Correptus à dæmone, Bud. ex Greg.

Ἐπίληπτος, Correptus epilepsia, Laborans epilepsia, id est comitiali morbo. Qui & Comitialis homo, Plin. (Caducus autem Firmico, vt quidam annot.) Aristot. ἄνθρωπος τοῦ ζῴων ἢ μόνον ἢ μάλιστα ἐπίληπτον ἐν τῇ νεότητί γίνεται. HINC Ἐπιληπτίζω, Comitiali morbo laboro, quo vti Plutarchum tradit Budæus, locum tamen non afferens. Intellexisse autem puto de hoc (nisi & alibi vsus sit) qui est in Quæst. Rom. ἀνθρώπων ὅσοις ἐπιληπτίζουσι συμβαίνει φθέγγεσθαι, μηκασμοῖς προσπταίσαι φωνὴν ἀφιᾶσι. Sed ET Ἐπιλήπτομαι pro eodem affertur ex capite 22 lib. 1 Regum. ITEM Ἐπιληπτικὸς adiect. Pertinēs ad epilepsiam, seu comitialem morbum. Et Ἐπιληπτικὴ νόσος, vel ἐπιληπτικὸν νόσημα, Aristot. Comitialis morbus. Interdum verò ἐπιληπτικὸς dicitur pro ἐπίληπτος, Comitiali morbo laborans. Sic autem vsus est Plutarchus in libro περὶ ἡγεμόνα ἀπαιδευσίας.

c. 2. Ἀνεπίληπτος ET Ἀνεπιλήπτως vide suprà cum Ἐπίληπτος.

Ἐπιλήπτωρ, ορος, ὁ & ἡ, (ea forma qua dicitur αἰτιλήπτωρ) Reprehensor. In v. l. ex Plutarcho, ἐπιλήπτορος πάντων, Reprehendentis omnia.

c. 2. Ἀντιπαλαμβάνομαι, Vicissim prehendo, seu apprehendo, Contrà nitens prehendo. In vulg. l. exponitur Contrà nitens retineo. & affertur ἀντιπεπλεγμένοι τῆς ἔριδος, pro Manum vtrinque in auem coniicientes, vel Manibus vtrinque in auem coniectis.

c. 2. Προσπαλαμβάνω, & Προσπαλαμβάνομαι, Insuper prehendo. At in v. l. Insuper assumo.

c. 2. Συνεπιλαμβάνομαι, q. d. Vnà prehendo, vel Simul capesso. Ponitur autem pro Adiuuo, Opitulor. Lucianus, πῶς Ἀθηναῖ σοφὴ καὶ ἔσας συνεπιλαβέσθαι μοι τοῦ ἔργου. q. d. Esse mihi adiutricem operis, pro Adiuuare me in opere. Sic Herodotus, συνεπιλαμβανέσθαι τὸν πόλεμον Συβαριτικόν. Et Thucydides libro 8, ξυνεπιλαβέσθαι τῆς ὑποποίησιν Ἀθηναίων καταλύσεως. Et libro 1, ξυνεπιλαμβάνοντα sine casu. In vulg. lex. ex Plutarcho in Camillo, συνεπιλαμβάνοντας τὸν ἀγῶνος, pro Certamen simul aggrediuntur. Et συνεπιλαμβάνεται παιδὸς δύσεως ex Plat. Timæo, pro Disciplinā simul capessit (nam ibi à typographo omissam fuisse puto particulam Simul) ITEM Συνεπιλαμβάνω apud Thucydidem eadem signif. lib. 2, ἐρρωτοῦντες πάντες ἐν ἑκάστῃ καὶ πόλει, εἴτε διανοίᾳ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ξυνεπιλαμβάνειν αὐτοῖς.

C. ΚΑΤΑλαμβάνω, Deprehēdo, Offendo, Nanciscor. Xenophon in Sympos. in persona Socratis loquens, οὐκ ἴσθ' ὅτι οὐποτὲ κατέλαβέ με ὀρχούμενος; id est Deprehēdit, vel Offendit. Ita Bud. qui & ex Themistio addit, καὶ ἔπως κατέλαβε τὸν ἑταῖρον, pro Nactus est sodalem, vel offendit.

‖ Καταλαμβάνω, Comprehēdo, Assequor. vnde deductū κατάληψις, in hac significatione habebis infrà ex Thucyd. Sed ponitur etiam metaphoricè, sicut Latinè Cōprehendo. vnde & κατάληψις philosophica redditur Cōprehensio. In quarum significationum ambiguitate ludens Lucianus in suis Vitis inducit scepticum philosophum dicentem illi qui eum mercari volebat, se posse omnia facere præterquam δεσπότου μὴ ἐπιδώσειν. Et interrogatum cur hoc minus præstare posset quàm aliud quidlibet, respondentem, ὅτι οὐ καταλαμβάνω. Vbi alludit ad καταληπτικὴν φαντασίαν, vel potius ad ἀκαταληψίας, de quibus multa habes in libris Sexti philosophi Pyrrhoniarum hypotiposeōn, Latinitate à me donatis. Dicitur autem & αἰσθήσει καταλαμβάνειν, Sensu comprehendere, vel Sensu percipere. quam

significationem habet & passiuum particip. apud Philon. καὶ δ' ὠνάμης δῆμας αἰδήσῃ οὐδαμῇ οὐδαμῶς καταλαμβανομένους. Redditur & verbo Complector, vt videlicet dicitur Mente complecti aliquid. Item Assequor & Comperio, Compertum habeo, à Budæo. Quò pertinet hic Platonis locus in Apologia, ὡς ἐπωπφωῷ καταληφόμενος ἐμαυτὸν ἀμαθέστερον ἐκείνων ὄντα. quod exponitur, Vt me illis imperitiorem esse, manifesto comperturus. ¶Vt autē illam verbi Complector significationem habet verbum καταλαμβάνω, sic & alteram interdum: atque adeo ponitur non solùm pro Complector (idem videlicet significans quod περιλαμβάνω) sed & pro Contego, Obduco. vt docet Budæus pag. 561, ex Theophrasto. ¶Καταλαμβάνω. Occupo. qua in sign. f. Diodorus vsus est & passiuo participio κατειλημμένων. (Vt autem apud Diodorum reperitur hoc verbū pro Occupare, ea significatione qua dicūtur hostes occupare locum aliquem, ita & apud Thucididem legimus pass. κατειλημμένῳ τὴν πόλιν, Occupatam vrbem, seu Captam vrbem) Apud Platonem autem in Tim. καταλαμβανόντα καταλαμβανέσθαι, Occupare & occupari: vel Vincere & vinci celeritate, vt Cicero vertit. Vide Budæum pagina 561 & 562. vbi exponit etiam Anteuerto, sicut & περιλαμβάνω ac περιλαμβανω. ¶Accipitur verò & pro Assequor cursu, οὐκ ἐπολείπομαι, (quæ significatio eiusdem generis est cum proximè præcedente) item pro Æquo. cuius significat. exemplum Bud. affert ex Basilio) ¶Καταλαμβάνω & pro Detineo, seu Occupo significante Detineo, accipi tradit Bud. in hoc Aristotelis loco Polit. 8, ὅταν δ' ἀφ' ἡδέος ἐπιβαίνῃ πρὸς τὴν ἡδονὴν μαθήματα, τὰ μὲν ἁρμόττει καὶ τοῖς πόνοις καὶ ταῖς ἀναγκαιοτάταις καταλαμβάνει τὴν ἐχομένην ἡλικίαν. Ita enim hæc vertit, Quum vsque ad annum septimū decimum aliis disciplinis incubuerint, tum proximam ætatem occupare oportet laboribus &c. ¶Καταλαμβάνω, Inuado, Corripio, Incesso. Herodot, καὶ πλείστοι νοῦσοι μιν. Herodianus libro 1, ἐξ πρίσοντά τε ἐν Γαλάτῃσι νόσος χαλεπὴ καταλαμβάνει. Idem, πολλοὶ δὲ καὶ δεινὰ πεπονθότες καταλαβόντων πόνων. Quinetiam dixit Plutarch. τὴν Ἀντίνοον ἀγγελίαι δύο καταλαμβάνουσαι, Duo nuntia eum inuadunt, aut adoriuntur. q. d. Aures eius percellunt. (Passiuè etiam apud Herodianum, πάντων τε πόνοι κατειλημμένων, omnibus somno correptis) Sed aliquando vel potius sæpe vtendum est verbo Accidere, seu Contingere, ad exprimendum hoc verbum, vt καταλαμβάνει με συμφορά apud Platonem, Accidit mihi calamitas, vel Euenit, (nisi quis hic malit, Inuadit me calamitas) Itidémq; καταλαβοῦσα συμφορά, Herodot. Calamitas quæ accidit. (Possit verò καταλαβάνει με συμφορά, reddi etiam Accipio calamitatem: & καταλαβοῦσα συμφορά. Accepta calamitas) Et ὡδὶ τῶν καταλαβόντων σε πραγμάτων, Syhef. De rebus quæ tibi acciderunt. Thucyd. autē dixit l. 1, ἰὼν δέ γε ἄλλος πόλεμος καταλάβῃ, Si aliud bellū nobis accidat, vel Si bellum nobis oriatur. (Fortasse autem & verbum Incessere aliquis locum habere existimet) Sic & lib. 2, καὶ ἀπὸ φωνῆς οἱ Ἀθηναῖοι ἐχάρησαν, ὡς πόλεμος καταλάβοι. Frequenter verò τὸ καταλαβὼν, seu potius τὸ καταλαβὸν sine accusatiuo, Quod accidit. & plur. τὰ καταλαβόντα, quæ acciderunt. Herodot. τὰ καταλαβόντα ἐσήμαινε. Sic τὸ κατειληφὸς πᾶθος apud Herodianum l. 1. Ibidem, κοινὴν οἶκτον ἀμφοτέροις ὑμῖν τὸν ὑπὸ τῆς καταλαβούσης ἀλγηδόνα. (nam quod de ἐπέλαβε dicit, ad hoc quoque pertinere putandum est) Sed & impersonaliter ponitur κατέλαβε. (sicut de ἐπέλαβε dictum fuit antea) Herodot. κατέλαβε ἄπορία ἀπιέναι. Idem, ἵνα κατέλαβε ὑβρίσματα πάθε ἀπιέναι. Ex Paus. autem exempla B. affert p. 556. vbi etiam admonet ita impersonaliter hoc verbum vsurpari, vt tamen aliquod subiectum subintelligatur, vt εἰμαρμένη, vel χρεών, vel aliquid simile. Sed addo iis quæ à Budæo dicuntur, interdum nominatiuū exprimi, vt apud Pausaniam, εἰ δὴ καὶ ἄεθλον κατέλαβεν ἀνάγκη ἡμέας Μακεδόνων ξύμμαχον. qui nominatiuus cū hoc verbo subaudiri fortasse debet in aliquibus Herodoti locis. At verò apud Pausaniam apertè subaudientur illa iis præsertim in locis in quibus dicit κατέλαβεν ἀπιέναι. Sunt autem frequentes apud eum, qui & in hoc imitari voluit (vt opinor) Herodotum. Ita igitur in Atticis pag. 21, circa finem, οἷς κατέλαβεν ἀπορία ἐκ τῆς Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν ἐπὶ τὴν Πάλληνῆ. Et in Lacon. pag. 71, τοῖς δὲ οἱ στωικίσασι ἀδελφοὶ κατέλαβεν ἕτερον ἀπιέναι ἀπὸ δόξης. Et alibi, ὕστερον δὲ Ἐπωπία κατέλαβεν ἀπιέναι ἀπὸ τῆς πραύματος. Sed & συνέπεσεν eadem significatione dixisse Pausaniam animaduerti, cum alibi, tum eadem illa pag. 21, cum dat. ὁπόσοις ἀπιέναι συνέπεσεν ἐν τῇ ναυμαχίᾳ καὶ ἐν μάχαις πολλαῖς. ¶Καταλαμβάνω præterea vt Euenio significat in præc. id est Accido, sic & pro Aduento in nonnullis loquendi generibus ponitur. vt apud Herodianum, ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσαν αὐτῆς θέας ἡμέραν. Apud eundem, καταλαβούσης τῆς ἐσχάτης ἡμέρας, vbi dies illa aduenit. Et ἑκατέρας καταλαβούσης apud eundē. Item χειμῶνος ἤδη καταλαβόντος, quum hyems aduenisset. id est instaret. vt Politian. vertit. ¶Fortasse autem & Peruenio alicubi reddi potest. vt in hoc Synesii loco, ἀλλ' μὴ πάντα τὰ τοῖς ἱερεῖς Ἀθήνας καταλαβεῖν μετέχοντα. Nisi quis Occupare malit, vt sit metaphora sumpta à militibus locum aliquem occupantibus. sicut & nostrates ludentes dicūt Je nous voy prendre d'assaut. Nam quod quidam καταλαβεῖν τὰς Ἀθήνας interpr. Proficisci, nullo modo id vim verbi Græci exprimere videtur. Bud. tamen in loco simili Theodoriti καταλαβεῖν Τύρον vertit simpliciter Petere Tyrū, (perinde ac si in illo Synesii loco καταλαβεῖν τὰς Ἀθήνας reddas Petere Athenas) Sed & καταλαβεῖν τὴν βασιλείαν apud eundem Theod. pro Adire regem. Qui verbi καταλαμβάνω vsus cum accus. p. rione ex primo posse videtur Gallico verbo Trouuer. nam quemadmodum dicimus Trouuer pro Ostendere, Manifest (quæ significationes datæ fuerunt primæ huic verbo) ita etiam dicemus καταλαβεῖν τὴν βασιλείαν, Estant venu trouuer le roy. in altera huius verbi significatione. ¶Καταλαμβάνω vt pro Contingere, i. Accidere, sic & in altera signif. verbi Contingere affertur ex Gregorio, τὸν ἐπὶ τῇ θεωρίᾳ καταλαμβάνειν. Sed possit fortassis & alter hic reddi. ¶Καταλαμβάνω, Includo, Intercludo. vnde pass. κατειλημμένον quod ex Aristot. affert Bud. pag. 558. ¶Καταλαμβάνω, Obstringo, Adstringo Obligo. vt καταλαμβάνω ὅρκῳ, vel ὅρκοις, Obstringo iureiurando. Thuc. l. 4. p. 149, ὅρκοις τοὺς Λακεδαιμονίους καταλαμβάνω τὰ πρὸς τὴν μεγίστης. Sed & pass. apud eundem lib. 1, p. 3, πρὸς Θεσσαλοὺς ὅρκοις κατειλημμένους. Affertur verò & in propria verbi Adstringo significatione ex Plutarcho, καταλαβόντες μάσσοις. Sic autem & ἀπολαμβάνειν accipi dictum suprà fuit. ¶Καταλαμβάνω, Conuinco quæ significatio affinitatis aliquid cum præcedente habet. quem enim conuincimus, eum velut obstrictum tenemus. Sic autem & simplex λαμβάνω pro Conuinco accipi dictum fuit) Sed & Rem peragō exponitur à Budæo in hoc Antiphontis loco, τὴν δὲ διάνοιαν οὐ δίκαιον καταλαμβάνειν μόνον, ἀλλὰ καὶ φανερῶς ἐλεγχθέντα ὁ δικαστὴς τιμωρεῖσθαι. Alibi verò scribit accipi sæpe ab eodē oratore pro Damnare, Punire: eumque alicubi opponere καταλαμβάνειν verbo ἀπολύειν. Affert verò & pass. ex eodem, τὸν ἄρχοντα τῶν ἡμετέρων καταλαμβάνεσθαι ὑπὸ τοῦ νόμου.

Καταλαμβάνω pro simplici λαμβάνω ex Philone De mundo affertur, vbi dicit ὅπῃ δοκεῖ καταλαμβάνειν pro Incrementum capere. Sed eum λαμβάνειν scriptisse potius crediderim.

Καταλαμβάνομαι passiua signif. vide in quibusdam locis prolatis in Καταλαμβάνω.

Καταλαμβάνομαι pro καταλαμβάνω interdum ponitur. itidémque præt. καταείλημμαι: vnde κατειλημμένον τὴν πόλιν βαρβάρων apud Diodorum pro κατειληφότων. ¶Sed affert præterea Budæus ex Andocide signif. actiua pro Apprehendere, πολλὰ ἐκτοῦτοις καὶ καταλαμβανόμενος γονάτων. vbi malim καταλυόμενος.

Καπάλληψις, εως, ἡ, Deprehensio. Item Comprehensio. vt apud Thucydidem lib. 3, ὡς δ' οὐκέτι ἐν καταλήψει ἐφαίνετο ἐπανεχώρει, quum non amplius in comprehensione videretur esse classis. id est Quum videlicet se nō iam posse classem hostium comprehendere, aut etiam Assequi. ¶Item καπάλληψις τοῦ ἱεροῦ ex Demosthene, pro Inuasio tēpli. & καπάλληψις τῆς βασιλείας ex Isocrate Adeptio regni. Affertur verò & ex Theophrasto lib. 2 De causis pl. πρὸς τὴν χωρημῶν καπάλληψιν pro Vt dominus agrum recipiat. ¶ Sed multo est frequentius in metaph. significatione, quum videlicet de rebus dicitur quæ sensibus corporis, vel potius mente comprehenduntur. A Cicer. redditur non solùm Comprehensio, (& id quidem ad verbum) sed etiam Perceptio, Cognitio. Idem in Lucullo, Ad rerum igitur scientiam, vitæque constantiam aptissima quum sit mens hominis amplectitur maximè cognitionem, & καπάλληψιν (quā, vt dixi, verbum è verbo exprimentes, comprehensionē dicemus) cum ipsam per se amat, &c. Ibidem, Hoc quidem Zeno gestu faciebat. nam quum extensis digitis aduersam manū ostenderat, visum, inquiebat, huiusmodi est: deinde quum paulum digitos constrinxerat, assensus huiusmodi: tum quum plane compressérat, pugnūmque fecerat, compressionem illam esse dicebat. qua ex similitudine etiam nomen ei rei, quod antè non fuerat, καπάλληψιν imposuit. Hæc Cicero. Quibus autem in locis ab eo reddatur Perceptio, item Cognitio, docebit te meum Ciceronianum lexicon. Fabius quoque καπαλήψεις vertit Perceptiones, quum hanc τέχνης definitionem, τέχνην εἶναι σύστημα ἐκ καταλήψεων ὁμολογουμένων καὶ ἐγγυμνασμένων πρὸς τέλος εὔχρηστον τοῦ βίου, vertit Artem constare ex perceptionibus consentientibus & coexercitatis ad finem vtilem vitæ. Nam Præceptionibus, quod hic quædam exemplaria habēt, mendosum esse manifestissimum est. Accedit verò & Ciceronis testimonium ita scribentis, (vbi ad illam ipsam definitionem respicit) Ars verò quæ potest esse nisi quæ non ex vna aut duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat: Item, Quid enim est quod arte effici possit, nisi is qui artem tractabit, multa perceperit? Philo De mundo, γνῶσις, καπάλληψις, ἀστοχία, &c. Lucianus in Hermotimo, ἕξεις τινὰς καὶ γνώσεις καὶ καταλήψεις καὶ φαντασίας. ¶Budæus καπάλληψιν vult accipi pro deprehēsione, id est inuentione, in hoc Ptolemæi loco, φαινομένῳ δὲ καὶ αὐτοῖς οἷοις μὴ μετὰ καπάλληψιν ἀξιόπιστον συνίστασθαι μόνος. ¶Est & καπάλληψις musicorum vocabulum, pulsando chordas concentum explorantium, vt quidā annot. ex scholiaste Aristophanis. q. in hæc verba quæ sunt in Nubibus, καὶ κρούσιν καὶ καπάλληψιν. scribit καπάλληψιν solere musicos appellare ἐνιοῦσαι πλήξασα τῆς δακτύλοις ἢ τῷ πλήκτρῳ τὰς χορδὰς καταλαβοῦσα καὶ ἀποτείνουσα τὸν φθόγγον.

C. Ἐκλογὴ, ῆς, ἡ, Electio, Delectus. Alex. Aphr. De anima lib. 2, vsus est verbo & hoc verbali vno eodémq; in loco ita scribens, εἰ δὲ τῶν ὁλῶν, ὡς χρείαν ἔχει ὁ σοφὸς τούτοις, γελοῖος αὖ εἴη ἐκλεγόμενος μὴ αὐτοῖς, ὡς οὐδὲν δι' αὐτῶν ἀναφέρων πρὸς ἐκλογήν. ‖ Est etiam Adnotatio & collectio, apud eundem Alex. Exponitur autem & Notatio à Bud. apud Aristotelem. Item πρὸς ἐκλογὴν ἐπ' αὐτῇ πιθέσθαι apud Plutar. vertit Politianus Optionem ei dare: quo accipi modo arbitror & ἐκλογὴν διδόναι apud Athenæū. ‖ Denique ἐκλογὴ τῶν τελῶν, vel φόρων, Exactio vectigaliū: vt ἐκλέγειν τὰ τέλη redditum modò fuit Exigere vectigalia. HINC Ἐκλογεὺς, έως, ὁ, (qui & φορολόγος) Exactor vectigalium, Coarctor vectigalium, vel potius Coarctor, sine adiectione. ET Ἐκλογεῖον Suidæ, idē QVOD Ἐκλογάς. nam hac voce illam exponit. videtur autem vtraque significari Quod ex multis selectum est seu excerptum.

C. ΕΠΙλέγω, vel Ἐπιλέγομαι, sicut & præc. pro Eligo, Deli-

go, Seligo. sed rarius est illis in hac signif. Herodotus, τοὺς ἀρίστους ὑπολέξαντες ὁμιλίου. Idem, αὐτὸς ὑπολεξάμενος τὴν Βαβυλωνίων. Diodorus, τοὺς νέους τοὺς ἀθλητὰς ὑπολεξαμένους σρατείαν. Luc. ὥστε ὑπολεξάμενος πόνον, εἶτα αὖ ἑτέρους κεῖσθαι καταβαλὼν σαυτόν. Et pass. apud eundem, ὑπολελεγμένοι σρατιῶται, delecti milites, qui & ὑπόλεκτοι. ‖ Ἐπιλέγομαι, Recenseo, Recognosco. Item Lego apud Luc. Vide Bud. pag. 660 & 661. HINC Ἐπίλεξις, Delectus. Bud. ex Appiano. ET Ἐπίλεκτος, idem quod ἐκλεκτός. Sed peculiariter ὑπόλεκτοι σρατιῶται, extraordinarii, Polybio interprete. ITEM Ἐπιλογή, Electio. Bud. ex Damasceno.

C. ΚΑΤΑ λέγω, Deligo & conscribo, centurióque. Lys. in Apol. οὐ γὰρ οὐδ' εἰς τὸν καταλογὸν Ἀθηναίων καταλέξας οὐδένα φαίνομαι. Et καταλεγείς, Delectus, Conscriptus. Vide Bud. p. 229 & 661. ‖ Καταλέγω, Allego, Adscribo. B. p. 663, ex Plut. ‖ Καταλέγομαι, Enumero, Recenseo. Athen. κἂν τοῦ τοῦ ψυχῆς δὲ ὁ Πλάτων καταλεγόμενος ἑκατὸν τοῦ τοῦ σωμάτων. At Καταλέγω, Censeo, Existimo, Numero & loco habeo. quod Latinè Numero dicitur. Plato De leg. 5, οὐδ' γε δὴ οἱ πολλοὶ ποιοῦσιν καταλέγειν, quos quidem certè diuites multitudo numerat. Ita Bud. quē vide pag. 661. ‖ Καταλέγω ab eodem exponitur Sigillatim enarro. quæ significatio potius ad alteram cōpositorum classem pertinere videri potest, ideóque ibi à me ponetur.

Καταλογός, ου, ὁ Enumeratio, Recensio, (vt inquit Bud.) ab ea videlicet verbi καταλέγω signif. qua pro Enumero & Recenseo ponitur, vt paulo antè dictum fuit. (Sed καταλογος propriè esse putatur enumeratio nominū eorum qui stipendia merent.) Et ab eodē Bud. exponitur Delectus in hoc Luciani loco, ἀποδιδράσκεις τὸν καταλογόν δηλονὸς ὤν. Et apud Demosth. καταλόγους ποιεῖσθαι τοῦ δήμου, delectus habere. hoc est, Milites centuriare. Alibi autem tradit καταλόγους posse etiam reddi hac in signif. Numeros, dicique eadem signif. & πόλεμοι à Græcis. Et οἱ ὑπὲρ τὸν καταλογόν, apud Demosth. Emeriti, Qui ætatē excesserunt quam Græci vocant στρατεύσιμον, id est militarem. ‖ Καταλογοι vocabantur & tabellæ quibus militum nomina inscribebantur, vt tradit schol. Aristoph. in hunc Equitum locum, Ἐπεὶ δ' ὁ πολίτης ἐπεῖτ' ἐν καταλόγῳ Οὐδεὶς κατ' ἀνουδὲ μεταστρεφήσεται.

Καταλογάδης, ἐνος, ὁ, Qui delectus facit. B. ex Lysia.

c. 2. Ἐγκαταλέγω, Recenseo inter [alios.] Annumero. Vel Allego, Ascisco. Vnde ἐγκαταλέγειν τοῖς πολλοῖς, vel τοῖς πολίταις, pro, Plebeiis annumerare, In ordinem cogere. B. Et peculiariter pro Annumerare militibus, vel Numero militum adscribere. Sic quidam in Anthol. epig. titulo εἰς λεπίδας, Γοῖτε, καὶ σὺ φόβου μὴ καὶ σε τοῖς ἐγκαταλέξῃ.

Ἐγκαταλέγω pro Congero vnà cum aliis, vel simpliciter Congero. vt ἐγκατελέγησαν à passiuo ἐγκαταλέγομαι, exponitur Congesta sunt, in hoc Thucyd. loco, l. 1, πολλαὶ τε σῆραι ἄσημα τῶν καὶ λίθοι ἐγκατεσπάρησαν ἐγκατελέγησαν.

c. 2. Συγκαταλέγω, Recenseo cum aliis, Connumero. Idem quod ἐγκαταλέγω. In v. l. exponitur Coopto ad sodalitatem vel collegium aliquod.

C. ΠΑΡΑ λέγω pro Deliro, apud Hippocr. vide in altera classe compositorum à λέγω

Παραλέγομαι, Cubo ad latus [alicuius,] Cubo iuxta [quempiam.] Item Concumbo. vt Epigr. lib. 2, Ἑρμολάου θυγάτηρ μεγάλῳ παρέλεκτο πατήκῳ.

Παραλέγομαι. Lego littus. vt παρελέγοντο τὴν Κρήτην, in Actis apost. duobus in locis. Exponitur & Oram littoris lego, vt loquitur Virgilius. Ve. interpr. in illo Actorum loco παρελέγοντο τὴν Κρήτην, vertit, Legebant Cretam: sonat tamen ad verbum Præterlegebant.

C. ΣΥΛλέγω, & Συλλέγομαι, Colligo. Plat. De republ. lib. 7, συλλέγοντες πεῖ ὄχλους. Synes. Herculiano, καὶ αὖπι τὸν δῆμον τὸν θεῖον τὸ φοινεῖν ἅπαντα χόθεν σωτέρον. Voce autē passiua, & tamen actiua itidē signif. vsus est Herodianus. ἄγων σρατὸν πᾶσαν τὴν αὐτῆς συνέλεκτο. At passiua signif. apud Thucyd. ἅμιλλος ξυνελέγετο. & ἡ αὐτοῦ ξυλλογής, item σρατὸς πᾶς τὸ αὐτοῦ ξυνελέγετο. ‖ Sed & pro Colligo, eo sensu quo dicitur aliquis Colligere vires. Philo De vita Mosis lib. 1, νῦν τοῦ τοῦ ὂν τῆς ἀρετῆς ἀθλητὰ συλλεξάμενος δύναμιν. Sic apud autorem dialogi qui vocatur Axiocnus, καταλαμβάνομεν αὐτὸν ἤδη μόνον συνελεγμένον πᾶς ἀφαῖς, ἀφ' πᾶσι σώματος ῥωμαλέον, ἀσθενῆ δὲ τὴν ψυχήν. Ibidem, ἐκ τῆς ἀσθενείας ἐμαυτὸν συνέλεγμαι. Possit autem fortassis & Recolligo in huiusmodi locis exponi. ‖ Item alia metaph. Colligo. i. Ex assumptione propositionum, quasi calculis subductis, summam argumentorū efficio, Ratiocinor, quod & συλλογίζομαι dicitur) Greg. μετὰ κλύπνα φαίνεσθαι ἐκ τοῦ ἑκάστου τῶν συλλογισμοῦς. B.

Συλλέγομαι, Comparo, Quæro. Plato De l. l. 11, ἀγαθῆς βίου ἀνθρώπῳ συλλεγόμενος. Demosth. in Neæram, σωφρόνως τὸν βίον ἀπὸ πόνων. Vide Bud.

B Συλλεξις, εως, ἡ, Collectio, Coactio, Copulatio. Bud. p. 665, ex Plat. Timæo.

Συλλογή, Collectio. Affert Bud. ex Plat. De leg. lib. 5, πεπεισμένων κατὰ συλλογή. In v. l. exponitur & Collecta. Suidæ est etiam nomen ἀρχῆς.

Σύλλογος, ου, ὁ, Concilium, Collectorum hominum circulus. A Bud. exponitur Colloquentium circulus. necnō Colloquium. Item generalius Concilium, Conuentus, Consessus, Collegium. Affert & exempla: quibus, ex Thucydide (ex quo nulla citat) adiere potes ista pro concilio & conuentu lib. 1, Λακεδαιμόνιοι δὲ ξύλλογον σφῶν αὐτῶν ποιήσαντες τὸν θαυμάζειν ἐκέλευον. Et lib. 4, ξύλλογον τοῦ Τοεῶνα ὧν ποιησάμενοι. Et lib. 2, ἐκκλησίας, ἢ τοῦ ἐπιεῖν αὐτῶν οὐδὲ ξύλλογον οὐδένα. Item ex Platone, μηδ' ἐν ἀγορᾷ, μηδ' ἐν δικαστηρίῳ, μηδ' ἐν ξυλλόγῳ κατὰ μηδένα. vbi ξύλλογος κοινὸς exponitur Conuentus publicus.

Συλλογεύς, έως, ὁ, Collector. Coactor. Sunt qui & pro ἐφεσίτης peculiariter accipi putēt, sed Pollux distinguit, quē vide lib. 3 cap. 26, quod inscribitur τοῦ τοῦ συλλέγοντος καὶ τοῦ ἐκχέοντος.

B Συλλογιμαῖος, Collectitius. Vel Collectaneus, Miscellane⁹, Confusaneus, & Vndique collectus, vt Bud. exponit in hoc Luciani loco, συλλογιμαῖοι τινὰς ἀέρα πῆς.

De Λέγω habente verbi Dico significationem, aliisque eodem pertinentes.

Λέγω, Dico, Loquor. Λέγω τοῦτο, Dico hoc, Loquor hoc. Demosth. Pro cor. καὶ τοῦ τοῦ τοῦ τοῦ ὀξέα τοῦ, οὐχ ὁμολογῶν ἀφεστῶς; Æsch. in Ctesiph. ἀστε μὲ μὴ βούλεσθαι λέγειν ἃ τοῦτο πεπόρακται. Plut. Ad Col. ἀλλὰ μὴ λέγετε, ἀλλὰ δὴ ἔκραξε. Item λέγειν λόγον, vel λόγους, vt dicetur in Λόγος. Et λέγω cum acc. rei, sequente præpos. τοῦ. vt in epist. Philippi apud Demosth. τοῦ μὴ οὐδὲ πυτὰν πολλὰ λέγειν ἔχων ἐπὶ δίκαια. Sic λέγω τοῦτο τοῦ τοῦ σε, apud Xen. (sequente etiam alia construct. cum præpos. τοῦς, vt mox docebo.) Et cum aduerb. vt Plut. in Pol. præc. Ἀλκιβιάδην ὁ Θεμιστοκλῆς ἴσμεν μὴ μόνον ἀεὶ λέγειν, ἀλλὰ καὶ ὡς δεῖ βαλλόμενον. Soc. r. Panath. τοῖς εἰκῆ καὶ φορτικῶς ἐν χθὲς ἔπαινεῖν λέγουσιν. Demosth. Pro cor. ὦ λέγεν ἀνεμέσας ἐπαιβαλλόμενος. Iunxit autem cum eodem aduerbio Aristot. Pol. — ὅτι τὸν ἀγχοῦς λέγειν ἐποιοῦ τοῦ αἰσχρῶς, γίνεται καὶ τοῦ τοῦ σωτῆρος. Sic κακῶς λέγειν, Male loqui, Malis vti verbis, apud Sophoclem, — ἀμῶν γὰρ οὖν, κακῶς λέγεις. (Habet verò & aliam signif. κακῶς λέγειν, & quidem frequentiorem, de qua infrà.) ‖ Item λέγω cum datiuo personæ, aut cum accus. præfixā habente præpos. τοῦς. Interdum & cum accus. personæ adiunctum habente & accus. rei, aut aduerbium. Xen. ἐμοὶ τοῦ τοῦ λέγεις. A pud eundem, λέγω τοῦς σε. Aliquando autem præcedentibus & aliis construct. vt quū dicit idem, ὥσπερ εἴρηται μοι λέγειν τοῦ σοῦ τοῦς εὐβουλοτάτοις πιστεύειν. At cū accusatiuo personæ, cui adiunctus est etiam accusatiuus rei, vt λέγω σε κακὰ πολλὰ apud Aristoph. multas cōtumelias aduersus te iacto. (vbi tamen & ὀνομάζω exponitur: sicut ὥσπέρ με λεγόμενον affertur pro His nominibus me appellant.) Multo autem frequentius est cum aduerbio. vt εὖ λέγω σε, vel καλῶς, & κακῶς λέγω σε, Bene loquor de te, & Male loquor de te, Maledico tibi. Sed εὖ λέγω σε, aut καλῶς, redditur etiam Laudo te, vt vicissim κακῶς λέγω σε, Vitupero te, Detraho tibi. Eurip. εὖ λέγω σε. Plut. in Apophth. λέγειν καλῶς τοῦ ζῶντος. (Est autem alioqui rarius hoc aduerbium in illo loquendi genere quàm alterum) Et λέγειν κακῶς πάντας apud eundem. Sic Demosth. εἰ κακῶς, ἔλεγον τοῦ τοῦ καὶ τοῦς πολιτικοῦς ἐπιχείρουν. Idem, μὴ λέγειν κακῶς τὸν τοῦ τοῦ. Interdum autem λέγω σε pro Loquor de te. vt Plato De republ. libro 1, τοῦ τὰ βαλλόμενα ἀποτιμῶντας λέγω. Alicubi λέγω σε exponitur etiam Voco, Appello. vt apud Aristoph. in Pluto, σέ τοι σέ τοι λέγω. Et ὄνομα τι λέγειν τινά, Plato in Apologia, Nomine dicere aliquem, pro Nominare aliquem. ‖ Vt autem λέγω cum accusatiuo personæ aliquando redditur alio verbo quàm Dico, sic & cū acc. rei aptius interdū vertere possumus Cōmoro, Narro. Ifad Phil. ἢ τί δὴ με λέγεν τὰ παλαιὰ καὶ τὰ τοῦς τοῦ βαρβάρους; Idem ad Nic. τί δεῖ καθ' ἕκαστον λέγοντα δῆλον τοῦ τοῦ; Sic in Paneg. οὐχ ὁρῶ τί δεῖ λέγοντα δῆλον τοῦ τοῦ. Ita reddi potest & sequente infin. vel partic. ὅτι, seu ὡς, vt ἔλεγον αὐτὸν τοῦ τοῦ πεπτωκέναι, vel ἔλεγον ὅτι αὐτὸς τοῦ τοῦ ἐπεποιηκέναι, Narrabat eum hæc fecisse. aut simpliciter etiam dicebat. ‖ Sed interdum λέγω cum infinitiuo, (& quidem apud Thuc. etiam) pro Iubeo. quo exponitur modo & in isto loquendi genere, κελεύειν σοι λέγω, vel οἰμώζειν σοι λέγω. ‖ At λέγω δὴ redditur Inquam, vel Id est, aut Videlicet. vt in hoc loco Aristot. De mundo, οὕτως ὑποληπτέον ἐν τοῦ τῆς μείζονος πόλεως, λέγω δὴ τοῦδε τοῦ κόσμου. ‖ Λέγω, pro Recito, Lego, Demosth.

Passf. autem. λέγομαι, Dicor. sed τὸ λεγόμενον aliquādo per parenthesin ponitur pro Quod dici solet, Quod dicitur prouerbio, Vt habet prouerbium, Vt est in prouerbio. Plato De rep. lib. 2, ἀκούω, τὸ λεγόμενον, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη. Item λέγεται impersonaliter, vt Latinè Fertur, Fama est. Xenoph. λέγεται Ἀλκιβιάδην Περικλεῖ δῆλον λεχθῆναι. Sed personaliter etiam vsurpatur, (sicut Lat. Fertur, in hac significatione) & quidem frequentius: vt in primo lib. Pæd. statim post præfationem, παῖς μὲν δὴ λέγεται ὁ Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου. Tale est hoc & apud eundem, Νικίας λέγεται ὑπισχνεῖσθαι τὴν εἰς Σαρδοῦς ἀφίξεσθαι παλαίτερον.

Λέγω, Loquor eloquēter, seu disertè, Eloquor. vt dixit Eupolis, Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν, id est Loquentiæ multum (vt Salustius hoc nomine est vsus) eloquentiæ nihil habens. Sic δυνατὸς λέγειν, apud Æschinem, Eloquentia valens. Thucydides quoque dixit de Pericle lib. 1, λέγειν τε καὶ πράσσειν δυνατώτατος. vbi tamen possis etiam exponere simpliciter Oratione potentissimus, seu præstantissimus. Quanuis autem hāc E significationem habeat λέγω per se etiam additur tamen ei interdum εὖ, (vt ab Eurip.) aut aliud huiusmodi aduerbium. B. p. 645, λέγω scribit esse Oratoriè loquor, item Concionor, δημηγορεῖν: affertque exemplum ex Demosth. Addere autem potes, Orationem habeo, aut simpl. Verba facio.

Λέξις, εως, ἡ, Dictio, id est Eloquutio, Oratio, Sermo, Stylus. Aristot. De poetica, λέγω δὲ λέξιν, τὴν διὰ τῆς ὀνομάσιας ἑρμηνείαν ὃ καὶ ὅσα τοῦ τοῦ ἐμμέτρων καὶ ὅσα τοῦ τοῦ λόγων τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν. Lucian. De hist. scribenda, ἡ λέξις δὲ, σαφὴς, καὶ πολιτικὴ, οἵα ὀλίγοις σημαίνοντα δηλοῦν τὸ ὑποκείμενον. Plutarch. de garr. θαυμάσαντες τῆς λέξεως τὸ εὔσχημον, καὶ τὸ λιπὸν, ὃν βραχεῖ σφυρὴ λαπτὸν νοῦν τοῦ τοῦ ἐκχύσης. Ibidem, de re eadem, ὧν πολὺ νοῦς ἐν ὀλίγῃ λέξει σωτέσταται. Vulg. l. ex Hermog. λέξις πεζὴ, oratio soluta & ἡ λέξις ἡ τοῦ πολλοῦ, ex Aristotele, pro eo quod Cicero, Vulgaris sermo. Et λέξεως ῥήματα, Verborum figuræ, vel dictionis, vel eloquutionis, vel sermonis, vel orationis, ex Quint. ‖ Λέξις, Orationis venustas, apud Isocratē. & Dion. Hal. teste Bud. Idem tradit λέξιν ab Aristot. vocari dictionē propriam. (vt ζωῆς ἀν dictionem peregrinam) hoc in loco libri De poet. τοῦτο δὲ ὀξαγγέλλεται λέξει, ἡ καὶ γλῶτταις καὶ μεταφοραῖς.

Λέξις, Vocabulum, Verbum. (Qua in significatione poni & dictio, vulgus existimat, cū Valla, qui scripsit Dictionem appellari oratoriā & facundam orationem, (nimis huius vocabuli significationem restringens) ab illo autem generali significatu fieri dictio, quæ est Vocabulum, siue Verbum. Plutarch. in Polit. præcept. πολλάκις ἐν αὐτῷ τῷ λέγειν ζητοῦσα καὶ σωπῶντα τὰς λέξεις, οὐ σχεδὸν καὶ δῆλον ἐστὶν. Lucian. Lexiph. οὐ τοῦ τοῦ τὰς δηλουσίας τοῦ τοῦ λέξεων τοῦ τοῦ ἀσκεῖν ἀσάμενος. Et apud Athenæ citatur quidam Moschus, ἐν ἀξιώσει Ῥοδιακῶν λέξεων. Et αὐτοῖς λέξεσι, vel τοῦ τοῦ λέξιν, Plutar. quod Lat. dicitur Ad verbum. Synes. autem dixit etiam ὅσα τοῦ τοῦ λέξεως. ITEM Αὐτολεξεί, aduerb. eadem signif.

A Λεκτὸς, ὀδός, q. d. Dicibilis. vt contrà ἄλεκτος, q. d. Indicibilis) Item Qui in dictis seu verbis consistit. AT Ἄλεκτος contr. Qui dici non potest, Ineffabilis. Philo, πυρὸς καὶ ὕδατος ἀλεκτοῖς φορᾶς.

AT Λεκτὸς, pro Lectus id est Selectus, vide suprà.

Λεκτικὸς, Orationi & sermoni accommodatus, vt à Budæo exponitur, afferen e ex Aristotele De poetica, μάλιστα γὰρ λεκτικὸν τοῦ μέτρου τὸ ἰαμβεῖον ὅτι. Idem Bud. scribit à Xenophonte λεκτικὸς dici & τοῦ τοῦ λεκτικὸς eadem forma, Polluci autem videtur λεκτικὸς esse Eloquens.

B Λεκτίκιον, Lectica. vulg. lex. ex Alexandro Trall.

AT Λόγος cum suis deriuatis, quære post composita ab hoc λέγω.

C. ΑΜΦΙλέγω, q. d. Ab vtraque parte dico, vel in vtranque partem, vt dub. trans, Ambigo, Dubito. Xen. in Apologia Socratis, βροντῶν ἀμφιλέγεν τις μὴ φωνεῖν. Item Disceptō, Contendo verbis, Controuersiam de re aliqua habeo. Idem Xenoph. ἀπαθ. 2, ἀμφιλεξάντων δὲ τοῦ τοῦ τῶν τοῦ τοῦ Μένανος σρατηγῶν καὶ τοῦ Κλεαρχου, i. Quum aliqua controuersia orta esset inter &c. vel aliquod dissidium, seu disceptatio. Suidas exponit ἀμφισβητησάντων καὶ διενεχθέντων.

Ἀμφιλεκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, (formatum ab ἀμφιλέλεκται, tertia sing. præteriti à passiuo ἀμφιλέγομαι) Vtrinque disceptatus, vel disceptabilis, Controuersus, In controuersia positus. Apud Euripidem Phœnissis, ἀμφίλεκτος ἔρις contentio varios vtrinque sermones habens.

AT Ἀναμφίλεκτος, (Præfixo α priuatiuo, & inserto ν) Contrarium, Disceptationem nullam habens, vel controuersiam. VNDE ἀναμφιλεκτως, Absque vlla disceptatione, Sine controuersia.

Ἀμφίλογος, ου, ὁ καὶ ἡ, idē pro Cōtrouersus, In cōtrouersiā veniens, Dubius, De quo ambigitur & dubitatur. Xenophon Pæd. 8, δεῖ δὲ καὶ τοῦ τοῦ σοφοῦ σαφῆ σῶμα καὶ λιπὴν ὡς ἂν μὴ ἀμφίλογος ᾖ φυσικῆς, τοῦ τοῦ σῶμα ὑμῖν τοῦ τοῦ σοφοῦ. Idem Hellen. 5, ὁ δὲ τὶ ἀμφίλογον τοῦ τοῦ ἀλλήλους γίγνοι τὸ. Idem διαρρεῖν τὰ ἀμφίλογα dixit Decidere quæ sunt controuersa, id est Diiudicare controuersias. Thucyd. libro 4, ἀμφίλογα δίκην δῆλον ὄντας, controuersias iure dirimentes.

E Ἀμφίλογος, actiuè, Qui ambigit seu dubitat. Arrianus, Ἀξιοῦσθαι δὲ ὅτι δρῶν χεὶ Ἀρμῶν ἀξιοῦ μοι δοκεῖ εἶναί σε ἀμφίλογον. Suid. exponit ἐμπαλλόμενοι, ἀνδιαιτῶντα. For tasse tamen legendum est ν. i. nō σε. vt fit, nō mihi videtur dubium tibi esse. Aliquoi ἀμφίλογον (sicut & ἀμφίβολον fatendum est tam personam quam rem dici.

AT Ἀναμφίλογος, cōrrariū, Minimè cōtrouersus, Extra controuersiā. De quo nulla est controuersia, Indubius, Minime dubius. Xenophō in Symposio, ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἀγαθία ὅσον ἀναμφιλογοῦσα τοῦ τοῦ. i. e. est Minimè dubia, Certissima. Hinc ADVER. Ἀναμφιλόγως, Sine controuersia.

F Ἀμφιλογία, ας, ἡ, Ambiguitas sermonis, Sermo ambiguus. vel disceptatio. Hesiod. Theogonia, Νείκεά τε, ψεύδεά τε λόγους, ἀμφιλογίας τε.

Ἀμφιλογέω, verbum ex ἀμφίλογος factum. idē significans quod ἀμφιλέγω.

C. ΑΝΤΙλέγω, Contradico. Dicitur ἀντιλέγω τούτῳ, & τοῦς τοῦ τοῦ, vel τοῦ τοῦ τοῦ τοῦ

largiar, non satis Latinum esset. Fortasse aliquis hic ἀν-
πλέγειν mallet vertere, Recusare, sicut vertitur aliquan-
do ἀνιπλέγειν πρὸς τοῦτο pro Hanc rē recuso, vt πρὸς μίαν
θεραπείαν ἀνιπλέγειν.

Ἀνιπλέγειν, pro Ambigere, Altercari, Dissentire. Isocra-
tes Archidamo, πρὸς τοὺς δικαίους πάντας τοῦ αὐτοῦ γνώμην ἔ-
χειν, πρὸς δὲ τοὺς συμφέροντας ἀνιπλέγειν.

Ἀνιπλέγομαι pass. Xenophon Hellen. 6, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως
ἀνιπλέγονται, Sed hæc fortasse contradicuntur, Hæc sunt
controuersa, De his ambigitur vel contradicitur. Cice-
ro tamen dixit Hæc contradicuntur. In Lucæ Euang.
capite 2, σημεῖον ἀνιπλεγόμενον, cui contradicitur. Apud
Demosthenem ἀνιπλεγόμενα sunt ἀμφισβητούμενα, Con-
trouersa, De quibus inter partes non conuenit, vt hoc
loco, ἕως αὐ πρὸς τοὺς ἀνιπλεγομένων κεφαλαίων. His opponun-
tur ὁμολογούμενα. Theophrastus, De causis plantarum li-
bro 6, ὁ μὲν ὑγιὴς λόγος ἀνιπλεγόμενος ἐστί. Id est, Hæc igitur
sunt quæ in contrarium disputantur, interpr. Bud.

Ἀνιπλεκτος, ον, ὁ καὶ ἡ, In contradictione positus. id est, Con-
trouersus, Dubius. Thucydides libro 4, ἐς ὃ ὁμως οὐκ ἀνιπ-
λεκτος παρῆν, id est ἀναμφίβολος vt exponit scholiastes.
ΕΤ c. 2. Ἀναντιπλεκτος, ον, ὁ & ἡ, Cui contradici non po-
test, Cui nemo refragari potest. In vulgatis lexicis
ἀναντιπλεκτος ἀπόδειξις, quæ refelli non potest. Et ex Io-
sepho, ἀναντιπλεκτον ὅτι πᾶν σῖς κελεύσῃς, πλὴν ὅσα θυμίαν
λαμβάνων, quicquid collibuisset, citra contradictionem
imperans fieri. ΕΤ Ἀναντιπλέκτως, Citra contradictio-
nem, Nemine contradicente. ITEM Εὐαντιπλεκτος,
Cui facilè contradici potest, Qui facilè refelli potest.
Cui contrarium ΕΣΤ Δυσαντιπλεκτος, Cui vix contradici
potest, Qui vix refelli potest.

Ἀντιλογία, ας, ἡ, Contradictio apud Quintilianum. Itē Al-
tercatio, Contentio, vt exponitur à Budæo apud Demo
sthenem. Item Refutatio apud Synesium. Sic apud He-
rodotum ἀντιλογίας χωρῆσαν exponitur Se crimen esse re
futaturum. Dicitur item res ἀντιλογίαν μὴ ἔχειν, quæ
nullam admittit in contrarium disceptationem, & con
trà, ἀντιλογίας πολλὰς ἔχειν, De qua multa in contrariam
partem disputari possunt, Cui multis modis contradi-
ci potest.

Ἀντιλογία, idem quod ἔριδος, ἀντιγώνισμα, pugnax
contentio instante aduersario.

Ἀντιλογικός, Aptus ad contradicendum, Contradicendi pe
ritus, vel refutandi, vt apud Aristophanem, ξυστρατικὸς
καὶ ἀντιλογικός, Acer & argutus in disputationibus, Arguta
tor. Isocrates, ἄλλοι δ' ἄν τινες πρὸς τὰ ἐρωτήσεις καὶ τὰς ἀν-
τικρίσεις μηχάσασιν, οὓς ἀντιλογικοὺς καλοῦσιν. Vide Budæum
in Comm.

Ἀντιλογικὴ τέχνη, Sophistarum ars, ad verbum, Ars
contradictoria, Ars contradicendi ad omnia. A Pla-
tone eadē appellatur & ἀμφισβητητικὴ, item ἀγωνιστικὴ, itē
ἐριστικὴ.

Ἀντιλογέω, ῶ, idem quod ἀντιλέγω. Apud Aristophanem,
ἑτέρῳ λόγῳ ἀντιλογῆσαι, Alteri rationi contradicere, vel
Alteram rationem refellere.

C. ΑΠΟλέγω, (præpositione ἀπὸ priuationem significan-
te, vt in ἀποκρίνω) Reiicio, Repudio. vt ἀπολέγειν δικαστὴν,
vel, ἀπολέγειν τινὰ ἐκ τῆς δικαστῶν. Plutarch. in Catone, μὴτε
ἀπολιπεῖν βουλομένους αὐτὸν δικαστὴν, μήτε ἀπολέγειν τοὺς μόνους.
Ibidem, ὁ δὲ ἀπέλεγεν αὐτὸν ἐκ τῆς δικαστῶν. ‖ Cui
significationi est affinis ea qua pro Renuo ponitur, itē
Interdico seu veto. Polyb. libro 2, διόπερ Πτολεμαῖος τὸ μὲν
χορηγεῖν ἀπολέγει, βοηθεῖν δὲ τοῖς ἀκαλεῖ πρὸς τὴν Ἀντιόχου. Sic
quidam historicus apud Suidā (fortasse idem Polyb.)
γράμματά τε αὐτοῖς ἀπολέγοντα τοῖς πρεσβεύσαι γράφε μηδαμῶς
πρεσβεύειν τὰ πρέσβεια Πέρσαις. Hesychius ἀπολέγοντες
exponit ἀπαγορεύοντες: & contrario etiam signif. ἀπο-
λέγει, videlicet πρόσταγμα. Quod mihi suspectum est. Ni
si fortè putandum sit præpositionem habere vim epita
ticam hac in significatione, vt priuatiuā habet in alte-
ra. Hoc enī suspicor, ἀπολέγειν esse Reiicere, vel Repudia
re, quasi negando sibi placere. vt sit ἀπολέγω ex λέγω si-
gnificante Dico. Video tamen & aliam posse afferri hu
ius significationis rationē, vt videlicet sit à λέγω signi-
ficante Eligo, Deligo: sonētque ἀπολέγω quasi dicas Nō
eligo.

Ἀπολέγω, Declaro, Prodo, Effero. Philo De mundo,
τόπου δὲ τοῦ αὐτοῦ χαλεπώτερον, ἢ μᾶλλον ἀπολέξαι τὸν ἐν τῇ ψυ-
χῇ δυσῴνειαν δυνάμενον; Id est Prodere & efferre. B. Ha-
bet autem aliquid affinitatis hæc signif cum ea quā ei
dat Hesych. de qua paulo antè dixi.

Ἀπολέγομαι passiua voce, sed actiua significatione (itidem
vt ἀπολέγω) Reiicio, Repudio, Repello, Non admitto.
Plutarch. in Catone, διὰ τὴν σωφροσύνην τοῦ προστάτου δικαιοῦν-
τες ἀπολέγεσθαι τὴν δίκην. Et in Solone, ὡς τῆς θεοῦ τὴν ἱκε-
σίαν ἀπολεγομένης. Et in Lucullo ἀπολεγομένου τοῦ Λουκούλλου
τὴν προστασίαν, quum Lucullus sibi non posceret principa-
tum. Polybius, ὁ δὲ παντάπασι τὴν Ἀχαϊκὴν ἀπολεγόμενος τὴν
ἀρχήν, Detrectans & non admittens. Quem locū citat
Suid. ἀπολεγόμενος exponens παραιτούμενος. Citatur & ex
Plut. in Othone, ἀπολεγομένους πόνους, pro Detrectantes
laborem.

Ἀπολέγομαι, Deligo. vnde ἀπολεξάμενος apud Thucy
didem libro 5, ἀπολεξάμενος τοὺς αὐτῶν τριακόσιους καὶ ἑκατὸν
ὁπλίτας. vbi schol. exponit ἀποκρίνας ὁπλεκτικῶς.

Ἀπολέγομαι τὴν ψυχήν, Despondeo animum, apud
Greg. διὰ τοῦτο ἀπολέγω τὴν ψυχήν. Interdum verò sine ad
iunctione idem significat, vt apud Plut. in Lyc. ὅπερ ἦν
ἄρα ὑπὸ Ἑλληνικῶν γεύμασι κάπειν καὶ φονεύειν ἀπολεγομένους
καὶ θαυμαζομένους.

Ἀπολέγω pro Eligo &c. vide in priore classe compo
sitorum à λέγω. Quod si ex duabus quas reddidi rationi
bus significationis verbi ἀπολέγω, pro Reiicio & Repu-
dio magis alicui placet posterior, (vt & mihi profectò
probabilior nunc ea videtur) in altera illa classe potius
ei det locum.

Ἀπολογος, ου, ὁ, Narratio longa & verbosa. vnde illud pro-
uerbium natum, Ἀλκίνου ἀπολογος, ex iis (vt opinor) quæ
Vlysses apud Alcinoum narrat in Odyssea Homeri. Pla
to lib. 10 De republ. ἀλλ' οὐμὲν τοι σοί γε (φέρε) Ἀλκίνου τε
ἀπολογον ἐρῶ, neque verò tibi longas nugas aut fabula-
mentum narraturus sum. Inde ἀπολογίζεσθαι, Enarrare,
Hæc Budæus. à quo ἀπολογος exponitur etiam Fabula
moralis ex Cicerone De oratore libro 2. Ἀπολογος
Ἀλκίνου (inquit Suidas) ὅτι τὴν τῶν ἀφελῶν καὶ μακρὰν
ἀποτεινόντων λόγον. Cic. De Orat. libro 2, Et ad hoc genus
adferibamus etiam narrationes apologorum. Aulus
Gellius lib. 2, cap. 29, fabulam Æsopi de cassita voca-
pologum. Fuerūt etiam qui apologationem dicere au-
derent, vt Fabius testatur lib 5, cap. 11, αἰνοι Græci vocāt
& αἰνοποιοῦσι (vt dixi) λόγους μυθικοὺς nostrorum qui
dam (non sane receptō in vsum nomine) apologationē.
Sciendum est autem sicut apologum Æsopicum, ita etiam λόγον Æsopicum. ‖ Sunt qui ἀπο-
λογον Ἀλκίνου nomen putent fuisse fabulæ quæ defen-
sionem Penelopes complecteretur. & ex hoc Aristote-
lis loco De poetica, καὶ ἡ τῶν Ἀλκίνου ἀπολογοι. ἄκοιτον γὰρ τὸ
κεφάλαιον καὶ μονοειδὲς ἐδόκουν, colligunt Alcinum fuisse
aliquem qui Vlyssis & Penelopes congressum in scenā
introduxerit & ἀπολογον Ἀλκίνου vocauerit. Postea
autem receptum esse vt fabulosa narratio, tāquam prou-
erbialiter Ἀλκίνου ἀπολογος appellaretur. quo accipitur
modo in Platonis loco quem paulo antè citaui. Vide
& Erasm. in prouerbio Apologus Alcinoi.

Ἀπόλογος ab Hesychio exponitur ἀπολογισμός.

Ἀπολογία, ας, ἡ, Defensio, Causæ dictio, vt loquitur Cæsar.
Æschines, εἰσφέρει δὲ ἐς τὴν ἀπολογίαν τὸν δίονυσιακὸν νόμον.
Isocr. in Busiridis encomio, οὐκ ἀπολογίαν τοῦ Βουσίριδος,
ἀλλ' ὁμολογίαν τῆς ἐγκαλουμένων δικαίας αὐτὸν εἶναι νομίσειν.
Dicunt & ἀπολογίαν ποιεῖσθαι, Causam defendere. Apud
Platonem autem δύο ἀπολογίας ποιήσασθαι τὰς ἀπολογίας, Duabus
vti defensionibus, Duas defēsiones afferre, in quadam
epistola, πρὸς δύο δὴ μοι δίκας δίδας αἰσχίστου ποιήσασθαι
τὰς ἀπολογίας.

Ἀπολογία, Excusatio. ἀπολογίαν ἀπολογεῖσθαι τούτῳ, hāc
excusationem prætendere, Bud. ex Synesio.

Ἀπολογέομαι, οῦμαι, Fut. ήσομαι, (sine actiua voce) Causam
dico, seu defendo, Respondeo in iudicio. Opponitur
verbo κατηγορῶ, in hoc Æschinis loco aduersus Ctesi-
phontem, ὁ μὲν γὰρ κατήγορος ἀπολογεῖται, ὁ δὲ φεύγων τὴν γρα-
φὴν, κατηγορεῖ. Apud Thucydidem, ἀπολογούμενος δεδεμένος, Causam dico vinctus. Latinè, Causam dico è vincu-

lis. Interdū additur accusatiuus δίκην, & dicitur ἀπο-
λογεῖσθαι δίκην, Dicere causam, apud Plutarchum. In-
terdum & genitiuus adiungitur, qui ab accusat. δίκην
pendet. vt ἀπολογεῖσθαι κατά τινος δίκην, apud Thucydidem,
Dicere capitis causam. Iungitur & aliis accusatiuis, ac
tum aliter exponitur. Polybius, πρότερον μὲν ἀπελογήσαντο
περὶ αἰτίας τοῦ πολέμου καὶ τῆς διαβάσεως. Citatur & ex Theo
phrasto libro 5, ἀπολογητέον τῇ ὄψει τὴν αἰτίαν. Sed
potest suspecta esse hæc scriptura. nam in illo loco Po-
lybii ἀπελογήσαντο περὶ αἰτίας, Budæus ἀπολογήσαντο vertit
Depulerunt, Diluerunt. quæ interpretatio loco Theo-
phrasti cōuenire non potest. At conuenit & huic loco
Luciani, ὥσπερ δὲ ἃ νῦν ἐγκαλεῖ, ὡς αὐτός τι ὢν ἀπολογήσομαι,
id est Diluam ea quæ nunc obiicit. Interdum autem
ἀπολογεῖσθαι cum accusatiuo rei, est Afferre pro sua de-
fensione, vel ad sui defensionem. Idem Lucianus, ὥσπε-
ρ οὖν ὑπὲρ ἐμοῦ ἀπολελόγημαι ὑμῖν ἀληθῆ καὶ δίκαια. Bud.
autem ἀπολογοῦμαι τοῦτο exponit Excipiēdo dico, in hoc
Demosthenis πρὸς Ἀριστογείτονα loco, ὥσπερ Παρμενίων ἀπο-
λογουμένου ἐστί, ὅς τις αὐτῶν δίκαιον κυρίαν ἔγνω εἶναι; At ve
rò Actorum Apost. cap. 24, περὶ ἐμαυτοῦ ἀπολογοῦμαι, si
gnificat Defensione vtor in iis quæ ad me spectant. Nō
nunquam accusatiuum habet præfixa præpositione
πρός. vt apud Platonem in Apologia Socratis, ἀπολογεῖ-
σθαι πρὸς τὰ κατηγορήματα. Sic apud Lucianum, ἐγὼ δ' ἀπο-
λογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. Citatur etiam iunctum
dativo, ex Plutarcho in Themistocle, ἀπολογούμενος διὰ
γραμμάτων ταῖς κατηγορίαις, respondens per literas ad ob
iecta sibi crimina. Iungitur etiam cum præpositio-
ne ὑπὲρ, item περί. & est ἀπολογεῖσθαι ὑπέρ τινος, Respon-
dere pro aliquo, Defendere aliquem. vt apud Lucianū,
μηδὲ ἀπολογησαμένου ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Cum περὶ autem, vt in
hoc Isocratis loco, in encomio Helenæ, ἀπολογεῖσθαι μὲν
οὐ προσήκει περὶ τῶν ἀδικεῖν αἰτίαν ἐχόντων, Defensionem af
ferre, Defensione vti. Interdum cum particula ὡς
iungitur, sequente ὑπό. vt apud Xen. Hell. 1, ὑπὲρ τῆς βουλῆς
καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀπολογησάμενος ὡς ὑπὸ τοῦ πεβίηκει, εἰπὼν δὲ ὡς
ἠδίκητο.

Ἀπολογοῦμαι, est etiā Excuso, Excusatione vtor, Pro
excusationē affero. Lucianus in Philopseude, ἀπολογησά-
μενος τὰ σωθῆναι τοῦτο, ὡς ἀγνοήσαντα νοσοῦντα, καὶ ὡς ἐπὶ ἔμα-
θον, φρουμάζος ἕλθοιμι, ἐκαθεζόμην πλησίον. Et Syn. ἀπολογίαν
ἀπολογεῖσθαι τούτῳ dixit Hanc excusationem prætende
re, teste Budæo.

Ἀπολόγημα, ατος, τὸ, Quod pro defensione respōdetur. vel,
Excusatio. Plutarch. in Romulo, ἀπολόγημα τῆς Ῥωμύλου
τοῦτο. Budæus ἀπολόγημα interpretatur Refutamentū,
in hoc loco eiusdem Plutarchi De Rom. fortuna, μᾶλ-
λον δὲ ἀπολόγημα πρὸς κατηγορίαν. Idem De discern. ami
co ab adul. ἔνιοι δὲ καὶ ὁ φιλαυτίας ἀδεότατα, καὶ πανουργίαν
ἀβελτερίας ἀπολόγημα ποιοῦνται.

Ἀπολογητικός, οῦ, ὁ, Defensorius, Ad defendendam causam
valēs. λόγος ἀπολογητικὸς dicitur liber in quo aliquis cau
sam suam defendit, & ad obiecta crimina respondet. A-
liquando ponitur simpliciter ἀπολογητικός, omisso
substantiuo λόγος: vt apud Suidam in Iustini Martyris
vita.

c. 2. Ἀναπολόγητος, ον, ὁ ἡ. Dicitur ἀναπολόγητος, Quod defēdi
non potest, seu excusari. Cui ἀπολογία (id est defensio)
inueniri nequit. Vtitur Cicero epist. ad Atticum lib.
16, Et Paulus ad Rom. 2.

c. 2. Δυσαπολόγητος, ον, ὁ καὶ ἡ. Dicitur δυσαπολόγητον, Quod
difficulter defenditur, seu excusatur. Apud Polyb. δυσα-
πολόγητος ἁμαρτία, peccatum quod excusari vix potest.
CONTR. Εὐαπολόγητον, Quod facilè excusari potest.

C. ΔΙΑλέγω, de quo suprà in altera compositorū classe dic-
tum fuit.

Διαλέγομαι autem est Colloquor, Sermocinor, Dis-
fero. (quo autē vtatur modo Hom. dicetur infrà) De-
mosthenes in Olymp. διελεγόμεθα περὶ ὧν & c. inter nos
loquebamur. Bud. vertit, Inter nos verba faciebamus.
Plato in Apologia, ὀλίγον γὰρ χρόνον ἀλλήλοις διελεγόμεθα.
Idem alibi, χαίρω διαλεγόμενος τοῖς σοφοῖς ἐκ τοῦ σβύτου. Di
citur etiam διαλέγομαί σοι τοῦτο, aut πρός σε, vel διαλέγο-
μαι τοῦτο πρός σε, aut διαλέγομαι τοῦτο sine ad iectione,
Hæc disserō tecum. Xenophon in Apomn. οἶδα δὲ καὶ

Διοδώρῳ αὐτὸν παῖδε διαλεχθέντα. Ibidem, ἃ πρὸς Ἀντι-
φῶντα διελέχθη. Ibidem legitur, παῖς τὰ διαλεγόμενος.
Sic Plutarchus βραχέα διελέχθησαν. Dicitur etiam
διαλέγομαί σοι περὶ τούτου, Ago tecum hac de re. Hero-
dianus libro 6, καὶ περὶ εἰρήνης καὶ φιλίας διελέχθησαν. I-
dem libro 7, ὡς δὴ περὶ τῆς ἀποδόσεως τῶν χρημάτων διε-
λεχόμενοι. Plato in epist. ἐγὼ πρὸς ἐκεῖνον περὶ τοῦ Δίωνος
πρεσβευμάτων οὐδὲν ἐπιδιελεγμαι. Dicitur & de legatis,
vt apud Demosthenem, Philipp. 4, οἶμαι δεῖν ἐμαυτὸν πρεσ-
βείαν ἐκπέμπειν ἢ τοῦ βασιλέως διαλέξεται. Sic apud Hero
dianum libro 3, πρεσβείας ἐκπέμπειν, περί τε εἰρήνης διελέγον-
το. Cæterùm legimus apud Xenoph. διαλέγεσθαι accepis
se hanc significationem à voce actiua διαλέγειν. scribit
enim Apomn. lib. 4, ἔφη δὲ καὶ τὸ διαλέγεσθαι ὀνομασθῆναι
ἐκ τοῦ συνιόντας κοινῇ βουλεύεσθαι, διαλέγοντας καὶ νόμους τὰ
πράγματα.

Διαλέγομαι τινὶ περί τινος ῥῆμα, vide in Διάλεξις, ex Demo
sthene.

Διαλέγομαι, Orationem publicè habeo. Budæus pa-
gina 254 ex Isocrate.

Διαλέγομαι apud Homerum sunt qui pro Cogito ac-
cipiant in hoc versu Iliad. 2, Ἀλλὰ τίνι τοῦτο φίλος διε-
λέξατο θυμός; ac certè breuium scholiorum auctor expo
nit διελογίσατο & ἐνεθυμήθη. sed Eustathius putat accipi
posse pro εἶπε, vt hic locus conueniat cum eo vbi dicit
εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν.

Διάλεξις, εως, ἡ, Sermocinatio, Dissertatio. Plutarchus De
præc. san. ὅπερ ἐν ἀώρᾳ πρὸς γυμνάσιόν ὅτι, τοῦτο πρὸς διάλε-
ξιν ἀνάγωσης. Gregorius ὡς δὲ τὸ τῆς διαλέξεως ἔργων ἀπόρ-
ρητον, οὐδὲ τὸν καθεκτὸν ἐπὶ πυγαίου. quod Budæus exponit,
Simul autem ego animaduerti eorum in disputando
maleuolētiam, quæ iam arcana esse ab eisque cohiberi
non poterat. Et in plur. ex Platone, epist. 7, ὑπιόμενοι
τοῖς τοῦ ἐμοῦ διαλέξεσι.

Διάλεξις (inquit Budæus) propriè dicitur Sermoci-
natio scita & emendata. id quod Xenophon docet in
quarto ἀπομν. his verbis, ἔφη δὲ καὶ τὸ διαλέγεσθαι ὀνομασθῆ-
ναι &c. quæ habes suprà in Διαλέγομαι. sed nullum af-
fert exemplum in quo διάλεξις sic accipiatur. At in hoc
Aristophanis versu qui est in Nubibus, Αἰσθῆ γνώμας καὶ
διάλεξιν καὶ νοῦν ἡμῖν παρέχεισι, schol. διάλεξιν exponit λό-
γον ἐμπειρίαν, addens, etiā, ὅσα τὰ νοήματα φαίνεται διὸ καθαρ.
Fortasse autē videri possit hic nominis διάλεξις vsus cō
uenire cum eo vsu verbi διαλέγομαι quem habes apud
Demosthenem in or. pro Corona, vbi dicit iro-
nia vtens, πάνυ γὰρ σοφὸς εἶ τοῦτο (οὐχ ὁρᾷς;) γίγνονται τοῖς Ἑλ-
λησιν πρεσβεύματα εἰ τυχὸν τὸ ῥῆμα, ἀλλὰ μὴ τυχὸν διελέχθη-
σαν. Quò pertinet & καταβυθίσεις ἐν τῇ διαλέξει τοῦτο apud Plut.

Διάλεκτος, ου, ἡ, Sermo vnicuique genti peculiaris, seu ser-
monis forma; quam significationem habere interdū
& nomen γλῶσσα, docui Tomi primi col. seu semipa-
gina 853. A. Plutar. in Quæst. Roman. ἀλλὰ πρὸς κρούε-
τον πολλοὶ ἡ διάλεκτος, ita enim legendum est, non autē
ἡ διάλεκτικός, vt habent vulgatæ editiones. Atque ita le-
gi debere præterquam quod testantur vet. codices, o-
stendunt & hæc sequentia, τὸ δὲ ἀνεστρέν, σύνεστον ὀνομά-
ζεται &c. Idem in Apophth. κύπασσα δὲ καὶ χρόνοι ὅπως τὴν
Περσικὴν διάλεκτον καταμαθεῖν, ὡς βούλεται, καὶ μὴ δι' ἑτέρου,
πύθοιτο τὴν πρὸς αὐτὴν ἔνδ εἰξιν. Sed & ipsa lingua Græca
in quinque διαλέκτους diuiditur, quarum nomina sunt,
Ἰάς, Ἀττθίς, Δωρὶς, Αἰολὶς, & κοινή. Definitur autem διά-
λεκτος ab eo cuius extat De dialectis opusculum, ἰδίωμα
γλώσσης, vel λέξις ἴδιον χαρακτῆρα τύπου ἐμφαίνουσα. A
Budæo quoque definitur Idioma sermonis, & Proprie-
tas cuiusque linguæ. afferturque ab eo locus hic Fabii
vtentis hac voce, lib. 9, in Herodoto verò cum omnia
(vt ego sentio) leniter fluunt, tum ipsa διάλεκτος habet
eam iucunditatem, vt latentes etiam numeros com-
plexa videatur. ‖ Subiungit autem idem Budæus
Aristotelem aliter interpretari, scribentem De hist. a-
nim. lib. 3, διάλεκτος δὲ ἡ τῆς φωνῆς ὅτι τὴν γλῶτταν διάρθρω-
σις. quam dicit διαφέρειν τῆς φωνῆς καὶ τοῦ ψόφου. Ga-
za autem apud eundem διάλεκτον ἔχει, vertit, Loqui
potest. ‖ His alium præterea vsum addo no-
minis διάλεκτος, quem habet apud Platonem in Sym-

posio, θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται, ἀλλὰ διαλέγεται πάσαις ὅσαις ἡ ὁμιλία καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ἐγχειρόρροι καὶ καθιδρύεται. Hic enim (si exemplaria nõ mentiuntur) διάλεκτος idem significat quod διάλεξις. Ficin⁹ certè vertit Colloquium.

Διαλεκτικός, οῦ, ὁ, q.d. Sermocinatiuus, seu Sermocinatori⁹. Id est, Ad sermocinationem pertinens. Item Sermocinator, Fabulator, vt Budæus vertit apud Aristotelem, vbi inter σημεῖα τοῦ κοσμίου ponit, ὃν πᾶς κινήσει ἔχει δίκῃ, καὶ διαλεκτικός. i. Qui lubenter sermocinatur, Qui sermocinatione & confabulatione delectatur. B

Διαλεκτικός, οῦ, ὁ, Differendi peritus, seu disputandi, Peritus artis quæ dialectica vocatur. A Platone in Cratylo definitur διαλεκτικός, Qui interrogare & respondere nouit: τὸν δὲ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι ὁπόσα οἶδεν ἄλλο τοῦ καλεῖς ἢ διαλεκτικόν, Idem ibidẽ, de heroibus loquens, καὶ διαλεκτικοί, ἐρωτᾶν ἱκανοὶ ὄντες. vbi videri queat deesse καὶ ἀποκρίνεσθαι. vt in altero illo habes loco. Athen. libro 13, καὶ εἰ οἱ διαλεκτικοὶ σωκελδόντες εἰς τὸν τοῦ συλλογισμοῦ, διαλέγοιντο. Item superlatiuo gradu διαλεκτικώτατοι apud Xenophontem Apomn. lib. 4, Qui differendi facultate maximè valent, vt vertit Budæus. Et ipsa ARS, Διαλεκτική, (sub. τέχνη) Dialectica, Ars differẽdi, vel Disputatrix: vt interpr. Fabius, l. 12, cap. 2, Ita hæc pars dialectica, siue illam dicere malimus disputatricem, vt est vtilis sæpe & finitionibus & comprehensionibus, & separandis quæ sunt differentia, & resoluenda ambiguitate, & distinguendo, diuidendo, illiciendo, implicando. Ab eodem paulo antè Rationalis appellatur. Vide & quæ de hac affert Budæus pag. 255. ex Platone. Item Διαλεκτικός, Pertinens ad artem quæ dialectica dicitur. Et τὸ διαλεκτικὸν Plat. apud quem legitur etiam διαλεκτικὴ μέθοδος, & διαλεκτικὴ γυμνασία, & διαλεκτικοὶ λόγοι. Hinc fit etiam ADVERBIVM Διαλεκτικῶς. Dialecticè, id est Conuenienter arti dialecticæ, seu eius præceptis, Arte dialectica seu methodo, vel Adhibendo methodum dialecticam. seu More eorum qui dialectici vocantur. Plato in Menone, δεῖ δὴ τοιαυτότερόν πως καὶ διαλεκτικώτερον ἀποκρίνεσθαι. Quod exponit, subiungens, ἐπὶ δὲ ἵππας τὸ διαλεκτικώτερον, μὴ μόνον τὰληθῆ ἀποκρίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκείνων ὧν αὐ τοῖς ὁμολογῇ εἰδέναι ὁ ἐρωτώμενος. Plutarchus Sympos. l. 4, πρὸς τοιάδε μὴ ἀπουδῆς τοῖς μὲν διαλεκτικώτερον. B

Διάλογος, ου, ὁ, Sermocinatio, (potius quàm Colloquium vt quidam interpr.) Sermo aliquorum differentiũ, aut confabulantium, Dialogus. Exponitur etiam, Sermo ex interrogatione & responsione constans. Fabius lib. 9, cap. 2, de figuris sententiarum loquens, Sermones hominum assimilatos, dicere διαλόγους malũt, quàm quod Latinorum quidam dixerunt Sermocinationem. A Diogene Laertio in vita Platonis affertur & alia definitio διαλόγου, in qua eius significatio ita restringitur, vt eam sequendo, Luciani διάλογοι fallò ita vocentur. Esse enim ait sermonem de re aliqua philosophica aut politica, in quo decenter expressi sint mores earum quæ introducuntur personarum. HINC Διαλογικός, Ad dialogos pertinens, seu ad dialogorum scriptionem. Διαλογικὰ scripta, (inquit Bud.) sunt ea in quibus personæ introducuntur, vt in dialogis Platonis: ita vt quæ scribuntur, personarum potius autoritate quàm scribẽtis nitantur. AT VERO adiectiui bicomp. Εὐδιάλογος, quod apud Suidam exponitur ὁμόμυλος, exemplũ desidero. P

Διαλογίζομαι, q.d. τοῖς πνα διαλέγομαι, Sermocinor cum aliquo, Colloquor. Eius exempla Budæus pag. 254 affert ex Plut. & Synesio. Animaduertendum est autem otiosam esse præpos. πρὸς hoc in verbo. qui enim διαλέγεσθαι dicitur, is intelligitur τοῖς πνα διαλέγεσθαι, vt qui sermocinatur, sermocinari cum aliquo. HINC Προσδιαλογίζομαι, Sermocinatio. H

C. Ἐπιλέγω, vt τὸ ὅπερ λέγω ἐκείνοις; Dico hoc post illa, Hoc illis subiungo, Dictis addo. (sicut ἐπιπεῖν signif. πρὸς τοῖς εἰρημένοις εἰπεῖν) Interdum verò additur accusatiuus tantùm, sæpe verò neuter. Thucyd. lib. 6, pag. 206, in fine, ὅπερ λέγοντες τυγχάνομεν, τὸ ἄλλῳ οὐτῷ ἐς τὸ ὅπερ τὸ δύμα τὰ τοῦ δημοσθένους προσθήσομεν. Dixerat autem antea, ἐμεγάλυνον, καὶ ἐδόκουν ἐς ὅπερ δήμου κατὰ λύσιν τὰ πεπρωγμένα καὶ ἡ τοῦ Ἑρμῶν πρόκλησις ἠρέθη, καὶ οὐδὲν εἶη αὐτοῖς, ὃ τοῦ μετ' ἐκείνου ἐπραξάχθη. deinde ὅπερ λέγοντες &c. Interdum verò ὅπερ λέγω τοῦτο, Dico de hoc, vt Budæus pag. 661 apud Xenophontem & Aristotelem vertit. Idem verò ὅπερ λέγοντες reddit Simul subiicientes: addens & aliam interpretationẽ, Statim subiicientes & effantes hæc verba: in hoc loco Plutarchi Sympos. 6, de quodam sacrificio loquentis, καὶ τοῦτο οἰκεῖόν τινα τοῖς τοῖς, ὅπερ ἐν τοῖς ἀρχαῖοις ἐξελαύνουσιν, ὅπερ λέγοντες, ἐξω βοῦλιμοι, ἔπου δὲ πλοῦτον καὶ ὑγίειαν. Idem interpr. ὅπερ λέγω, Dicti aut facti rationem subdo reddóque, Hoc iam dictis & præterea addo. Item De facto vel verbo hoc dico. Et apud Xenophontem ὅπερ λέγοντα ἑκάστῳ, Elogium vnicuiq; addentem. Vide plura ibidem, itẽ pass. Ἐπιλέγομαι. Sciendum est autem Politianum apud Epictetum reddere Considerare, sed perperam.

Ἐπίλογος, ου, ὁ, Dictum quod subiungitur ad reddendam eius quod præcedit rationem. Vide Budæum pag. 661, ex Aristotele. Camerarius autem significare ait Dicti explicationem seu applicationem in isto loco Herodoti, κάτω τὰ πλείστα Κροῖσον τὰ ὅπερ λέγω. Fortasse autem signif. Explicatione quæ subiungebatur. ¶ Ἐπίλογος apud rhetores, Peroratio, Orationis extrema pars, Cõclusio orationis. Autor Rhet. ad Heren. l. 2, Conclusiones quæ apud Græcos ὅπερ λόγοι nominantur. Vult B. ita vocari hanc partem, quòd sit quasi iam dictorũ enumeratio. In quo illi nõ assentior. quia licet in epilogo multa ex iam dictis reperiantur, idque breuiter, non tamen inde dictum puto ὅπερ λέγεται, sed quoniam ea quæ ibi dicũtur, supradictis ὅπερ λέγεται, id est, dicuntur post vel vltra supradicta, & illis adiiciuntur tanquam coronis totius orationis. Possumus ὅπερ λόγον interpretari Peroratione, ex Fabio: quippe qui ita scribat libro 6, cap. 1, in fine, Sunt & qui hos μερικοὺς ὅπερ λόγους vocent, quo partitam perorationem significant. Mihi non tam partes quàm species videntur. Siquidem hæc Epilogi & Perorationis nomina, ipsa apertè satis ostendunt hanc esse consummationem orationis. C

C. Προσεπιλέγω, pro ὅπερ λέγω, id est De facto vel verbo hoc dico, & quasi elogium addo. Budæus pag. 661, ex Demosthene.

C. ΚΑΤΑ λέγω, Sigillatim enarro. κατ' ἕκαστα λέγω. Homer. Odyss. γ. Ἀλλ' ὄμοι κατάλεξε ἕκαστα λίστοτα ἔπος τε. Et Od. δ, Καὶ τοῦ τοι πάντα τοῦ κατέλεξε Ἀχαιῶν. Idem Iliad. κ, Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον. ex quo loco, sicut & ex aliis quibusdã, existimat Eustathius eorum opinionem refelli qui λεγῷ pro λαλεῖν extare apud Homerum negarunt.

Καταλέγω alias etiam signif. habet, quas vide suprà in altera compos. à λέγω.

C. ΠΡΟ λέγω, Prædico. Item Præmoneo, Profiteor. Plutar. De Socr. daim. καὶ γὰρ τοῦτο φησὶ καὶ τοῦ λέγειν. Thucyd. lib. 1, τοῦ λέγειν, τὸ τοῦ Μηδικοῦ πολέμου σημεῖον καθεῖλεν, μὴ ἀμφιβόλου πολέμου. Æschines τοῦ λέγειν ὑμῖν ὅτι λίσσε καὶ μικρὸν τῆς πολιτείας ποιοῦσι χρήσιμοι. Demosthenes, τοῦ λέγειν & διαμαρτυρεῖσθαι copulauit cum alibi tum in oratione Pro corona. HINC Προλογος, (q.d. Proloquium, id est Anteloquium) oppositum τῷ ὅπερ λόγος, de quo dictum: modo fuit. nam τοῦ λόγος appellantur ea quæ dicuntur ante cætera. Sed vt ὅπερ λόγος peculiare est rhetoribus, sic τοῦ λόγος comicis poetis, à quibus ita vocatur quæ alicui comœdiæ præfigitur velut præfatio. Aristoteles Rhet. 3 dixit τοῦ λόγου εἶναι ἀρχὴν τὸ λόγου, quod in poesi τοῦ λόγος, & quod τοῦ αὐλοῦ nominatur ἐν αὐλῇ. Ibidem, ὅπερ ἔχουσι δυνάμει ὅλον τοῦ δ' ἐκμάτων οἱ τοῦ λόγοι καὶ τοῦ ἐπῶν τὰ τοῦ οἰμα. Demetr. Phaler. καὶ πρὸς Μενεκράτη δὲ ὁ τοῦ λόγος τῆς Μεσσηνίας. (Item in numeris, τοῦ λόγος & ἐπιλόγος, qui Boethio Dux & comes, vt scribit B. p. 172. Vide & alias significationes apud Hesychium.) AB HOC, Προλογίζειν factum est, pro Præfari. Solent autem qui argumenta in comœdias scripserunt, dicere eum τοῦ λογίζειν qui primus in scenam prodiens verba facit, vt in Pluto Aristoph. dicitur τοῦ λογίζειν Κᾶρίων seruus: in Ranis autem Ξανθίας. Sed à Suida τοῦ λογίζω exponitur τοῦ πρότερος λέγω; id est Prior dico.

A T Προλελεγμένοι apud Homerum ab altera verbi λέγω significatione, pro Qui delecti & ante alios collocati fuerunt, vel Delecti ad tenendum primum in acie locum, vel Delecti vt sint præstites in acie. Eustathius exponit ὅπερ λεγόμενοι τοῦ προλεγμένοι ὡς τοῦ προτεταγμένοι, in isto versu Homeri, Il. ν, Οἱ μὲν Ἀθηναίων τοῦ προλελεγμένοι. A

¶ Λόγος, ου, ὁ, Dictum, verbum. vel Sermo, Oratio, Verba. Plato Sympos., ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος οὐ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. id est, Nam scitum est vetus illud dictum, simile semper se adiungere simili. Vel, Vetus illud verbũ, vt Terent. Scio tamẽ λόγος ibi exponi etiã Prouerbiũ, (sicut Verbũ apud Ter.) sed possumus reddere & Dictum prouerbiale, (liceat enim ita παροιμιακὸν interpretari) ad retinendam vocem illam Dictum, eodem planè modo à Dico formatam quo λόγος à λέγω. (Quod λόγος tamen in hũc locũ reiecti, propter aliarum quas habet præterea significationum varietatem) Itidem porro dixit Philo, πίστις γὰρ, (ὡς ὁ παλαιὸς λόγος) τοῦ ἀδήλων τὰ ἐμφανῆ. Rursũ verò Plat. Polit. 1, λόγον appellat hæc quæ Themistocles Seriphio cuidã respondit, Nec hercle, si ego Seriphius essem, nobilis: nec si tu Athenienses esses, clarus vnquam fuisses. Itémque hæc, Nec in summa inopia leuis esse senectus potest &c. subiungit enim illi Themistoclis responso, καὶ τοῖς δὴ μὴ πλουσίοις χαλεπῶς δὲ τὴν ἡλικίαν φέροιεν, οὐ ἔχει ὁ αὐτὸς λόγος, ὅπερ οὔτ' ἂν ὁ Θεμιστοκλῆς &c. id est, Quod Themistoclis dictum accommodari potest ad eos qui &c. Vel (vt Cic. vertit) Quod eodem modo potest dici. Sic apud Herodianum πάντες λόγοι τοῦ πάθους, & apud Synesium, τοῦ πάθους ἢ λόγος, Dicto citius. Et apud Platonem, οἱ λόγοι καὶ ἔργα, dicta & facta. Sed frequentius occurrit λόγος pro Sermo, Oratio, Verba. Xenoph. Hellen. 4, ἤρξατο λόγου ὁ Φαρνάβαζος. καὶ γὰρ ὁ Τισσοφέρνης, inchoauit sermonem. Aristoph. Nubib⁹. ἐκεῖνος δ' ὅθεν ἀπορπάσας με τὸν λόγον, μετέθηκε, pro ἀπόρπασε μοι τὸν λόγον, abrupuit mihi sermonẽ, seu interpellatu. Isocr. in enc. Euagoræ, τοῦ μὲν οὖν Κύπριος ἄλλος ἡμῖν ἔστω λόγος, de Conone alius nobis erit sermo. Ita quidẽ ad verbũ, sed Latinius dixeris, De Conone alius erit dicendi locus. Aut etiam simplicius, De conone alibi à nobis dicetur. B

Λόγος, (sicut & plurali λόγοι) alicubi redditur aptè & nomine plur. Verba, vt τί δεῖ λόγους; quod Latinè Quid verbis opus est? Aristot. Rhet. 2, τοῦ ὧν γὰρ ἴσα μὴ καὶ κακῶς, οὐδὲν ἔτι δεῖ λόγου. Demosth. Olynth. 1, ἡλίκα γ' ὅσι τοῦ διαφορᾷ, ἐνθάδε ἢ ἐκεῖ πολεμεῖν, οὐδὲ λόγου τοῦ δεῖν ἡγούμεθα. Cõmodè λόγον reddiderimus nomine hoc Verba, in aliis etiam quibusdam loquendi generibus: præsertim verò vbi λόγῳ & ἔργῳ opponuntur. sic enim Latini inter se opponunt Verbis aut Verbo, & Re, vel Re ipsa, aut Reuera. Thucyd. libro 1, τῷ μὲ λόγῳ ὅπερ τὸν Ἑλληνικὸν πόλεμον, τοῦ δὲ ἔργῳ τὰ τοῦ βασιλέα τοῦ πρὸς βουλόμενος τοῦ ἀγῶνος. Et lib. 6, λόγῳ μὲν δὴ, τῷ ἡμετέρᾳ δυνάμει σύζοι αὐτῆς, ἔργῳ δὲ, τῷ αὐτῷ σπουδῇ. Sic Isocr. in Panath. λόγῳ μὲν, ὅπερ θέρος, ἔργῳ δ' ὅπερ κλοπίαν δεῖν τὸν τῆς ἀρχῆς καταποιοῦσιν. (Idem verò alibi τοῦ λόγου & τῆς ἀληθείας inter se opponit, vt hic λόγῳ & ἔργῳ. Apud Thucydidem autem aduersatur etiam τοῦ ὄντος huic τοῦ λόγου): & sunt qui λόγον in huiusmodi locis exponant, Prætextum vel Simulationem. Sed & in aliis quibusdam dicendi formulis inter se opponuntur λόγος & ἔργον. Interdum iungitur datiuus λόγῳ cum εἰπεῖν, dicitúrque λόγῳ εἰπεῖν, vt Lat. Verbis consequi. Herodian. lib. 8, οἷον εἰπεῖν ὅτι λόγῳ τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῷ ἔστιν, Nemo verbis vllis consequi possit, vel Vlla oratione consequi. Exponitur & Oratione complecti, in simili Demosthenis loco. Est autem velut παρέλκον ibi hic datiuus: at in isto Thucyd. loco, lib. 1, καὶ ὅσα μὲ λόγῳ εἶπον ἕκαστοι, sunt qui λόγῳ exponant Orando, vel In iis quas habuerunt orationibus. (In v. l. afferrur & λίσον λέγειν ex Demosthene, sicut λόγοις λέγειν ex Aristophane, pro Verba facere. (de quo loquendi genere dicam & paulo post) Sed quod attinet ad prius illud εἰπεῖν λόγῳ ex Herodiano prolatum, eò referri possunt hæ loquendi genera, λόγου κρεῖττον & λόγου μεῖζον. ita. n. appellant quod nemo possit λόγῳ εἰπεῖν. Thuc. l. 2, νομίσαντες γὰρ κρέαστον λόγου τὸ εἶδος τῆς νόσου, morbi species huiusmodi quæ nulla oratione explicari posset. Ad verbũ, Superior oratione, id est omni facultate orationis. Interdum additur & παντός, vt in isto Philonis loco, πῶς οὐκ ἐμάχετο καὶ παντὸς λόγου κρεῖττον καὶ θέσπιν. Itidem verò dicunt λόγου μεῖζον, παντὸς λόγου μεῖζον. Et ὑπὲρ λόγον apud Gregoriũ, Suprà quàm dici potest. Præterea legitur ἑνὶ λόγῳ & ἑνὶ ᾧ λόγῳ εἰπεῖν, vt Latinè Vno verbo, vel Vt vno verbo absoluam. (Et pro eodem ὡς εἰπεῖν λόγῳ, vel secundũ alios Vt ita dicã, aut Propè dixerim) Vocabulum λόγος redditur aptè Verbum & in hoc loquendi genere, λόγου ἕνεκα, seu λόγου χάριν. itidem enim Latini dicunt Verbi causa, & Verbi gratia. Aristoteles Ethic. libro 6 capite 12, ἔστω γὰρ, λόγου χάριν, τὸ τυχόν. Quinetiam λόγος singul. (sicut & plur. λόγοι) dicunt Græci eo sensu quo Latini Verba (& nos quoque ad verbum Paroles. quũ dicimus, Ce sont paroles. vel, Ce ne sont que paroles. quòd à nobis Itali mutuati dicunt eodem sensu Parôle, pro Fabula. i. mendacia) Λόγος, inquit B. interdum pro vanitate & mendacio ponitur, vt Verba Latinè. Demosthenes, λόγος τοῦτο καὶ τοῦ γραφῆναι τὸ παράμαπτε ὅτι, verba sunt hæc, & impostura à proposito vos abducens. Idẽ pag. 171, λόγοις λέγῳ exponit Inaniter verba fundere, & Verba loquaciter facere. quo crediderim modo exponi debere & apud Aristoph. non simpliciter, Verba facere, vt habent v. l. Sed hoc addo iis quæ à Bud. de hac signif. nominis λόγος dicuntur, Græcos interdum ei adiungere aduerbium ἄλλως. vt Plutarchus in Sympos. sept. sap. λόγος ἔφη, τοῦτο ἄλλως ἐστὶν. Synes. μὴ λόγον ἄλλως οἰκθῆς τῷ πάρεγγυον. Idẽ alibi μὴ λόγον ἄλλως οἰκθῆς, τὸ μηδὲ μάχεις ἀλλὰ τοῦ δεῦρο κεχρῆσθαι θαλάττῃ. Sed & Fabulæ Æsopicæ, λόγοι Αἰσωπικοί. & in sing. itidem λόγος. Bud. 174. Cæterùm λόγοι apud Homerum extare falsò negarunt quidam ex vet. gramm.: quum apud eum legamus Od. α, Αἰεὶ δ' μαλακοῖσι καὶ ἀμυλίοισι λόγοισι, mollibus & blandis verbis. Vtitur & Hesiodus. Vide Λοξοπιός.

Λόγος, de Dei Filio apud Ioannem, ab aliis Verbum, ab aliis Sermo, & rectius. qua de re lege annot. in Test. nouum. (simúlque quos peculiares vsus ibi habebat.)

Λόγοι, (sicut & λογοι) in variis loquendi generibus redditur Sermo, Oratio. (Sunt enim peculiariter λόγοι Orationes eorum qui oratores vocantur, vt Demosth. Ciceronis. & aliorũ. Sed & πολιτικοὶ λόγοι ex Aristot. Ciuiles causæ) Illorũ autẽ loquendi generũ exempla proferã, prius tamen aliqua præterea eorum in quibus habetur singul. λόγος. Thuc. lib. 1, καὶ τὰ ἐκβολὰ τῶν λόγου ἐπεκτάμην, digressionem orationis. Plutarch. De puer. educ. ἐπαιάγω δὲ τοῦς τῶν ὀρχῆς τῶν λόγου ὑπέθεσιν. Idem De orac. def. ὀρῶ τοῦ μεταστάσεως καὶ φυγῆς τοῦ δαιμονίων ἀφῆκε λόγον, αἰαλαζεῖν δίκαιός ὄσι. Lucianus De salt. ἐπὶ δὲ κῷ τὸν Νέρωνα ἐσιδὼ τοῦ λόγου. Ibidem, ἀλλὰ κἀνεῖς τῶν Κρητῶν ἀφίκη τοῦ λόγου. Ibidem, ἄξιον δὲ ἐπεὶ τὴν Ἰνδικὴν καὶ τὴν Αἰθιοπίαν διεξελθεῖν θαμβῶ, καὶ ἐς τὴν γείτονα αὐτῶν Ἀίγυπτον καταβῆναι τοῦ λόγου. Et vt Lat. dicũt Verba facere, sic Gr. λόγους ποιεῖσθαι. quod & pro Orationem habere. Isocr. Areop. ἐγὼ δὲ εἰ μὲν τοιαυτάτων πίστεις ἀγῶν ἡμῶν καὶ καινῶν τοῖς λόγοις ἐποιούμην, εἰκότως ἂν ἔχοιν τῶν ἀπάντων τούτων. Dicit verò & λόγον ποιεῖσθαι eadem significatione. Ἐν λόγοις τοῦ, Hominum sermone celebrari, Bud. ex Xenophontis Cynegetico. Λόγον ἠγωνιζόμην, Thucydides, Habito sermone. Et πολλῶν λόγων ἠγωνιζόμην apud eundem, Multis vltro citróque dictis. Εἰς ποιοῦσι λόγοις ἐμπίπτειν, Demosthenes, In hunc sermonem incidere, vel In hunc sermonem delabi. Xenophon autem dicit etiam ἀφικνεῖσθαι εἰς τὸν δὲ τὸν λόγον, q. d. Deuenit in hunc sermonem. Ἐν τοῦτοις τοῖς λόγοις ἦσαν. Xen. Pæd. 4, In hoc sermone erant, pro Sermo illis erat de his rebus. Λόγον ἐμβάλλειν τοῦ τινος, vel λόγοις, Xen. & Isocr. Sermonem de re aliqua iniicere. quod & Iacere sermonem dicitur. Item τοῦ φέρειν λόγον, vt Latinè Inferre sermonem. Herodot. τοῦ φέρε Δαρείῳ λόγον τοῦδε. (Sed & apud Platonẽ τοῦς οἷς τοῖς λόγοις τοῦ ποιοῦσι, exponitur Apud quos verba faciet) At διδόναι λόγον, Dare vices loquendi & percunctandi, & vicissim respondere percunctanti. Budæus pag. 174, ex Plat. Sed apud eundem Platonem, διδόναι λόγοις exponitur etiam Dare potestatem dicen-

di, seu veniam: vt De leg. libro 11, δόπω δ' καὶ τοῦ λόγοις A
ἴσις, parem det potestatem dicendi. Sic apud Thucy-
didem libro 3, ἀλλ' αὖτοὶ λόγον ἠτησάμεθα, potestatem di-
cendi (seu veniam) petiimus. Itē διδόναι λόγον, Causæ di-
cendæ potestatem facere: & λόγου τυχεῖν, de iis quibus
facta est hæc potestas, Bud. 174. At Synes. dixit μηδε-
νὶ λόγον δοὺς, epist. 61, pro Cum nemine loquutus. Idem
verò dixit αὐδοὶ κ' θεαχὺ δόνημοι ἐ λαβοντ τὸν λόγον, pro
Quocum paucis eram colloquutus. Herodotus autem
dixit in Thalia, ἐν τῷ ὀκτωπε τῆς ὁδοῦ ἐδίδοσαν αὐτῖσι B
τοῖσι λόγοις. quod exponitur Cōtulerunt inter se sermo
nes. Dicitur etiam aliquis ἑαυτῷ λόγον διδόναι alia signif.
vt docebo in Λόγος significante Rationem.

Λόγος, Sermo, vel Rumor. (sed à Latinis itidem Ser-
mo pro rumore in nonnullis loquendi generibus vsur
patur) Thucydides libro 6, δῆλον ἦν ὁ λόγος, ὅτι &c. Plut.
De def. orac. παρὰ τὸν λόγον ἐν Ρώμῃ σκεδασθεῖσα, Rumo
rem sparsum fuisse, vel Famam rei dissipatam fuisse. Et
plur. apud eundem in Sertorio, λόγοις διαδιδόναι, Rumo
res in vulgus disseminare. Et λόγος κατέχει, apud eundē C
in Color. Sic autem Latini sermonem pro rumore vsur
pantes, dicunt Sermo datus per totam ciuitatem, & Di-
spersus sermo, vel dissipatus, & Increbuit sermo: item
Serere sermones. Et pro eo quod hi dicunt, Vt fama
est, Vt ferunt, illi ὡς λόγος, subaudientes ὄντ. Herodian.
lib. 1, κομιδῇ ὑπὸ Τροίας, ὡς λόγος. Philo, πάρα ὦν (ὡς λό-
γος) δεῖ τὸ μὴ πόρρω ζώνης διαικεῖσθαι ὦφελεῖ). Sed interdū λό
γος ἔχει dicunt, sequente infinitiuo, vt apud Philonem,
Λιψ, ὁ, est etiam venti nomen. Aristot. De mũdo, τῶν ζεφύρων λιψ ἄνεμος, ὁ ἀπὸ τῆς χειμερινῆς δύσεως πνέων, Africus ex Fauoniis spirat ab occasu brumali. Gell. lib. 2, c. 22, Fauonius, qui Græcè vocatur ζέφυρος. is aduersus Eurũ flat. Tertius Africus, qui Græcè vocatur λιψ. is aduersus Vulturnum flat. Plin. lib. 2, cap. 47, A meridie Auster, & ab occasu brumali Africus. νότος & λίβα nominant. Et l. 18, c. 34, Ex aduerso Aquilonis ab occasu brumali Africus flabit, quem Græci λίβα vocant. Vbi notandum, sicut νότος à νοτὶς dicitur denominatus, ita λίβα à λίβω, seu λιψ aut λιβάς. VNDE Λιβόνοτος ET Λιβοφοίνιξ, Libonotus. Aristot. De mundo, τὸν δὲ ὅπῃ πάτερα μεταξὺ λιβὸς καὶ νότου, οἱ μὲν λιβόνοτον, οἱ δὲ λιβοφοίνικα καλοῦσι, Qui spirat altrinsec inter Aphricum & Austrum, hunc alii λιβόνοτον quasi Africaustrũ, alii λιβοφοίνικα vocãt. Plin. lib. 2, c. 47, Inter λίβα & νότον, compositũ ex vtroque medium, inter meridiem & hybernũ occidentem, λιβόνοτον. Ab eodem λιψ, est ET Λίβυς, Afer, Libys, Pœnus: qui ex regione versus λίβα sita oriundus est. Herodian. lib. 7, de Gordiano, Ἀφρικανὸν ἐκάλεσαν ἀφ' ἑαυτῶν. οὗτον γὰρ Λίβυες ὑπὸ Μεσημβρίαν τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καλοῦσι. ‖ Λίβυς dicitur etiã de vento Africo in Epigr. pro λιψ. ‖ Item Λίβυς λωτὸς & Λίβυς αὐλὸς, Libyca fistula. dicitur autem Λίβυς αὐλὸς (vt Duris apud Athen. l. 14 tradit) quoniam Syrtes, qui primus πρὸ αὐλητικῶν inuenisse putatur, erat Λίβυς τῶν Νομάδων, ὃς καὶ πατὴν λυσε τὰ μητρῴα τοῦτο. Euripid. Alcest. Οὐ γὰρ πω' οὔτ' αὖ βαρβίτου ἔρημ' ἔτι, Οὔτ' αὖ φρεν' ἐξαρίμα τοῦς Λίβυν λακεῖν Αὐλόν. Sunt etiam quidam serpentes Λίβυες, quos Nicãdri schol. in Ther. vocat ἀμμώδεις, quoniam tales plerunque in Libya reperiũtur. Nicand. in Ther. quædam κιὼπτα ἀβλαπῆ enumerans, Οὓς ἔλοπας, λίβυας τε πολυστρέφας τε μυάγρους Φεᾶζον). ‖ Λίβυς est etiam nomẽ proprium viri. Fœm. EST Λίβυσσα, Africa, Punica, vt λίβυσσα ὄρνις. i. struthocamel⁹, apud Suidam. Et ἡ Λίβυσσα, mare Libycum seu Africum. Callim. apud Athen. lib. 2, de vino, — κυμαίνει δ' οἶα Λίβυσσαν ἅλα Βορῆς ἠὲ νότος. Libycum mare dicit Plin. At de Λίβυσσα ἀνῆδων vide Hesych. ‖ Λίβυσσα dicitur etiam castellum Bithyniæ maritimum: cuius gentile Λιβυσσῆς. Steph. & Plin. Ipsa autem Libyum regio DICITVR Λιβύα. Plin. initio lib. 5, Africam Græci Λιβύαν appellauere: & mare ante eam, Libycum. Od. δ, Καὶ Λιβύλιν, ἵνα τ' ἀρνες ἄφαρ κερεοὶ πελέθοισι. Plut. Symp. ὡς Ὀκταβίου ὂν Λιβύης ἔτι δοκοῦντα. (‖ At Λιβύας Hesych. exp. παὶ μελαίνας ὑδρίας ὅθεν τοῖς πάφοις πηγοῦσιν) A Λιβύα est ADVERB. Λιβύηθεν, Ex Libya, Ex Africa. ET Λιβυκὸς, ὁ, Libycus, Africus, Punicus. Epigr. lib. 2, Νῶν Λιβυκοῖς κανθωνας ὀχεύμενος, inuectus asinis Libycis. Et Λιβυκὸν πέλαγος, Strab. Libycum mare, Plinio. Ath. lib. 2, Λιβυκὸν πέλαγος, & Λιβυκὴ βολβοί. Et apud Plin. lib. 20, c. 10, Libycus asparagus, qui & syluestris asparagus, item corruda. Et Λιβυκὸν θηρίον, Suid. τὸ ὀξυλλαβῆρον. quo pertinet prouerbium de Africa. Et Λιβυκὴν ὄρνεον, τὸ μέγα. vide eundẽm. Λιβυκοὶ λόγοι, fabulæ Libycæ, à quodam Libye inuentore, vt Chamæleon apud Hesych. tradit. Aristot. Rhet. 2, de exemplo, πότε δὲ ἐν μῦθῳ τοῦ βολῆ, ἐν δὲ λόγοι, εἶον οἱ Αἰσώπειοι καὶ Λιβυκοί. A Λίβυς autem & Λιβύα sunt & hæc COMPOS. Λιβυφοίνιξ, ὅ, ὁ, Qui Libyam frequentat. At Hesych. ex Iuba, ὁ ὅπῃ κιόδρος Λίβυσι. ET Λιβυφοίνικες apud Plin lib. 5, c. 4. qui Byzãtium incolũt. Sunt autem Βύζαντες Stephano λίβυες τοῦ Καρχηδόνα. ET Λιβυαγῶνες apud eundem Plin. lib. 5, c. 8, quos interiori ambitu Africæ ad meridiem versus supérque Gætulos, interuenientibus desertis, primos habitare scribit.

ΛΙΒΑΝΟΣ, ου, ὁ, Thus. à λίβω significante stillo. scribit enim Plin. lib. 11, c. 14, thuriferam arborem succũ quendam amygdalæ modo emittere: & prægnanti cortice incisso, prosilire inde spumam pinguem. Ibidem dicit etiam thuris guttas. Apud Diosc. lib. 1, c. 82, λιβανος σταγόνας, (à stillando dictus) ἄπυρος, ῥιδινὸς, λεσβίας, qui & Κοπίσκος: & ἀμωμίτης, & ὑοσβίας, qui guttis minoribus ciceris magnitudine destillat. Et μανία λιβάνου, micæ thuris cõcussu eliuæ. Vide Theophr. lib. 9, cap. 4. & Diosc. loco citato: & Plin. lib. 12, c. 14. ‖ Λίβανος dicitur etiam ipsa arbor thurifera. vt Theophr. lib. 9 c. 4 dicit σμύρναν habere φύλλον τοῦ λιβάνου. Et φλοιὸς λιβάνου apud Diosc. l. 1 c. 83, cortex thuriferæ arboris. nam thus pro ipsa arbore à Latinis vsurpatum non reperio. Columella thuream plantam vocat, & Virg. thuream virgam: Plin. arborem thuriferam. ‖ Itẽ mõs à tergo Tyri insulæ, Plin. lib. 5, c. 20. VNDE Λιβανομαντις, qui e thure incenso vaticinatur. Eust. θυσκόος, ἐμπυροσκόος & λιβανομαντὴς vocari à veteribus tradit τὸ ὀξὺ τοῦ ὀσφυμα μόνον μαντευόμενος. ET Λιβανοπάλης, ου, ὁ, Qui thus vẽdit. Poll. ET Λιβανοφόρος, Thuriferus. Ath. lib. 12, λιβανοφόρος χώρα. ET Λιβανώδης, ες, ὁ & ἡ, Thureus, Thus referens, Thuris modo odoratus. ET Λιβανικὸς, itidem Thureus. AT Λιβανῖτις proprium nomen deæ cuiusdam, ex Luc. ITEM Λιβανωτὸς, οῦ, ὁ, ET Λιβανωτὶν, οῦ, τὸ, Thus: tantùm pro liquore thuriferæ arboris concreto, non etiã pro ipsa arbore. λίβανος verò vtrũq; signif. Aristoph. Ranis, λιβανωτὶν δίδρο τις καὶ πῶ δ' πῶ ὀπῶ αὐ δῦξιο μαγ. Idem in Pluto, εὐ λιβανωτὶν γὰ δότεω. Et λιβανωτὸς ἀθάλη, siue λιγνὺς, thuris fuligo, apud Diosc. Et λιβανα τοῦ δένδρον apud Theophr. loco citato, arbor thurifera, λίβανος. Masc. gen. reperitur apud Theophr. & Plut. at neutro ex Herodoto affertur. Suidas vtrunque agnoscit. ait enim, λιβανωτὶν καὶ λιβανωτὸς, ὁ καρπὸς τοῦ λιβανου. λίβανος ἡ, αὐτὸ τὸ δένδρον. Apud Hippocr. verò est & λιβανωτὸς καρπὸς. quo nomine Galen. thus significari existimat: tunc autem pro thurea planta caperetur. VNDE Λιβανωπώλης, ου, ὁ, Qui thura vendit. Cratin. apud Athen. lib. 14, Οἰκεῖ τις, ὡς ἔοικεν, ἐν τῷ χάσματι Λιβανωπώλης. suprà λιβανοπώλης. ET Λιβανωπωλέω, Thus vendo. Poll. ex Aristoph. ET Λιβανωφόρος, ου, ἡ καὶ ἡ, Thuriferus. vt λιβανωφόρος χώρα apud Ath. lib. 12. Et ἡ λιβανωφόρος sub. χώρα, pro eadẽ. Plut. Apophth. de Alex. ὅθεν θυμῶν ὁ ἵππος θεοῖς ἀφειδῶς αὐτῷ, καὶ πολλακις ὅθεν φαθὶ ἀνῶν τοῦ λιβανωτοῦ, παρὼν Λεωνίδης ὁ παιδαγωγὸς, Οὐ πῶς (ὅπῃ) ὦ παῖ δὲ ψιλῶς ὅθεν θυμιάσεις ὅταν τῆς λιβανωφόρου κρατήσῃς. Sic Plin. lib. 12, c. 14, Alexãdro magno in pueritia sine parsimonia thura ingerenti aris, pædagogus Leonides dixerat, vt illo modo, quum deuicisset thuriferas gentes, supplicaret. ITEM Λιβανωτεὶς, Thurea planta. Plut. in lib. περὶ ἀθυμ. ex Carneade, αἱ λιβανωτίδες, κἀν ἀπανωθῶσι, πολὺ ἀωδίαν ὅθεν πολὺ χρόνον αἰαφέρουσι B. verò ita hunc locum interpretans, Odorata rorismarini fruteta, quanuis accisis stirpibus aut etiam cõuulsis exhausta, suaueolentiam tamen ad multum tempus referũt, videtur legisse λιβανωτίδες. NAM Λιβανωτὶς est Rosmarinus. Plin. lib. 19 sub finem, Libanotis odorem thuris reddit, murrha myrrhæ. Et mox, Quidam eam nomine alio rosmarinum appellant. Et lib. 20, c. 16, Altera [cunilago odorem habet] thuris, quã libanotidem appellamus. Hæc ille. Λιβανωτὶς autem dicitur quoniam eius radix ὄζει λιβάνου, vt Diosc. tradit lib. 3, c. 87, Nicand. Ther. ἄμμιγα καχρυφόρῳ λιβανωτίδι.

ΛΕΙΟΣ, ου, ὁ, Lævis, Athen. l. 7, λεῖος ὡς ἔγχελυς. Luc. Tim. ad Plutum, ὡς δὲ λεῖος εἶ καὶ ὀλισθηρὸς καὶ δυσκάθεκτος καὶ δραφυκπκὸς, lævis & lubricus, & retentu difficilis. Aristot. de polypis, πορεύεται δὲ ὅτῃ τὸ τραχὺ, τὸ δὲ λεῖον φεύγει. Vnde Plin. Soli mollium in siccũ exeunt, dunraxat asperum: lævitatem odere. Theophr. τὰ ὕπλια πωδίστερα καὶ λειότερα. Quæ ira Plinius, Foliorũ pars inferior à terra herbido viret colore: ab eadem lævitatem. Thuc. lib. 2, ὅσα ὑφαπτά τε καὶ λεῖα, texta & lævia. Item ex Epigr. λεῖος πετραίων, lævis nec asper saxis. Et τὸ λεῖον, Lævor, Lævitas: vt τὸ θερμὸν, calor. Item Pul-

uis. ex Aristot. 4. De hist. ani. Metaph. quoq; accipitur, vt λεῖα ὀνόματα apud rhetores, τὰ γλαφυρὰ τῶν ἔχοντα, videlicet τὰ ὀξὺφωνήεντων, ἢ παύτων, ἢ ὀξὺ πλείονων: vt αἴας. quibus opponũtur τὰ βαρέα, vt βέβρωκε. Item apud Plut. ad Colot. λεῖα καὶ τοῦ σοῦ κινήματα τῆς ὀρχήσεως. In Epigr. λείη ἡσυχίη. Aristoph. λεῖον τὸ θῦμα καὶ καθεστῶτος. vbi potest accipi pro Placidus. (nam Lævis eo sensu vsurpatum apud Lat. non reperio) Tullio est Dulcedine mouẽs, apud Aristippũ, λεῖος εἰς κίνησιν ἀναδιδόμενος, dulcitudine sensum mouens. ‖ Hesych. λείας exp. etiam ὁμαλὰς, ἀθείας. nã quæ cõplanata sunt, lævia sunt, nõ aspera. λεία ὁδὸς, Od. κ, Via plana, id est Vehicularis, ἡ ἁμαξιτὸς. Et λεία eidem Hesych. τοῦ σοῦ καὶ κλή. ‖ Λεῖα dicuntur etiã quæ trita & infricata sunt, & ex grumosis scrupeisq; in lævem puluerem redacta. vnde λειοτριβεῖν, ita Conterere vt lævia fiant. vt λείων τὸ θεῖον τοῦ πατροῦ, Sulphuris insperso puluisculo. AT Λεία, ας, ἡ, Instrumentum lapicidarum, complanandis poliendisque & lævigandis lapidibus aptum. Poll. lib. 7, sub finem cap. 26, καὶ ἐργαλεῖα τῶν λαπίδων ὀνομάζει λείας καὶ γλαφυρίδας. SED Λεῖα dicũtur Lapides quos textores stamini appẽdũt, vt fila magis contendantur. Pollux libro 7, sub finem capitis 10, ἀγνυθες δ' καὶ λεῖα, οἱ λίθοι οἱ ὀξυπτηκῶν τῶν σημάνων χῦ ἢ ἀρχαίαν ὑφαπκίν. forsan quia pondere suo stamẽ quasi cõplanant. nàm eo pondere sublato fila plana nõ sunt, sed quædam assurgunt.

Λειότης, ητος, ἡ, Lævitas, Lævor. Theophr. τῶν ὁδῶν πολλαὶ διαφοραὶ πλήθει τε φύλλων καὶ ὀλιγότητι, καὶ τραχύτητι καὶ λειότητι, καὶ χροιᾷ καὶ ἀυσμίᾳ. Quæ ita Plinius, Differunt rosæ multitudine foliorum, asperitate, lævore, colore, odore. Plut. Erot. ἀτίμων ὑπὸ λειότητος καὶ τραχαλισμοῦ θλιβομένων. Idem de deo Socr. θαυμαστὰ τῆς καταστοιβαῖς ὑπὸ λειότητος ἐνδιδῶσι τοῦς τὸ κινοῦν. Et λειότης πτηρῶν apud eũdẽ, Lævor & Lubricitas. Item λειότης ὀνομάτων apud rhetores & gramm. Lenitas, quum videlicet consonantiũ crebra συγκρουσις non fit, aut fit quidem sed quæ aspera non fit. nam & in hoc loco Hom. λιγὺς ἐξ ἐιὸς, λειότης inesse dicitur.

Λεώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Lævis. Planus, ὁμαλὸς, Suidæ. Item nomen proprium, vt idem annotat, & Etymol.

Λειόω, ῶ. F. ωσω, Lævigo, Lævo. id est Lævem reddo, Complano, & asperitatem omnem tollo. ‖ Item Friando & conterendo, ex grumoso & scrupeo atque aspero in lævem puluerem redigo. idem quod λειοτριβέω, seu εἰς λεπτὸ τρίβω, διακόπτω. nam & ita exponitur. VNDE Λείωμα, ατος, τὸ, Idipsum quod lævigatum & complanatum est. Item, Id quod friando & conterendo in puluerem redactũ est. Tritum, Lomentum. ET Λείωσις, Lævigatio, Ipsa actio lævigandi seu lævem & lubricum reddendi. Exponitur in v. l. Euacuatio, Resolutio.

Λειαίνω, Lævigo, Lævo. vt λειόω. Iliad. ε, de quodam fabricante arcum corneum, Πᾶν δ' ἐν λειήνας, χρυσείῳ ἐπέθηκε κεροῶνι. Item Complano. vnde apud Hesych. λειανῶ, λείαν καὶ ὁμαλὼ ποιήσω. Il. ο, Αὐτὰρ ἐγὼ τοῦ παροιθε κιὼν ἵππῃσι κέλευθον Πᾶσαν λειανέω, βρίψω δ' ὕρωας Ἀχαιοῦς. Od. θ, Λείηναν δὲ χορὸν καλὸν δ' ἔθεωναν ἀγῶνα. i. λεῖον ἐποίησαν, vt Hesych. exp. Philo De mundo, πάντα δὲ ὀξὺ πάντων ἤδη λελαίανται, in planitiem abiisse. ‖ Λειαίνω exponitur etiam Mollio, Tero, Molo, Pinso, Subigo.

C. Ἀλείαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui lævigatus aut complanatus nõ est, aut lævigari & complanari nequit. Exponitur etiàm Nõ molitus. AT Εὐλειαντος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui facilè lævigatur aut complanatur. Qui facilè conteritur. vt εὐλείαντος τῶ φῶ, Cibus qui facilè molitur.

C. ΣΥΛλειόω, Contero, Vnà tero & frio.

Λειαίνω, Lævio, Polio, Complano. idẽ quod λειαίνω. Philo De mundo, μέχρις αὖ τὸν τύπον λειάσασα λήθη, ἀμυδρὸν ἐργάσηται ἢ παντελῶς ἀφανίσῃ, interliniens & complanans. ‖ Item, Contero, Frio, Comminuo: vel potius, Conterendo friandoque & molendo, ex asperis & scrupeis in lævem puluerem redigo. Aristot. l. b. 2, animal. λειαίνει αὐτὸν κρίμνα, molit & comminuit vt furfures crassiores.

Λειαντὴς, οῦ, ὁ, Lævigandi vim habens, vt λειαντικὸς οἶνος, vinum cui facultas est lævem & lubricum reddendi. Aristot. Probl.

A C. ΑΝΑλειαίνω, pro simplici λειαίνω. At in v. l. Contero.

C. ΑΠΟλειαίνω, Lævigo, Cõplano. Itẽ Cõtero, Comminuo.

C. ΕΚλειαίνω, Lævigo, Complano. Item Contero, Comminuo.

c. 2. Συνεκλειαίνω, Simul tero & comminuo.

C. ΠΡΟλειαίνω, Ante lævigo, Ante mollio, Antè cõplano. vt ὁδὸν τοῦ προλειαίνειν, apud Chrysost. Complanare viam ante. Item Ante contero, Ante comminuo.

C. ΥΠΟλειαίνω, Aliquantum lævigo & lenio.

¶ Λείαξ, idem quod λεῖος. v. l. Etymol. deriuat à λεῖος, sed nõ exponit. At PRO Λειάδες apud Hesych. quod exponitur λειμῶνες καὶ καὶ ὑυγροὶ τόποι, puto scribendum Λεβάδες: quod fit à λέβω sicut λιβάδες à λίβω: vt (sicut λέβηθρον & λειμῶν) λεβὰς fit locus riguus, qualia sunt prata.

ΛΕΙΠΩ, Fut. ψω, Pr. φα, (Pro quo potius in vsu est medũ præt. λέλοιπα,) Linquo, (quod verbũ magis alioqui poeticum quàm oratorium, ab hoc λείπω factum crediderim, vt dictum fit Liquo pro Lipo, deinde Linquo, interiecta litera n) Relinquo. Odyssea 15, de Cyclope, Αὐτίκα δ' εἰς ἄρα πάντος ἤλασε πῖονα μῆλα Πάντα μάλ', οὐδὲ τι λεῖπε βαθείης ἔκτοθεν αὐλῆς, in spelũcam oues omnes compulit, nec vllã reliquit extra caulam. Item pro Relinquo, ea significatione qua dicimur hæredibus aliquid relinquere. vt Il. ad. β, v. 107, de sceptro, Ἀτρεΐδῃ δ' ἄρα τοῦ γε θεοὶ πόρον Ἡφαίστοιο. Et versu proximè sequenti, Αὖτ' ἄρ' ὁ αὖτε θεοῖς Ἀγαμέμνονι δῶκε φορῆναι. Apud eundem poetam de sceptro dicitur etiam, — ἐπεὶ ἢ τοῦ τοῦ τοῦ τοῦ ὄρεσσι λέλοιπεν. Legimus apud eundem de scopulo, — τὸν δ' οὔποτε κῦμα λείπει Παντοίων ἀνέμων, Eum nunquam relinquunt fluctus, vel deserunt, ab eo nunquam recedunt. Item dicitur aliquis moriens λείπει φάος ἠελίοιο ab eodem, Relinquere lumẽ solis: vt Iliados σ, Μυρμιδόνων τὸν ἄρ' ἔστον ἐπ' ζώοντες ἐμεῖο Χερσὶν ὑπὸ Τρώων λείψειν φάος ἠελίοιο. (vbi animaduerte etiã cõstructionem: q d. Relicturũ lumen solis inter manus. Alii autem exponunt Sub manibus: quidã etiam A manibus: & λείψειν, amissurũ. ‖ Affertur autem in v. l. & λείπω τὸν βίον ὑπὸ τοῦ ex Platone, pro Relinquo vitã abs te, id est Interficior abs te. vt videlicet tale fit quale θνήσκειν vel ἀπολέσθαι ὑπὸ τινος, mori seu interire ab aliquo) In aliis autem locis morientem dicitur λείπειν ψυχὴν. Est & vbi θυμὸς morientis ὀστέα λείπειν dicitur. Vtuntur & prosæ scriptores, sed frequentius compositis ἀπολείπω & καταλείπω. Xenophõ λείπειν τὸν δασμὸν dixit, id est Relinquere pensionem tributi pro Desinere pendere tributum. In nonnullis autem locis aptius redditur verbo Defero. vt quum dicitur λείπειν τῶν τάξιν ab Æschine. (vnde est λειποτάκτης) qua forma dicitur etiã λείπειν τῶν τοῦ δικαίου τάξιν pro Viri boni officium deserere, B. interprete.

De λείπω autem neutraliter posito dicetur infrà

Λείπομαι passi. interdum quidem significationem actiuæ vocis sequitur, & accipitur pro Relinquor, ab vtrisque scriptoribus: (vt Od. ν, — αὐτὰρ ἐγὼ λιπ' μῦν ἀκαχήμενος ἦτορ. Et Thucyd. 3, αὐτίκα μοι τε λείφθη, Relictus sum⁹ liberi, Libertas nobis relicta est. Nonnunquam verò redditur Reliquum esse vel Superesse. quo verbo reddi potest & cum ἐλπὶς apud Platonem, εὐλείπεται ἐλπὶς, Non superest spes. vbi tamen etiam verbum Relinqui locum habet) sed in soluta oratione sæpe ponitur pro Vincor, Superor, Inferior fũ, sumpta metaphora à curioribus qui à tergo relinquuntur. (quò respexisse puto Horatium vtentem verbo Relinqui, hoc in versu, qui legitur in lib. De arte poetica, Occupet extremum scabies: mihi turpe relinqui est) Polybius, λείπεται Ῥωμαῖοι μάχῃ μεγάλῃ. Antipater Epigr. lib. 2, Οἴμοι ὑπὸ θνητῶν λείπομαι ἀθάνατος. Sed tiequẽtius omittitur præpositio hæc, (si bene memini) interdũmque additur & datiu⁹ aut accusatiuus rei in qua quis vincitur. Thucyd. lib. 1, νομίζων πῶς ἐρασταὶ ὀκείτω μεγίστῳ μὲν ἡγέσθαι τῶν τοῦ αὐτῆς, λείπεσθαι δὲ τῶν τοῦ. Eurip. λείπομαι σοῦ γνώμῃ, superor à te consilio. Thucyd. λειπόμενος ξυνέσει οὐδενός, qui à nemine prudentia superatur. (quo sensu dixeris etiam Prudentia nemini secundus) Plato, μηδὲν λείπομαί σου. Plutarch. πάντου δὲ οὐδὲν τῇ λειπόμενον ἔχον ἀρετῇ. Quibus in locis λείπεσθαι reddi potest vel Superari, vel Inferio-

rem esse. (At in hoc Thucydidis loco commodius A
hoc quàm illo modo reddideris, libro 2, καὶ οὐ πρότερον ὧν ὀργῆς σφῶν αὐτῶν τὸ ναυτικὸν λείπεσθαι, γενομένου δὲ πταισμάτων λαμπρῶν) Redditur & Cedo. vt in hoc Polybii loco, τῶν αὐτῶν νομιστέον εἶναι ἡγεμόνας τὸ δυνάσθαι βλέπειν τόν τε τῶν νικᾶν, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ τῶν λείπεσθαι καιρόν. Interdum etiam redditur (vt certè reddendum est) verbo Abesse. vt apud Synes. λειπομένῳ δὲ τοῦ παλαιοῦ φιλίας. Ex Soph. autem affertur λελειμμένος λόγου pro eo ad cuius aures sermo non peruenit, & qui à sermone quasi exclusus fuerit. ‖Sed
B interdũ etiam λείπεσθαι in propria sign. verbi Relinqui. (pro quo dicitur poti⁹ A tergo relinqui) vt apud Thuc. lib. 1, εἶπον τῶν κήρυκος μὴ λείπεσθαι, ne à caduceatore relinqueretur à tergo. id est, Ne anteverteretur à caduceatore, Ne tardior esset caduceatore. ‖Item λείπομαι ἔσπληνος, v. l. ex Herodoto pro Desero regem.

Λείπω neutraliter positum, Desum, Deficio. pro cui⁹ signif. exemplo affertur ex Aristophane in Pluto, ὦ τῶν μὴ λείπουσιν αἱ δίκαι. Et ex Galeno lib. 1 ad Glauc. τὸ λεῖπον αἰτιοῦσθαι. Item in libris τὸ λεῖπον dicitur vbi aliquid deest. id est, vbi aliqua verba seu pauca seu multa
C desunt. Et cum genitiuo, vt τριάκοντα ἔτη dicuntur λείπειν δυοῖν, q. d. Defici duobus. id est, anni qui trigenarium numerum efficerent, nisi deessent duo. Polybius Hist. libro 3, ὕστερα δ' ὄντα τῆς Ξέρξου διαβάσεως εἰς τὴν Ἑλλάδα διακοσίοις ἔτεσι, λείπει τοῖς δυοῖν. (qua in significatione vsitatius est δέοντα) Interdum vero in huiusmodi locis genitiuus non additur, vt quum scribit idem Polyb. μικρῷ λείπουσιν ἐπτακοσίοις σταδίοις. ‖ Λείπω
D redditur interdum Absum. vt λείπω μικρὸν τοῦ Σκέλους τὴν ἰδέαν, parum absum à fœmina quod ad speciem attinet. At in vulg. lex. Parum à fœminea specie disto. (Budæus autem λείπω vertit Minor sum, hoc in loco Polybii, vbi habet & alterum genitiuum, τῶν δὲ ὅρων ἡ τοῦμεθος τῆς αὐτῶν στεφάνης οὐ λείπει τοῦ ἑκατὸν σταδίων) Apud Platonem verò De leg. πάντῃ λείπει redditur Longissimè abest, vel Tota via aberrat. Affertur & cum infinitiuo, λείπει ποσοῦτον ἄγονος εἶναι, pro Tantùm abest vt sit sterilis.

C. Λειπόδερμος, Λειποψυχία, aliàque multa composita vide in nominibus quæ verbo λείπω per compositionem adiuncta fuerũt. Si qua autem suis omissa locis fuerint, in Indice quærenda erunt.

Λεῖμμα, ατος, τὸ, Quod relictum est, Reliquiæ. Et in plur. apud Plutarchum πῶς αἱ τῆς ἀθυμίας &c. τῶν μὲν ὀλιγοχρόνια καὶ λείμματα καὶ τρέφει.

Λεῖμμα Pythagorici vocant quod è duobus sectionibus minus est. τὴν τμημάτων ἀνίσων ὄντων τὸ ἔλαττον, quia τοῦ ἡμίσους ἀπολείπει. Plut. Item Hemitonium minus in
B symphonia vocatur à Platone λεῖμμα & δίεσις: diuiditurque in duo σχίσματα. V ulg. l. ex Boethio, libro 2, capite 27.

Λεῖψις, q. d. Relictio. à λέλειφα, vt λεῖμμα proximè præcedens à λέλειμμαι. sed nullum affertur exemplum vsus huius verbalis λεῖψις. A T V E R O Λείψανον (quod eandẽ formationem habet) minimè rarum est, atque adeo fre
G quentius etiam quàm λεῖμμα seu λείμματα. Dicitur autem itidem λέψανον singulari etiam numero, sicut & λείψανα, pro eo quod Latini pluraliter tantùm dicunt Reliquiæ: variisque de rebus vsurpatur. Lucill. Epigr. l. 2, Οὐδὲν ἀφῆκεν ὅλως Διονύσου λέψανον Αὔλῳ Εὐτυχίδης δεῖπνον, ἥρε δὲ πάντ' ὀπίσω. nullas reliquias suæ cœnæ. Item alicuius vrbis diruta reliquiæ vocantur λέψανα, ab Herodiano, qui etiam alicubi ἐρείπια illi adiungit hac in significatione, id est rudera. Interdùm verò λέψανα vocantur quæ supersunt ex cadaueribus. qua significatione dixit Herodianus τὰ τῶν πυρῶν λέψανα, libro 3. v-
H tens & alibi hoc nomine in ista signif. Sic Plutarchus cum alibi, tũ in isto loco, qui est in Sympos. sept. sapiẽtum, βουλομένων χρῆσιμον αἱρεῖσθαι τὰ λέψανα καὶ θάψαι παρ' αὐτῆς. (sed idem alicubi addidit genitiuum σωμάτων, qui alioqui relinqui videtur subaudiendus) Latini quoque reliquias hac in significatione dixerunt, qui etiam aliquando peculiariter reliquos ex crematis corporibus cineres ita vocarunt, & ossa ac reliquias

interdum copularunt. Nostrates verò Reliquias, quas dicunt Reliques, & Des reliquaires peculiariter nominarũt reliquias corporum eorum hominum quos pro sanctis habent.

Λοιπὸς, οῦ, ὁ, Reliquus, Qui superest. Et plural. οἱ λοιποὶ, Reliqui, Cæteri. Et τὸ λοιπὸν, Reliquum, Reliqua pars, vt τὸ λοιπὸν τῆς ἡμέρας, Xenophon. Sæpe Quod superest, faciendum videlicet aut dicendum. Isocrates Panathenaico, λοιπὸν οὖν ὅσον οὐδὲν ἀλοπολῶ (ἀπροσάδρον τοῦ γήρας συγγραμμῶν &c.) ἐπανελθεῖν εἰς τὸν πρότερον σκοπὸν ὃν πρὸς ἀρχὴν εἶπον εἰς τὴν τῶν ἐπιδείξεων παρασκευήν. Idem in Paneg. τὸ λοιπὸν ἐστὶ τῆς αὐξήσεως, ὦ ὄντες ἐν βάσει &c. ‖Item εἰς τὸ λοιπὸν τοῦ χρόνου, Demosth. In reliquum tempus, In posterum, Posthac. Sed frequentius absque hoc genitiuo dicitur εἰς τὸ λοιπὸν, & τὸ λοιπὸν, necnon in genitiuo, τοῦ λοιποῦ. quod exponitur etiam Deinceps. Xen. Pædiæ 3, ὅπως οὖν χρὴ καὶ τὸ λοιπὸν αἱ δόξαι ἀγαθαὶ εἶεν. (Inuenitur autẽ scriptũ in huiusmodi locis & τὸ λοιπόν) Demost. Philipp. 1, οὐκοῦν τοῦ λοιποῦ παρεσκευασμένοι καὶ κακῶς. ‖Quod superest, (inquit Turnebus) & apud Lucretium plerunque est Deinceps, Postea, In reliquum, Igitur, Postremò. & quod Græci λοιπὸν dicunt. vt — neque nobilitas, neque gloria regni, Quod superest, animo quoque nil prodesse putandum. id est, τὸ λοιπὸν οὐδὲν τὴν ψυχὴν λυσιτελοῦντα. Iterum, Omnimodis expertus eris quam quisq; det ordo Formarum speciem totius corporis eius, Quod superest, si forte voles variare figuras. Id est, Deinceps, Postea, λοιπὸν. Rursum, — neque quod superest procrescere, alsque. id est, οὐδὲ λοιπὸν αὐξήσεσθαι. id est, Deinceps, In reliquum, Postea. Hæc ille. ‖In vulg. autem lex. affertur pro Itaque, ex hoc A lex. Aphr. loco, Probl. l. 1, ὁ σῖτος χρῆται τῇ τῆς ἀρετῆς ἀφθορίᾳ, καὶ λοιπὸν αὐτὸν τοῦ σώματος ἀφίησι.

Λοιπαδίς ET Λοιπαδίζειν, vt Lat. Reliqua & Reliquari. vide Bud. in Annot. post. in Pand. vbi tamen nullum exemplum affert vsus harum Græcarum vocum. At verò in quadam constit. Iustiniani inuenio ἐλείμματα, quum in eius titulo sit λοιπάδες.

E C. ΑΠΟλείπω, Relinquo. Derelinquo. Xenophon De arte equestri, ἐὰν δὲ ἐκεῖνος ἀπολείπῃ αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς τοῦ μὴ ἐπιστήσασθαι τὰ καλὰ ἔργα. Apud Appianum ἀπολείπειν ἐν διαθήκαις, quod itidem Relinquere testamento dicitur à Cicerone De off. 3. (Inuenitur aliqui pro eodem Legare testamento) Gallicè quoque eodem modo, Laisser par testament. Est etiam Relinquere posteris. vt, μόγις οὖν τῶν τῆς ἀρετῆς ἐκκαιομένων ἀπέλιπε δόξαν, apud Suidam. Sic Latine Monimentũ sui relinquere, Memoriã sui relinquere. Itẽ ἀπολείπειν, Relinquere scriptum, vt Cicero quoque loquitur. Qua in signif. citatur ex Philone in libro De mundo, μικτὴν δόξαν ἀπέλιπε. Apud Gregorium autem ἀπολιπὼν τὸν βίον dicitur Qui reliquit vitam. ad verbum. i. mortuus. Quod & ἐκλιπὼν τὸν βίον dici potest ex Luciano. ‖Est etiã Ἀπολείπω, Desero, Desituo. eo sensu quo dicitur aliquis afflictum amicum deserere. Isocrates in Areopagit. ἐμοὶ μὲν οὐδὲ τῶν γ' ἀξιοῦσιν εἰπεῖν ὡς ἐν μὲν τοῖς Θρασυβούλοις τοῖς παθὼν ὑπ' ἐμοῦ ἀπολείπω. M. Tullius verbum Relinquo ita vsurpasse videtur in epistola ad Silium, Ne relinquas hominem innocentem ad alicuius tui dissimilis quæstum. ‖Item Ἀπολείπω, Relinquo, id est Prætermitto, Omitto. Dion De regno, οὐδὲν ἀπολείποντες τῶν μὴ δικαίως λεγομένων. ‖Item Ἀπολείπω sine adiũctione, pro Relinquo virum, Diuerto à viro, seu Diuortium facio. quo in sensu Andocides ἀπολιπὼν dixit. Demost. autem ἀπολελοιπέναι γυνὴ, & in infinit. ἀπολελοιπέναι in oratione κατ' Ὀνήτορος.

Ἀπολείπω, Relinquo, hoc est Præcedo, Anteuerto, Excello, Præsto, inquit Budæus. Isocrates, ποσοῦτον ἀπολέλοιπεν ἡ πόλις ἡμῶν πᾶσι τοῖς ἄλλοις αὐθρώποις τοῦτο τὸ φρονεῖν, ὥσθ' οἱ τούτου μαθηταὶ τῶν ἄλλων διδάσκαλοι γεγόνασι. Latini (ni fallor) A tergo relinquere dicunt. Est autem à cursoribus ducta hæc verbi ἀπολείπειν metaphora, qui vincũt eos quos à tergo relinquunt. Vide quæ dixi in Λείπομαι pro Vinco, & Superor, vbi & Horatii locum protuli.

Ἀπολείπω neutra significatione, Deficio, Desum. Isocrates ad Demonicum, τὰ μὴ [χρήματα] παχέως ἀπολείπῃ. A
Τὰ δὲ πάντα τὴν χρόνον τοῦτο μόνον. Aristot. De colorib⁹, τὰ δὲ πολλὰ αὐτῶν τῶν πλείστων δένδρων γίνεται ξανθὰ, ὅταν τὸ τῆς θρῴας ἀπολειπούσης φθινόντων αὐτὰ ξηραινόμενα πρότερον ἢ μεταβάλλειν εἰς τὸ κατ' φύσιν χρῶμα. Statim pòst ὑπολείπειν pro eodem dicit. ‖Aliquando autem ipsa persona dicitur ἀπολείπειν pro Defici, Inferior esse & quasi defectu rei alicuius abesse à suo incœpto. Plutarch. πρότερον δὲ μόνον ἀπολιπεῖν ἐδόκει τῶν καταρχόντων Παρθῶν. ‖Legitur verò apud Aristoph. & cum accus. iunctum tãquam actiuum pro
B Deficio & quasi destituo. in Pluto. Ἢ πυνθάνεσθε παχὺς ἀπέλαβε τὰ χρήματα, τε citò defecerunt nummi. Qua tamen cõstructione ἐπέλιπε cõstat frequentius vsurpari quàm ἀπέλιπε.

Ἀπολείπω, Absum. Isocr. in Areopagitico, καὶ πολλάκις δεινὰ παθόντες, μικρὸν ἀπέλιπον τοῦ μὴ πᾶσι ἔρημοι συμφορᾶς ἀφικέσθαι. Apud Plutarchum vsurpatur eodẽ sensu ἀπολιπὼν cũ μικρὸν, & cũ infinitiuo: sed non præcedente genitiuo τοῦ, in Timoleonte, μικρὸν ἀπολιπὼν ὀκτακοσιοστεῖν, Quum parum abfuisset quin expugnaretur.
C ‖Vsurpatur etiam in enumeratione. vt apud Hesiodũ, Μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πολὺ ἀπολείπων, Μήτ' ὀπιθεὶς μάλα πολλά. vbi exp. ἐλαττούμενος. id est, eo ætatis tẽpore quo neque multis annis absis à triginta, neque multos annos adiunxeris ipsis triginta. Atque hic ἀπολείπειν dicitur de persona. Dicuntur autem & ipsa ἔτη (id est anni) ἀπολείπειν. Isocrates in Panathenaico, γεγονὼς ὢν ἔτη τρία μόνον ἀπολείπων τῶν ἑκατὸν, id est (ad verbum) Natus annos qui tribus tantùm aberant à centum. Sed vsurpant & alio modo hoc verbum, in annorum aut alius
D temporis enumeratione, & tum per verbum Absum exponi non potest. significat enim Numerum nõ impleo, & ἐλάττων εἰμὶ, vt docet Bud. citans ex Plut. in Demetrio, ὧν δὲ πόν Ἀντίγονος μικρὸν ἀπολείπων γεγονὼς ἔτη ὀγδοήκοντα.

Ἀπολείπω, Desisto, Desino, Finem facio. Isocr. De pace, τοσοῦτον τῆς τῶν λόγων βραχύτητος ἕνεκα λέγειν ὑμῖν, ὅθεν οὐ ἀπέλιπον πάλαι ποιήσομαι τὸν ὁρκῶν. pro ποιήσομαι τὸν ὁρκῶν ὅθεν οὐ ἀπέλιπον. Nisi quis exponat vn
E de Digressus sum. qua In signif. citatur & ἀπολείπεσθαι ex Platone.

Passiua vox est Ἀπολείπομαι, quæ significat interdũ Relinquo. vt in hoc loco qui citatur ex Herodoto, ἀπολείπεσθαι τοῦ ἑαυτοῦ. Verùm frequentius ponitur pro Relinquor, vel Resto, Supersum. vt ἀπολείπεται μοι τῶν. vel pro ἀπολείπω neutrã significationem habente, videlicet Absum. eo sensu quo dicitur Parum abesse quin. Dion apud Platonem, πλεῖστον ἀπολείπεται τοῦ καταπνοεῖν αὐτά. Plutar. in Publicola, μικρὸν ἀπελείπετο τοῦ τέλους ἔχειν. Hero
F dotus. ἀπολελειμμένος πολὺ τῆς ἀληθείας. Sic apud Isocratem quidam accipiunt ποσοῦτον ἀπολελειμμένοι τῆς κοινῆς παιδείας.

Ἀπολείπομαι, Absum, alio quoque sensu, videlicet pro Absens sum, Non intersum. quasi Desum alicui loco. Luc. οὐδὲν θεάματος ἀπελείφθης, ᾗ οὐκ ἄλλο ἴδοις ἐπ. Idem De sacr. οἴας ἑορτῆς ἀπολειφθήσεται. Lysias, τῶν πίνων ἄλλων γραπτῶν καὶ φοιτῶν οὐδεμιᾶς ἀπελείφθησαν. Isocr. in Plataico, ποίας γὰρ εἰσβολῆς ἀπελείφθησαν τῶν εἰς τὴν πόλιν ταύτην γεγενημένων; A Plutarcho ἀπολειφθῆναι τῆς μάχης poni videtur pro ὑστερεῖν τῆς μάχης, Tardi⁹ interesse pugnæ,
G Non interesse pugnæ in tempore. Sic apud Xenophontem, καὶ οὐκ ἀπελείπετο Σωκράτους εἰ μὴ ὧν αἰσχρὸν, Non aberat à Socrate. vel Non discedebat à Socrate. aut Nõ relinquebat Socratem. Itidem apud eundem Pædiæ 5, ὧν δέ που ὄξιν, οὐδεμία αὐτῶν ἀπολείπεται. Eodem libro, τίς νέος ἢ γέρων σοῦ ἀπελείφθη, τῶν μὴ οὐκ ἀκολουθεῖν, ἕως ὅτε Ἀσυάγης ἡμᾶς ἀπέστρεψεν; Sic & apud Platonẽ ἀπελείφθη, ὧν exponitur Discessim⁹, vel Digressi sum⁹, De rep. l. 2, ἵνα τοῦ θέματος εἰκόνος ἀπελείφθη ὧν.

H Ἀπολείπομαι pro Desum citatur ex hoc Demosthenis loco, μηδεμιᾶς φιλοτιμίας ἀπολείπεσθαι. nam exponitur, Nulli erogationi deesse. id est Nullam erogationem omittere.

Ἀπολείπομαι, Relinquor in certamine cursus ab alio præuertente. Isocrates in Encomio Euagoræ, καὶ τοὺς ἐκείνοις τοῦ δρόμου ἀπολειφθέντας, ἀλλὰ τοῖς τῆς νίκης ἀγωνιζομένοις. Sic & apud Plutarchum, ὥσπερ πάντων ἐν τῷ παλαίειν, καὶ ἀπολιμπανόμενοι θεόντων. ὥσπερ ὁ Ἱμεραῖος ἀπελείφθη διαθέων τοῦς Ἀλέξανδρον. ‖Metaphoricè autem pro Superor à quopiam in re aliqua, & eo sum inferior: vt qui relinquitur in cursu, est inferior eo qui præuertit. Ad quam metaph. respexit (vt & in Λείπομαι dixit) Horat. in Arte poetica, vbi ita scribit, Occuper extremum scabies: mihi turpe relinqui est. Iungitur autem genitiuo hac in significatione. Isocrates in Panathenaico, ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ μὲν ἀπολελείφθαι τῶν ἐμοῦ φρονήσεων τῆς σῆς ὡς δυνατὸν πλείστον. Idem in Euagora, ὥστε μηδεμιᾶς τῶν Ἑλληνίδων πόλεως ἀπολελεῖφθαι. Ibidem, πολὺ λίαν ἀπολειφθῶ τῶν πεπραγμένων αὐτῷ. Habet etiam datiuum interdum præter genitiuum, πλούτῳ μηδενὸς ἀπολείπεσθαι, Diuitiis à nemine superatur. vel, Diuitiis nemine est inferior. vel, Diuitiis nemini est secundus. Isocrates De pace, τοσοῦτον ἀπολελειμμένα καὶ τῶν ἔργων καὶ τῶν διανοιῶν τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γεγενῆσθαι, ὅσον οἱ μὲν ἐπόλεμουν &c. Ab hac autem à cursoribus metaphora ductum videtur esse & ἀπολελειμμένοι pro iis qui inter viles & abiectos existimantur. ita enim exponit Budæus in hoc Isocratis loco ad Philippum, καὶ θείλω αὐ ἐμαυτὸν οὐκ ἐν τοῖς ἀπολελειμμένοις, ἀλλ' ἐν τοῖς προέχουσι τῶν ἄλλων.

Ἀπολείπομαι, Non assequor. vt apud Demosthenẽ, ἀπολείπεσθαι ἀρετῆς opponitur τοῦ κυρίου ἀρετῆς. Laertius in Aristippo, τοὺς τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων μεταποιουμένους, τῆς δὲ φιλοσοφίας ἀπολείπεσθαι. Budæus ἀπολείπομαι inter cætera significare ait, Imperitus sum, Non disco, Nõ assequor, Intelligere non possum. Citátque locos qui sequuntur. Isocrates πρὸς ἀπόδοσιν, Ταῦτα λογιζόμενοι, βούλονται μεταδοῦναι τῆς παιδείας ταύτης, ἧς οὐδ' αὐ ἐγὼ φανείλω ἀπολελειμμένος, ἀλλὰ πολλῷ χαριεστέρας δέξαι ἢ πλήθει. Demosthenes, νομίζω δὲ, αὐ πύτῳ τῷ μέρει τῶν ἀγῶνος σαφῶς παρακολουθήσετε, καὶ τῶν ἄλλων ὑμᾶς οὐδένος ἀπολειφθήσεσθαι. Et etiam ἀπολείπομαι, Ignarus sum, Hoc me latet, vt idẽ tradit, citans hunc Lysiæ ἐπὶ τῶν Ἐρατοσθένους φόνου locũ, μὴ δι' ὧν τοῦτο χρόνου μετὰ ξυνδιαγιγνώσκω, καὶ ἐμοῦ πολὺ ἀπολελειμμένου τῶν ἐμαυτῶ κακῶν τοῦ στερεῖσθαί μοι τῆς, &c.

E Ἀπόλειψις, εως, ἡ, Relictio, Derelictio. ‖Mulier virum relinquens, seu à viro diuertens, dicitur ἀπολείψαι ἀπὸ γαμέτου apud Demosthen. eam, quod est Latinè Repudiũ viro mittere. ἀπόλειψις, inquit Hesychius, ἡ ἀπὸ γυναικῶν ἐγκατάλειψις.

Ἀπόλειψις, Defectus & deterior conditio, Quũ quis alium assequi nequit. Demosthenes, ὅσῳ δὲ φιλοτιμούμενος ἄμεινον ἐπιτηρεῖσθαι μᾶλλον τοῦ ταῦτ' ἐρεῖν ἀγαθῶν, ποσοῦτῳ μοι πλείστη ἀπόλειψις ἐγένετο τῶν ἄλλων πεπραγμένων. id est, Tunc inferior eram aliis omnibus, qui prius fueram instructissimus. Et sic sæpe vtitur. Bud.

Ἀπόλειψις τῆς σελήνης, Deliquium lunæ, Aristoteles 4 De gener. animalium.

ITEM Ἀπολιμπανω, idẽ quod ἀπολείπω, Relinquo. Item, Post me relinquo. An euerto. Passiuum Ἀπολιμπανόμαι, Relinquor, vel A tergo relinquor, ab alio videlicet anteuertente. Bud. exponit Inferior sum certamine, & à præuertente relinquor. citátque hunc Plutarchi locũ, ὥσπερ πάντων ἐν τῷ παλαίειν, καὶ ἀπολιμπανόμενοι θεόντων, ὥσπερ ὁ Ἱμεραῖος ἀπελείφθη διαθέων τοῦς Ἀλέξανδρον.

C. ΔΙΑλείπω, q. d. Interrelinquo Relinquo spatium temporis in medio, Intermitto, Interiicio. Sed vox quæ ipsũ tẽporis spatium significat, sæpe additur. vt διαλείπειν ἡμέραν μίαν, vel διαλείπειν ὀλίγον χρόνον. Theophr. Hist. pl. libro 1, διαλείπει μικρὸν πάνυ χρόνον τοῦ μὴ αἰεὶ βλαστάνειν, interiicit valde breue tempus quin perpetuo germinet. (sed Latini verbo Intermitto potius vtuntur in huiusmodi locis, sequente paticula Quin) Plato epist. 7, οὐ πολλῷ διαλιπὼν χρόνῳ, οὐκέπεῖα. Plutarchus in Amat. nar. ἡμέρας δὲ διαλιπὼν δύο παρεσκεύαζε τὴν Θεοφανεῖ, Quum interiecisset duos dies, accessit ad Theophanem. Sed Latini dicunt potius, Interiectis duob⁹ diebus: aut vtentes præpositione Post, dicunt Post duos dies, seu Post biduum. (At Herodianus vsus est genitiuo in hoc genere loquendi, libro 7, διαγενέσθαι τε αὐτοῖς πολλὰ χρήματα, μιᾶς ἡμέρας διαλιπὼν, τῆς ὁδοῦ εἵνεκα) Nonnunquam verò vt Latini dicunt potius Interiici tempus

quàm nos Interiicere tempus, ita & à Græcis dicitur διαλείπειν χρόνος, & tùnc neutrum est hoc verbum, quod vel verbo Intercedo, neutro & ipso, vel passiuo Interiici reddi potest. Thucyd. lib. 3, διαλιπουσης δ' ἡμέρας μάχη αὖθις γίγνεται. (non διαλειπουσης, vt etiam scribitur) Idē libro 10, ὕστερον ὑπ' διαλιπόντων ἐτῶν ἕβδομον. vbi possis etiam interpretari, Exactis tribus annis, seu Exacto triennio. Quinetiam præpositio illa Post hic quoque locum habet. ¶ Διαλείπουσα φωνή apud Suidam, Vox quæ nō continuatur, sed quæ suis verbis uelut spatium interiicit: Vox interrupta, sicut & διακοπὴ ὀδόντων ab eo exponitur in hoc loco cuius autorē tacet, φερέφωνη οὖσα καὶ διαλειπούσην πολλαχῇ τῇ φωνῇ ἐδεῖπ οἱ ξυγγνάθαι ἐασπλέα. Hippocratem διαλείποντας πυρετὸς dixisse ὅτι τοῦ εἰς ἀπυρεξίαν παυομένων παροξυσμοῦ testatur Galenus Cōm. in Aphor. 43. Sed tamē apud veteres bifariam dictam fuisse idem docet Comm. 3 in l. 1 τοῦ ὀξέος πυρετοῦ, interdum quidem de iis febribus solis quæ perpetuam accessionem non habent, interdum verò de iis quarum nō recedit accessio, sed insignes faciunt mutationes singularum accessionum in principium, incrementum, vigorem & declinationem. Sed iuniores quosdam medicos eas quæ non magnam mutationem habent, appellare συνόχους: eas autem & συνεχεῖς dicere solas quæ non veniūt ad integritatem, & διαλείπουσι (id est intermittunt) post singulas accessiones. Easdem autem ab antiquis nonnunquam vocari συνεχεῖς, nonnunquam διαλείπειν dici, quòd inter continuas & integrè desinentes mediæ sint. proinde eas vbi cū synochis cōferūtur, διαλείπειν dici: cum iis verò quæ ad integritatem perueniunt, continuas. Hæc ex Galeno Gorræus. qui & ista addit, Διαλείπων πυρετὸς, Intermittens febris. Est autem febris putrida quæ vicissim soluitur & repetit. Gignitur omnis ex humore putrescente, non quidem vbique sed in habitu corporis & minoribus venis: eóque differt à cōtinua, cuius materia in vasis maioribus continetur. discrimen enim à loco est. Putret autem triplex tantùm humor, pituita, bilis flaua, bilis atra. Inde tres sunt διαλειπόντων πυρετῶν, id est intermittentium febrium, differentiæ, materia differentes, quotidiana, tertiana, quartana. Quotidianam pituita, tertianā bilis flaua, quartanam bilis atra gignit. putrens & per habitum corporis delata. Apud eosdem legitur & διαλείπων σφυγμός, Pulsus intermittens, vel Pulsus deficiens. Est autem pulsus inæqualis in pluribus pulsationibus, in quo non solùm vno, sed pluribus etiam magnis vnus minor apparet, atque interdum totus quoque motus aboletur. Huic contrarius est ὁ παρεμπίπτων in quo expectata quiete, in medio tantum superuacuus aliquis pulsus incidit. fit autem ab imbecillitate facultatis pulsificæ. Differt ἀπὸ τῆς ἀσυζίας, quòd hæc (vt sensus ipse indicat) sit veluti defectus totius functionis, ille verò dimidiatæ tantùm priuatio.

Διαλείπω participio interdum iungitur, pro Desino. Xenophon. οὐ πώποτε διέλιπον καὶ ζητῶν καὶ μανθάνων. nunquam desii quærere & discere. (Sed propriè sonat, q. d. Non desii quærere, & ita quidem vt nec vllum tempus intermittam) Lucianus, οὐ διαλείπει καὶ πόνης. Et cum participio pass. Chrysost. οὔτε διαγρυπνῶ. ἄμος οὔτε στεφανούμενος διέλιπε. Sed Politianus apud Herodianum libro 7, ἀσκῶν τε καὶ γυμναζόμενος τοῖς σφετέροις οὐ διέλιπε, vertere maluit, Nihil sibi ad exercēdos milites relinquebat. At ego nō video cur ab altera illa interpretatione discedendum fuerit. nam οὐ διαλείπω τοῦτο ποιῶν, nō aliud esse puto quàm διαπελῶ τοῦτο ποιῶν. Interdum tamen absque negatione: vt in hoc loco qui afferitur ex Plut. διαλείπω τιμῶν τὸν Θεόν. Et in hoc ex Demosth. διαλελοιπὰ δοπεῖ βουλεύων.

Διαλείπω dicitur & de spatio loci, Disto, Absum. vt in isto Arriani loco, διαλείπουσαι δοῦν ξύμμετρον εἰς τὸ σωμφρόνα τε ἀλλήλοις καὶ κατακούειν ἀλλήλων. vbi Suidas exponit ἀλλήλων ἀπέχουσι. At Thucydides addit præpo. ἀπὸ, l. 7, p. 246, διαλιπούσας δὲ πολὺ ἀλλήλας ὅσον δύο πλέθρα ἀπ' ἀλλήλων κατέστησεν. vbi malim διαλειπούσας in præsenti: vt vicissim in eo quem protuli initio huius semipag. loco ex eodem lego διαλιπούσης potius quàm διαλειπούσης.

Διάλειμμα, ατος, τὸ, Quod interiectum est spatii, Intermissio. Et ἐκ διαλείμματος, vel ἐκ διαλειμμάτων, quod Latini Ex interuallo. Plutarch. in Pericle, τὸ συνεχὲς φοβοῦντες καὶ τὸ κάρος, οὗ ἐκ διαλειμμάτων ἐπιπόσαζεν. Sed & furiosi interualla ita vocari Budæus tradit. In febre quoque διάλειμμα, (sicut διαλείπουσα πυρετὸν appellari dictum fuit) Intermissio. vel Laxamentum, vt Bud. vertit. Dicitur autem διάλειμμα in febribus quidem ἀπυρεξίας, in aliis verò morbis, vt cephalæa, epilepsia, podagra, simpliciter διάλειμμα. Gorr. Vide plura in Διαλείπω.

Διαλιμπάνω, idem quod διαλείπω, Intermitto. (sicut ἀπολιμπάνω, idem quod ἀπολείπω, & καταλιμπάνω, idē quod καταλείπω) Galenus in Hippocr. Epid. libro 1, capite 3, συνεχεῖς δὲ, μόνοις ἐκείνοις ὅσοι μήτ' εἰς ἀπυρεξίαν λήγουσι καὶ διαλιμπάνουσι τοῖς κατὰ μέρος παροξυσμοῖς. testatur Galenus Cōm. in Aphor. 43.

Ἐκλείπω, Derelinquo, vel Relinquo, Desero. Thucyd. libro 1, πάλιν τε ὅπου ἐξέλθοι ἐκλιπεῖν ἄμεινον ἦν καὶ ἐς τὴν ναῦς ἐσβῆναι. Ibidem, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπάρχοντα ἐκλείπουσι. Et ex Plur. in Fabio, πάντα ἐκλιπεῖν, (quod & λειπόν dicitur, vnde λιποτακτὴς) Ordinē relinquere. Et in Pericle, κλῆρος δεῖπ' ἀνὴρ ἐλιπε. Item τὸ ἐλπίζειν ἐκλείπειν, in Galba, Spem relinquere. Et ἐκλείπειν τὸν βίον, relinquere vitam. Ex Aristophane, ἡ σοφία σ' ἐξέλιπε τὰς ὀδοὺς. Itē pro Omitto, Prætermitto. Plato Symposio, ἀλλ' ἐπὶ ἐξέλιπον, τὸν λόγον, ὦ Ἀγάθων, ἀκούσας. Idem ibidem, ἐκλείπειν & παραλείπειν pro eodem ponit. Plut. in Numa, νομοθέτας ἐκλείπουσι διὰ ἄγραφα. At verò ex Xenophonte ἐκλείπειν τὴν μάχην (legitur & ἐκλιπεῖν) pro Delinquere quippiam aduersus legem. sed potest & verbo Omittere, aut Prætermittere reddi magis ad verbum. nam qui prætermittit aliquid eorum quæ lex iubet, is delinquit. Vide Ἔλειπε.

Ἐκλιπεῖν, neutrum, Deficio, Desum. Xenoph. Œcon. ὥσπερ οὖν, ὦ μὴ ἐκλιπεῖν ζῆν, τὸν τοῦ χρόνου κύπαμετ' ἀλλήλων πειρώμενοι. quod ita redditur apud Colum. tanquā ex Cicerone, Et ne genus humanum tēporis longinquitate occideret, propter hoc mas cum fœmina est coniunctus. ¶ Item in ea deliquii significatione qua dicitur Animi deliquium, & Solis aut lunæ deliquium. Xenoph. Paedia 8. ἐκλιπεῖν μοι φαίνεται ἡ ψυχή. Plut. Pericle, τὴν ἡλίου ἐκλιπεῖν ἀκτῖνα, καὶ γίγνεσθαι σκότος. Idem in Alexandro, ἡ τοῦ σελήνης τῷ ἑστηρμοῦ ὀξέλιπεν. ¶ Item pro Morior. vt ἐκλιπεῖν κληρονόμος, ex Platone De legibus. Affertur & ἐκλελοιπὼς ἐκ τοῦ βίου. in v. l.

Ἔκλειψις, εως, ἡ, Defectio, Defectus. Plut. De def. oraculorum, λιμνῶν καὶ πέρμων ἐκλείψεις καὶ φθορὰς πάντα πάσιν. id est, Lacus & amnes deficiūt, & in totū pereunt, Turnebo interprete. Et Defectus, seu Omissio quæ fit in oratione. Quintil. libro 8, cap. 6. Quidam synecdochen vocant, quum & in cōtextu sermonis quod tacetur accipimus. Verbum enim ex verbo intelligitur. quod inter vitia ἔκλειψις vocatur, Arcades ad portas ruere. Donatus autem in Terentium, multis in locis ἔκλειψιν esse annotat, & quidem quæ venustatem etiam addat. vt in hoc Andriæ loco, Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos Alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos: annotat, Ἔκλειψις pulchra & familiaris Terentio. nam possumus subaudire Audiendos, siue sectandos. Sic & aliis quamplurimis locis huius figuræ vsum ostendit. Quinetiam alicubi ἀσυνδέτων & ἔκλειψιν. quibus simul vtitur Terent. ait esse figuras proprias Terentianas. At verò in isto loco qui itidem legitur in Andria, Act. 1, scena 1, Nō tu ibi gnatum vult esse vel ὑποπάτων, vel ἔκλειψιν. deesse enim Inuasisti, Obiurgasti, Adortus es.

Ἔκλειψις, Eclipsis, (& Gall. itidem Eclipse) Deliquiū. vt ἡλίου vel σελήνης ἔκλειψις, solis aut lunæ deliquium. & ἡλιακὴ vel σελιωνικὴ ἔκλειψις, pro eodem. Autor dialogi qui Axiochus inscribitur, χρόμοις ἡλίου τε καὶ σελήνης, ἀστραπαί τε καὶ δύσεις, ἐκλείψεις τε καὶ ἀφανείας, ὑποκαταστάσεις.

Ἐκλειπτικὸς, οῦ, ὁ, Eclipticus, id est, Ad eclipsin pertinens, vel Eclipseos effectiuus. Plut. in Romulo, σκότος ἐκλειπτικὴ σελήνης πρὸς ἥλιον. Ex Alex. Aphrod. οἱ ἐκλειπτικοὶ σκιάδισμοι, quùm ita planetæ coeūt vt alter obscuretur, in vulg. lex. Et τὰ ἐκλειπτικὰ ex Plinio lib. 2, cap. 16, de stellis, Stationes in mediis latitudinum articulis, quæ vocant ἐκλειπτικά.

Ἐκλιπὴς, ἐος, ὁ & ἡ, Qui deficit, qui deest. Vel, Prætermissus, Omissus. Thucydides lib. 1, ὅπῃ τῆς πρὸς ἐμοὶ ἁπασιν ἐκλιπὲς τοῦτο λῶ τὸ χωρίον, quòd ab omnibus prætermissus esset hic locus. Exponitur & Cui aliquid deest, id est, Imperfectus. Item τὸ ἐκλιπὲς τοῦ ἡλίου in v. l. pro ἔκλειψις, Defectus solis.

Ἐλλείπω, Relinquo, Prætermitto, Prætereo. Iul. imperator, ἐγὼ δὲ εἰ μὴ τὴν σωφροσύνην ἐμαυτῷ τῶν πρὸς σε γιγνομένων καὶ μικρὸν ἐλλείψαιμι. vbi tamen B. passiua voce reddidit, Ego verò si mihi conscius essem officii ergate vel tantulum præteriti seu deserti. (Idem Bud. ἐλλείπω pro παραλείπω poni docens, affert ὀξέλιπε τὸν βίον ex Isocrate, sed perperam, quum ὀξέλιπε sit ab ἐκλείπω) Plato in Timæo, οὐκ ἐκλείψομεν προθυμίας οὐδέν, nihil promptitudinis prætermittemus. vel Nihil reliqui nobis faciemus ad prōptitudinē. Vsus est & Xen. eodē loquēdi genere, καίτοι γε αἰδοῖος καὶ προθυμίας οὐδὲν ἐλλείπων. (vbi tamē à Budæo exponitur etiam, Quāuis nec strenuitate nec promptitudine deficeretur) ¶ Dicitur præterea ἐλλείπει με τοῦτο, Deficit me hoc. Polybius lib. 5, ὅσον ἐλλείπουσιν αἱ χορηγίαι τοῦ ἐκείνων ὀπτοβολοῦ. Item ἐλλείπειν oppositum τοῦ πλεονάζειν apud Aristotelem, alicubi verò & τοῦ ὑπερβάλλειν. vbi ἐλλείπειν est Omnibus numeris absolutū nō esse, Imperfectum esse. Item aliis modis. nam apud illum Ethic. libro 2, cap. 2, τό τε γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια καὶ τὸ ἐλλείποντα φθείρει τὴν ἕξιν, redditur ἐλλείποντα γυμνάσια, pauciores ac remissiores exercitationes. (subiungit autem, πλείω καὶ ἐλάττω in eadem significatione, πρὸς τὴν τοῦ καὶ τοῦ σπίνων loquens) Et eiusdem lib. c. 6, ὁ μήτε πλεονάζῃ, μήτε ἐλλείπει, Quod nec superat, nec deficit id quod oportet adesse. Sed malim, Quod nec abundat, nec parcius est. Vide & in ἔλλειψις. Affertur autem ex eodem Aristotele Œcon. l. 1, τὸ συζόμενον & τὸ ἐλλεῖπον, pro Inconiume & vitiatum. ¶ Item ἐλλείπω τούτου, Deficior hac re. Thuc. libro 1, ἀλλὰ πολλῷ ἔτι πλέον τούτου ἐλλείπομεν, hac re deficimur, seu destituimur. Sic ἐλλείπω βιβλίων. Sed affertur & ἐλλείπει μοι τῆς ἡμέρας, pro ἐλλείπω τῆς ἡμέρας, ex Platone. ¶ Ἐλλείπειν vt pro Deesse, sic & pro Abesse. vt apud Aristotelem, ὁ δ' ὀπτοχάρακος πολὺ ἐλλείπει τοῦ λυπεῖσθαι ὥστε καὶ χαίρειν, tantum abest vt cōtristetur, vt etiam lætetur. ¶ Ἐλλείπω, Vices imple re nequeo, Non exactè facio, vt Bud. exponit in hoc Isocratis loco in Nicocle, φημὶ δὲ παράδειγμα ἕκαστον ὑμῶν ἐφ' οἷς ἐφέστηκεν, ὅπως ἐλλείπω. καθ' ὁπότερον δ' αὖ ἐλλείπωτε τὴν τύχην, αὐτοῖς κακῶς ἔχειν τὰς πράξεις. Sed apud Thucydidem extant aptiora huius significationis exempla, vtpote ita vtentem sine casu: vbi etiam malim reddere Deesse suo officio. Quali forma & Latinè dicitur Delinquere.

Ἔλλειμμα, etiam inuenitur, & quidem pro Assequi nequeo, Efficere non possum. Item pro Cedo, & paria facere non possum. Quarum significationum ex Xen. affert exempla Bud. p. 757.

Ἔλλειμμα, ατος, τὸ, Quod deest, Quod deficit, Id quod deest alicui, aut rei cuipiam, vt sit integra seu absoluta, aut qualis esse debet. Plutarch. in Coriolano, ὃν δὲ τοῖς κάτω χρόνοις μίαν θυσίαν τριακοντάκις ἐποίησαν, ἀεί τινος ἐλλείμματος ἢ παρεσκεύασμα γίνεσθαι δοκοῦντος. Budæus ἔλλειμμα seu in plurali ἐλλείμματα esse dicit quæ Latini Reliqua vocant, hoc est, quod reliquum est pensionis non persolutæ: afferens ex Synesio, φόρων ἐλλείμματα, pro Tributorum reliqua. Huc autem pertinet quod in nomine Λοιπάδες dixi, videlicet ἐλλείμματα & λοιπάδας pro vna eadémque significatione apud Iustinianum inueniri. Sed hoc addo iis quæ à Budæo de ἔλλειμμα seu ἐλλείμματα scribuntur, ita vocari Reliqua, quasi quæ desint ad summam perficiendam. ¶ In v. l. ἔλλειμμα exponitur etiam Delictum, Erratum.

Ἔλλειψις, εως, ἡ, Prætermissio, Omissio. vt quum Athenæus scribit σησαμοῖς dictum esse κατ' ἔλλειψιν τοῦ ἄρτος. Talem autem nominis huius vsum & in multis Eustathii locis habes. (Potest verò & Defectus reddi) Pro eodem

& ἔκλειψις inuenitur, vt apparet ex iis quæ in illo nomine protuli exemplis. sed ἔλλειψις rectius dici puto quàm ἔκλειψις in huiusmodi locis. Huic porro nomini ἔλλειψις opponitur ὑπερβολὴ apud Aristotelem, non semel, id est Excessus. Exponitur tamen & aliis verbis vt in isto eius loco, Ethic. libro 2, capitē 6, τὸ δ' ἴσον, μέσον τι ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως, Æquale autem dicitur id quod medium est inter nimium & parum. Et capite 8, οὕτως αἱ μέσαι ἕξεις πρὸς μὲν ταῖς ἐλλείψεις, ὑπερβάλλουσι, πρὸς δὲ ταῖς ὑπερβολαῖς, ἐλλείπουσι, Sic medii habitus, si cum iis qui modū deserunt cōparentur, superant: si cum iis qui superant, deserunt. ΙΤΕΜ Παρέλλειψις apud Tryphonem, Prætermissio vnius ex geminatis consonantibus, vt κάλλιον pro κάλλιον, & θᾶττον pro θᾶττον. At ἔλλειψις est eidem vt γεραὸν pro γεραιόν.

Ἐλλιπὴς, ἐος, ὁ & ἡ, Cui deest aliquid, seu deficit, Imperfectus. Quidam apud Athenæum lib. 14, τὸ δὲ δεῖπνον ἐνπελὲς, οὐ μηδὲν ἐλλιπές. Item ἐλλιπὲς, Quod deest. Philostr. epist. 39, ἡ καλλωπιζομένη γυνὴ θεραπεύει τὸ ἐλλιπές. Et cum genitiuo apud Thucydidem. Affertur autem & cum dativo, ex Platone, ἐλλιπὴς τῇ δυνάμει, Defectus viribus. ΗΙΝΕ Ἐλλιπῶς, Ita vt aliquid desit, Imperfectè, Nō plenè. ΕΤ c. 2. Ἀνεκλιπὴς, illi contr.

Ἐπιλείπω, Deficio, Desum. Thucydides 3, ἐπειδὴ τοῦ πόνου τοῦ ὀπτιλιπόντος τὸ θυμαλοῦς ὀπτέζοντο. Et θυμαλοῦς ὀπτιλιπόντος apud Plutarchum περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς. Philo De vita Mosis libro 1, ὀπτιλίποι αὐτὸ βίος τὸ βουλομένου διηγεῖσθαι τὰ καθ' ἕκαστα, Vita defecerit. Sed frequenter cum accusatiuo, τοῦτό με ὀπτλείπει, hoc me deficit. Isocr. ὀπτλίποι σ' αὐ ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος. Sic Athenæus, ὀπτλείποι σ' αὐ με χρόνος εἰ ἐπιθεῖναι βουλοιθείλω. Lucianus οὐδὲ ὀπτλέλοιπε ἡμᾶς ὁ ἀσφόδελος. Dicitur & τοῦτό μοι ὀπτλείπει. legimus enim apud Synesiū οὐκ ὀπτλείψοισι σε πᾶσαι τοῦ θεοῦ. Ἐπίλειψις, Defectio. Thucydides libro 2, τοῦ μὲν θοιούτων ὀρνίθων ὀπτίλειψις σαφὴς ἐγένετο.

Ἐπίλοιπος, ᾱ, ὁ & ἡ, Reliquus. vt τὸν ὀπτίλοιπον βίον ζῆν, Platoni. Et ὀπτίλοιπος χρόνος, Herodot. Reliquum tempus, seu sequens.

C. ΚΑΤΑ Λείπω, Relinquo, Desero. Homerus Il. ω, vers. 26, καὶ δ' δέ με χήρην λείπεις ἐν μεγάροισι. poeticè pro καταλείπεις δέ με. me viduam domi relinquis, vel deseris. Et libro 2, καὶ δ' δέ κεν ἀχνοῦν Περάμῳ ἐν Τροῖ λίποιεν Ἀργείην Ἑλένην. Sæpe autem in prosa dicuntur parentes seu propinqui, seu generalius, maiores, nobis aliquid καταλελοιπότες, itidémque nos posteris dicimur καταλείπειν. Demosthenes in Midiam, εἰσφέρων ἀπὸ τῆς δόξης ὧν ὁ πατήρ μοι κατέλιπε. Idem, τῆς ὑποδίσεως ἐφ' ἧς ὑμᾶς οἱ πρόγονοι κατέλιπον. Vicissim autem dicimur posteris καταλείπειν. vt Lucianus in Demonacte, ἕτερον αὖθ' αὐτοῦ καταλιπεῖν τῇ φύσει. Et ex Demosthene καταλείπειν τὴν δόξαν pro Relinquere posteritati gloriam suam, in vulgatis lexicis. Vbi affertur & ex Aristotele, Polit. 8, καταλείπει τὴν Φρυγιστὶ ἁρμονίαν μετὰ τῆς Δωριστὶ Σωκράτης. Ibidem ex Isocrate in Euagora, καταλείπω τὸν λόγον, (id est Relinquo orationem) pro Finē dicendi facio. Redditur & verbo Desero aliquando: vt καταλείπειν τὴν κυρίαν, Deserere vadimonium. Cui opponitur, ἀπαιτεῖν τὴν κυρίαν, Obire vadimonium. Bud.

Καταλείπω, pro Instituo hæredem, vide in Παραλείπω quod illi opponitur.

ΙΤΕΜ Καλλείπω per syncopen poeticam, pro καταλείπω, vt — ἀλλὰ φίλοισι Καλλείπειμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς, in vers. Solonis. vbi Cicero vertit Linquere, vt videbis pag. 116 & 117 Cic. lex. Vsus est & Homerus.

Κατάλειμμα, ατος, τὸ, Quod relictū est, Reliquiæ. ex 1 Reg. c. 13, τὸ κατάλειμμα τοῦ λαοῦ. ΕΤ Κατάλειψις, Relictio, Exponitur & Reliquiæ in v. l. ΙΤΕΜ Κατάλειπτος, Relictus, ibidem.

Κατάλοιπος, ᾱ, ὁ & ἡ, Reliquus. vt Aristot. Œc. 2, τὰ καταλείποντα ἔχειν ἀδίκως.

c. 2. Ἐγκαταλείπω, Intus relinquo. vt ἐγκαταλείπειν φρουρὰν, Thucyd. Et apud Demosthenem ἐγκαταλιπόντας τὸν γνήσιον, Si relinquant in aliena familia, Bud. Inuenitur & pro Desero, eo significatu quo dicimur aliquem deserere qui in periculo versatur. ΥΝΔΕ Ἐγκάταλειμμα, Reliquiæ, Monumentum, Mnemosyrum, vulgat.

ΕΤ Ἐγκαταλιμπαίω idem quod ἐγκαταλείπω.

C. ΠΑΡΑλείπω, Prætermitto, Omitto. Sæpe verò pro eo quod dicitur Omittere, id est Silentio præterire. Demosthenes Pro corona, πολλὰ πίνων ἔπρ' εἰπεῖν ἔχων παρεῖα ἄνθρ, παραλείψω. Idem ibidem, ἵνα τὰ ὀνείδη μέσα παραλείπω. Isocrates De pace, τὰ μὲν πικρότερα παραλείψω, μνησθήσομαι δὲ τούτων μόνων. &c. Sic vsus est Xenophon quoque & ante hos omnes Thucyd. Dicitur etiam aliquis nihil παραλείπειν in aliqua re agenda, id est nihil prætermittere, qui modis omnibus eam efficere studet. Sic autem & pass. voce vsus est Herodianus libro 3, καὶ οὐδὲν παρελείπετο εἴδος πολιορκίας. ‖ Παραλείπω ἐν τῇς ὁδοῦ, Prætereo, (inquit Bud.) cui opponitur καταλείπω. Quod tamen καταλείπω alibi sine adiectione etiam exponit Instituo hæredem.

Παραλείψις, εως, ἡ, Prætermissio, Omissio, Præteritio. Peculiariter autem sic appellatur figura quædam cui conuenit definitio hæc quam autor rhetorices ad Herennium tribuit ei quæ ab eo dicitur Occupatio, scribens, Occupatio est quum dicimus nos præterire, aut non scire, aut nolle dicere id quod tunc maximè dicimus, hoc modo; Nam de pueritia quidem tua, quã tu omni intemperantiæ addixisti, dicerem, si hoc tempus idoneum putarem: nunc consultò relinquo, & illud prætereo, quòd te &c. Sic apud Terentium in Phorm. Act. 1, scena 3, Donatus παραλείψιν esse scribit in his verbis, Vt ne addam quòd sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es: Quòd habes, ita vt voluisti, vxorem sine mala fama. palam Beatus, ni vnum hoc desit &c. Sed addit idem grammaticus, in ea velut ex abundanti enumerari adiecta. Quod non intellexerunt vulg. lexicorũ consarcinatores, à quibus ex ipso Donato παραλείψις ita definitur, Figura in qua velut ex abundanti enumerantur adiecta. Quum enim addit ille, In quâ velut ex abundanti &c. ad hunc locum peculiariter respicit.

C. Λιθάργυρος, ου, ἡ, Spuma argenti: medicamentum metallicum, non sponte quidem nascens, sed in secundis fornacibus emergēs, dum plumbum vel eius arena ab argento aut auro secernitur. λιθάργυρον Græci appellarūt nomine ex argento & lapide composito, orta rei auritiem designantes: Latini verò argenti spumam, nascētis rei spumam magis explicantes, & cocturæ potius euentum cōtēplati, quæ ex plumbo & argento cum veluti recrementum spumam redderet: non quòd ex argento solo eiusmodi spuma prodeat, sed quòd ex plumbo & argēto nata fuerit apud ātiquos frequētior quàm vllum aliud lithargyri genus. Diosc. triplicem eius facit differentiam: vnā ex arena quam μολυβδίτιν vocant: alteram ex mistura plumbi & argenti, quā ἀργυρίτιν nominant: tertiam ex mistura plumbi & auri, quæ χρυσῖτις dicitur. Sunt autem hæc duo non materiæ tantùm sed & colorum nomina. ἀργυρῖτις enim candida est, vt χρυσῖτις fulua. Hæc inter alia ex Gorr. Cōfer Diosc. lib. 5, c. 102, & Plin. lib. 33, cap. 6. Dioscor. lib. 6, cap. 27, λιθάργυρος δὲ ποιεῖται βαρὺς ὅσπερ τὴν ῥυμάχω καὶ κοιλία. Vnde Scrib. Largus cap. 51, Spuma argentea pota (quam Græci λιθάργυρον dicunt) ventris infert grauitatem. Nicand. Ἐχθροὺς δὲ σε μὴ λιθάργυρος ἀζιόεσσα λήσῃσιν. Hippocr. vocat etiam ἀργυρέου αὐτός. AT Λιθαργύριον Stesichor' in Helena dicit τὸν πεδονιπῆρα, vt testatur Athen. lib. 10. Ibidem λιθάργυρος ὅλμη in Achæi quodam gripho de κύρβεις, vbi videtur accipere pro vasculo ex lapide candido & quasi coloris argentei.

C. Λιθουλκοί, Qui lapides trahunt seu extrahunt è lapicidinis. Plinius exemptores vocat, ibi l. 36, c. 15. ET Λιθουλκία, Lapides traho seu extraho, & eximo. Item Ægrè traho, veluti ponderosum saxum. nam λιθουλκεῖν Hesychio est τὸ μόλις πέλκειν: Suidæ autem λιθουλκῆσαι, τὸ ὠσαι ὅλῃ τῇ βάσει τὸ αἴσθημα.

C. Λιθουργός, οῦ, ὁ. Qui lapides elaborat, Faber qui lapides scalpit & operatur. Hesychio λιθοκόπος & λιθογλυπτής. Thuc. l. 4, p. 144, σκῆπτρα καὶ λιθουργοὶ καὶ πᾶσα ὅλη πολεμική. vbi scribitur & πλινθουργοί. paulo post dicit, ἐκ τῶν περιαιρεθέντων λίθων καὶ πλινθίων χρωμένοις, καὶ κατέπιπτε τὸ οἰκοδόμημα. Eodem l. p. 122 σκόπελοι λιθουργεῖν ἔχοντες, λογάδιον δὲ φέροντες λίθων, vbi videtur λιθουργεῖν accipere nō tam pro ferramētis ad elaborandos quàm ad eximendos lapides. schol. exp. λαξευτήρια, scalpendis & poliendis lapidibus apta Plut. Pericle, πάντες πάσαις χερσὶ λιθουργοί. VNDE Λιθουργική, Peritia eximendorum lapidum. Lysias apud Suidā, ἀφ' οὗ τῶν τεχνῶν ἐκαλεῖτο, πολλὰ τὸν λιθουργικὸν καὶ λιθοτομικὸν, καὶ ὅσοι ποιοῦσι τὸ πηγανοφηκόν. vbi Suid. Λιθουργικὸν accipit ἐν τοῖς μεταλλικοῖς ἔργοις οἱ τεμνοντες τοὺς λίθους καὶ λιθοτομικὸν, ὃν μετιασιν οἱ καθαίροντες καὶ καθαιρεῦντες τοὺς λίθους. ET Λιθουργέω, Lapides elaboro. In v. l. g. l. λιθοτομῶ, In lapidem verto: vt λιθουργῶ fit Lapidem reddere.

C. Λιθωμάτων Hesychio ἐστὶ μεμιγμένον ὅσπερ τὸν λίθον ὑμνοῦντες, dicit autem λίθον esse τὸ ὑπὸ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς βῆμα. Qualis consuetudo Athenis quoque fuit, vt ex Demosth. or. contra Coronem discimus, qui ait, πολὺς τὸν λιθοθέτην ἀγόντες καὶ ὑποκρούοντες. Ita λιθωτὰ fuerint qui ad λίθον deducūt & ibi iuramentum exigunt.

C. Λιθώδης, ος, ὁ καὶ ἡ, Lapidum expers, Minimè lapidosus. Arrian. apud Suidam, ὡς δὲ οὐ φυσὶ λιθῶδες εἶναι ὀχλεῖν τὸ πεδίον. ITEM Λιθῶδης, ἐς, ὁ καὶ ἡ, Carens lapidibus, Non calculosus. v. l.

C. Διαλίθος, Gemmatus, Gemmis distinctus.

C. Μονόλιθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ex vno lapide factus, Vno lapide constans.

C. Τριόλιθος, ος, ὁ, Lapides liquefaciens. ita dicitur lapis Iudaicus, quòmā calculos rumpit & quasi liquefactos expellit. Paulus Ægin. lib. 7, ὁ δὲ Ἰουδαϊκὸς καλούμενος, ὅν τινες ἱερεῖς λιθῶν ἔφασαν εἶναι, ὅτι κοπὴν λίθων αὐτοῖς ἐκβάλλει, ἐνίοτε. Plin. l. b. 36, cap. 19 spongias lapides scribit à quibusdam vocari tecolithos, quoniam vesicæ medentur: calculos enim rumpere in vino potos. Paulus autem ibi σπόγγους λίθους & λίθους Ἰουδαϊκοὺς diuersos facit: quanuis vtrique vim tribuat τρυπητικὴν ὀνομαζομένοις λίθοις.

C. Γυμνόλιθος, ου, ὁ καὶ ἡ, Lapidosus, Saxosus. vel Aliquatenus lapidosus.

Λιθώδης, ους, ὁ καὶ ἡ, Lapidosus, Lapideus. Philo De mundo, ἐπὶ γαλεοῦ τε καὶ πολυσκελοῦς καὶ λιθωδεστέρου γῆς, solum pradurum ac lapidosum seu glareosum. Philo De vita M. l. 1, ὄρη λιθώδεστατα, saxosissimi montes. VNDE Λιθωδία, ας, ἡ, Saxositas. Item Saxea durities. σκληρότης, Eust. AT Λιθώδα apud Hesych. ἡ πολυλίθης, Lapidosa, Saxosa, poet. quasi à Λιθέα.

Λίθινος, ος, ον, Lapideus, Saxeus, Luc. Tim. αἰδοιοποιὸς λίθινοι. Et in Epigr. l. 2, Τοῦ λιθίνου Διὸς ἐχθὲς ὁ κλιμακὸς ἡψατο Μάρκος, saxeum Iouem, i. statuā Iouis e lapide. Athen. lib. 11, οἰνοχόον καὶ κυπελλοὺς λίθινα. Et l. 10, λίθινος πίθος. Et 13, λίθινος κόρη, puella saxea, — λίθινος ἐστὶ μισανθρώπου λίθος. Item τὰ λίθινα, statua lapideæ seu marmoreæ. Xen. Polit. Laced. ὁπόσοι ὑπὸ αὐστηροῦ ὀκνοῦσι ἢ ὑπὸ λίθινον ἢ ἐπὶ ἐμμάτια μιαρὰ ἐκτρεφόμενοι ἢ ὑπὸ χαλκῶν. Sic Epigr. libro 2, — πρὸς εἵνεκα τῶν λιθίνων, statuarum lapidearum honorandarum causa. VNDE Λιθίνως, Adinstar lapidis seu saxi. X. Symp. ὥσπερ γὰρ οὐδὲ ὅσπερ οἱ τὰς γοργόνας θεώμενοι, λιθίνως ἔβλεπε πρὸς αὐτὴν, καὶ λιθίνως οὐδὲν μᾶλλον ἀπῄει ἀπ' αὐτῆς, saxeis oculis intuebatur. i. immotus saxi more.

Λίθειος, ος, ὁν, Lapideus, Saxeus. vt λίθινος. Il. ψ, Βιπτῷ ὅθι λίθεον. Od. ν, Ἐν δ' ἴσοι λίθοι ἠερμέναι. ET Λίθειος, idem. vt λίθειος πύλη, Suid.

Λίθακα, τὰ, Liber de lapidibus tractans: vt liber Orphei περὶ λίθων. In vita Dionysii qui inscripsit De situ orbis.

Λίθαξ, ακος, Hesychio Petra lubrica vel aspera. Sed adiectiuè potius accipitur apud Homerum, Odyss. ε, v. 415, Μή πως, μ' ὀκλάσσοντα βάλῃ λίθακι ποτὶ πέτρῃ Κύμα μέγ' ἀρπάξαν. & rectius ibi scholiastes λίθακι πέτρῃ exponit λιθώδεϊ πέτρᾳ ὑποπεπλασμένῃ τῇ θαλάσσῃ, ἢ ὀξεχούσῃ. Nicander substantiuè capit pro loco aspero, vt schol. exponit in Ther. v. 50, Τῶν οἱ μὲ λίθακάς τε καὶ ἕρμακας ὀναίροντες. ‖ Hesychio est etiam ῥώξ.

Λιθάς, άδος, ἡ, Lapillus, Lapis. Odyss. ξ, — σεῦεν κύνας ἀμφὶς ἀμύδις ἀμφὶ Πυκνῆσιν λιθάδεσσι. Od. ψ, — θαλάμου δέμον ὄφρ' ἐτέλεσσα Πυκνῆσιν λιθάδεσσι, lapidibus. nec enim ibi necessariò diminutiuum est, teste Eust.

Λιθίς, ίδος, ἡ, ET Λιθίδιον, ου, τὸ, Lapillus, Paruus lapis.

Λιθάριον, ου, τὸ, Lapillus. Vtitur Theophrast. libro 3 Hist. plantarum. Pnrynichus tamen Attice dici λιθίδιον scribit, non λιθάριον.

Λιθόω, ῶ, In lapidem verto, Lapidem facio. Et λιθόομαι, ούμαι, Lapidesco, In lapidem vertor & indurescо, Lapis fio.

Λίθωσις, εως, ἡ, Mutatio in naturam saxeam. Plutarchus De primo frigido, πῆξις δὲ ἐς ἀλλοίωσιν τελεῖ τὸ ὕδωρ καὶ λίθωσιν, glacies in commutationem naturæ saxeumque rigorem desinit.

C. ΑΠΟλιθόω, ῶ, In lapidem verto, Lapidescere facio. vt τὴν Νιόβην ἀπολιθοῦν, Nioben in lapidem vertit. Passiua vox est Απολιθόομαι, ούμαι, Lapidesco, In lapidis modū rigeo, Rigesco seu induror vt lapis, apud Strab. Et Athen. l. 2, μύκητες φύονται πολὺς τῇ θαλάσσῃ, οἱ καὶ ἀπολιθοῦσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου φησί.

C. ΚΑΤΑλιθόω, Lapidibus obruo seu cooperio, Lapido. idem quod καταλεύω. ex Hermog.

Λιθάζω, Lapido, Lapidibus obruo. Chrysost. πολλὰ ἰουδαίων λιθαζόμενος, lapidibus appetitus. Capitur etiam simpliciter pro Iacio, seu Coniicio, βάλλω. Arrian. apud Suidā, κελεύσαντος δὲ Τατίου τὸν χρυσὸν ἐς τὴν θάλασσαν ἐλιθάζον, ἐς τὸ πρῶτον κομιδῇ καρπῷ ὄφ. qualis historia extat apud Plutar. in Parall.

C. ΕΚλιθάζω, Lapidē iacio. Theophr. Hist. l. 5, c. 3, καὶ ἐάν τις ἐκλιθάσῃ λίθον εἰς τὸ δένδρον, ἢ καὶ ἄλλο τι ποιήσῃ, κατακρύπτει πολλῇ φύλλῳ ὑπὸ τῆς πολυφυΐας. Vnde Plinius lib. 16, sub finem cap. 39, vt quædam forte accidunt, lapide comprehenso aut recepto in corpus, aut alterius arboris ramo. Gaza vertit, Siquis lapidem arbori inculcarit. Videtur autem reponendum ἐκλιθάσῃ. éstque animaduertendum poni hic simpliciter pro Iacere, quum additur λίθον.

C. ΚΑΤΑλιθάζω, Lapidibus obruo seu cooperio, Lapido.

C. ΠΑΡΑλιθάζω, Lapidesco, vt exp. apud Theophrastum Hist. pl. l. 3, c. 9, de fago & halipilœo, αμφότερα γὰρ παραλιθάζεται ἐν τοῖς ἄρρεσι καὶ λουομένοις, ἐξ ἄκρου τοῦ βαλανείου ἕως κατέρρωνται.

Λιθίζω, Lapidem refero seu imitor, In lapidem colore vergo. Plin. l. 37, c. 7, de carbunculis gemmis, Qui languidius ac liuidius ex Indicis lucēt, λιθίζοντας appellari Callistratus dicit.

Λιθάω, ῶ, Calculo laboro: à λίθος significante calculū, cuius exemplum habes in Τηκόλιθος. In qua signif. Scrib. Larg. & Marcell. Empiricus vtūtur etiā vocabulo Lapis, vt quum dicunt, Si lapis in renibus innatus fuerit. Dioscor. de lithospermo, λίθους θρύπτει: quo Plin. quoque calculos frangi pellique tradit. Idem de amygdalis amaris διεύρυνσιν δὲ καὶ λιθῶσι σὺν γλυκεῖ βοηθεῖ. Vnde Plin. l. 23, c. 8, Calculosis & difficili vrinæ in passio efficaces sunt. Machon apud Athen. l. 13. Δοκεῖ δὲ λιθᾶν, ὡς ἔοικε, ἡ Γνάθαινα. in quam paulo pòst Phryne æmula acerbiore ioco dicit, εἰ λίθον ἔχοις, ὅπως ἠπιάσαιμι αὐσοι ἔδωκα. nam ἐνύξαν τε αὐτὴν ἔχουσα λιθᾶν, vt Athen. scribit. VNDE Λιθίασις, εως, ἡ, Calculi generatio in vesica: quanuis ille in renibus etiam creari possit. nemo tamen λιθιᾶν λιθιῶντας vsurpauit nisi de iis quibus in vesica molestus est. Dicitur λιθίασις & in oculis morbus exteriori palpebrarum parte, in quo alba quædam & crassa callis aut lapillis similia apparent, oculum pungentia, vt scribit τῆς εἰσαγωγῆς autor: apud quem tamen incertum est parténe palpebrarum exteriori an potius inferiori insideant. Gorr.

ΛΙΜΟΣ, ου, ὁ, (& alicubi etiam ἡ) Fames, Esuries. Homerus Il. ι, — ἠδὲ κε καὶ λίμος Δίψαν καὶ λιμός, sitis & fames. Et Odyss. ο, ac μ, — ἔστερε δὲ χαστέρα λιμός. Idem Od. κ, Μὴ σόμεθα ἔρεμνος, μὴ δὲ πρὸ χώμεθα λιμῷ. Ab eodem λιμὸς eleganter dicitur inuadere γουνάτα, id est genua. Et λιμῷ θανέειν apud eundem, Fame mori, Odyss. μ. vbi etiam dicit mortem eorū qui fame moriuntur, esse mortis genus longè omnium miserrimum: his versibus, πάντα μὲν συγκεροῦ πάνα δὲ τε λῶιον βροτοῖσιν, Λιμῷ δὴ οἴκτιστον θανέειν καὶ πόντον ὀπάσσαι. Interdum coniungitur λιμὸς & λοιμός, id est fames & pestis, seu pestilentia. vt ab Hesiodo in Erg. Λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμόν. (Creditur verò & eadem esse vtriusque deriuatio, vt docebo infrà) Extat passim & apud prosæ scriptores nomen hoc λιμός. Xenoph. Pædiæ 3, πολὺ λιμῷ καὶ τῷ δίψει μάχεσθαι. (vt δίψα & λιμὸς ab Homero copulantur in loco quem modò protuli) Et λιμῷ πέσωμεν, item εἶλον λιμῷ ἀκεραίους. apud eundem.

Λιμὸς, (vt ait Galenus) πᾶσα εἰς ἄκρον ἥκουσα δ' ὀπείαν σπάνιν, id est, Extrema fames à ciborum penuria, siue ea voluntariè, siue præter voluntatem feratur. Idem ergo genere λιμὸς & πεῖνα, solāque magnitudine differunt. Est enim πεῖνα modicæ suctionis in ventriculo sensus, λιμὸς verò, magnæ & vehementis. Sic enim apud Hippocratem intelligitur, cum eo aphorismo quo scribit, ὅκου λιμὸς οὐ σέσηπε ἔνεστι τὸ ἕτερον, qui ita scriptus est, ὅσοισι πεῖνα σιτοῖσιν ὑγιεῖς τὰς ὀρέξας ἔχουσι δεῖ λιμὸν ἐμποιέειν: λιμὸς γὰρ ξηραίνει τὰ σώματα. His enim aphorismis ἀσπάνη proprie significat, sicut & lib. 2 περὶ ὀστέων, vbi ait, ἐν Αἴνῳ ἀστεροφαγοῦντες ἐν λιμῷ, σκελέων ἀκεραιέων ἐγίνοντο. Si significat verò etiam apud Hippocratem vehementem & insatiabilem ciborum auiditatem, quæ κυνώδης ὄρεξις appellatur. vt aphor. 21, lib. 2, λιμὸν θέρους λύει. Neque enim hæc secundum naturam, vt ait Galenus, fames est, sed morbosa, quam vini potus soluit. Gorr. ‖ Λιμὸν dicit etiam hominem ferridum & præparcum, quidam annot. ex Eustathio, apud quem legitur & quod dixi de λιμὸς in fœmnino genere. At verò Etymologistes Doricum esse tradit hunc vsum, sicut λιμὸς masc. genere, Atticum.

Λιμὸς à λέλειμμαι deriuatum putatur, (quæ est prima persona præteriti τοῦ λείπομαι) abiecto ε, vt in quibusdā aliis, de quibus lege Eustathium. Hoc autem sequendo etymum, fames vocata fuerit λιμὸς quasi ἔνδεια, id est, Defectus.

C. Λιμοδωρεῖς, Qui fame adacti aliquò demigrant. à Doriensibus qui è Peloponneso fugerūt, annonæ inopia. v. l. Vide Erasm. Chil. in hac voce Λιμοδωρεῖς, ex Plut. & Hesychio. vbi etiam aliam affert expositionem, scribens ita dictos videri qui vagantes famem afferebant. ET Λιμοδωρέω, Fame cōpulsus aliquò demigro. v. lex.

C. Λιμακμβίξ Qui ad tamem vsque parcus est, seu sordidus. Vel, Quem sordes ad tolerandam famē impellunt, seu, ad suum detrudandum genium, vt Ter. loquitur. His enim modis puto vim huius vocabuli posse exprimi, quod aliqui Eustathius (sicut & κυμινοκίμβιξ) vult idem esse cum κιβδίξ.

C. Λιμοκτόνος, ος, ὁν, Fame enecans, Famem mortiferam afferens. VNDE Λιμοκτονία, q. d. Cædes quæ fit per famem. Apud Platonem pro summa inedia & exitiali à medico imperata. Vide Budæum pag. 869. Apud Aphrod. autem λιμοκτονία exponitur simpliciter Summa fames seu esuritio, Problem. libro 1, ὅτι τὸ ὑγιαινόντων ἐν λιμοκτονίᾳ κέχρηται τῷ φλέγματι ἡ φύσις πρὸς τὴν τροφήν. Galen? λιμοκτονίαν apud Hippocratē exponit ἀσπάσια παντελῆς, (id est Abstinētia omnimoda, vt interpretatur Gorr.) vel, ἡ ὅτι τοῖς πάμπαν μόνοις δίαιτα. Hinc VERB. Λιμοκτονέω, ῶ, Fame neco, Fame conficio. Gal.

ET Προλιμοκτονέω, ῶ, Prius fame neco. Vide exempla apud Bud. p. 869.

C. Λιμοφόρος, ος, ὁ & ἡ, Famem afferens. At Epigr. lib. 2 λιμοφόρων δίσκων, à NOM. Λιμοφόρος, (nō Λιμοφόρνος, vt habent vulg. lex. titulo in parcos, Μύμε κάλει δίσκων ὅσπερ ἐστὶ λιμοφόρων.

C. Λιμόψωρος, Strigositas & scabies qua tam homines quàm iumenta in fame corripiuntur. Cam. ex Suida, quem vide.

C. Λίμιος, Famem pellens. ἄλιμον σκεθασέν quãdam vocant quæ famẽ & sitim pelleret, vt scribit Proclus. Cã. Quidam ὄξιμα φάρμακα exp. Famem arcentia, seu prohibentia, vt ἄδιψα sitim prohibẽtia, ex Plutarcho Sympos. Apud eundem legitur & ἄλιμος δύναμις.

C. Βούλιμος & Βουλιμία, q.d. Bouina fames, id est Ingens fames, Vehemens fames. Gell. libro 16, capite 3, In eodem libro Erasistratus vim quandam famis non tolerabilẽ, quam Græci βούλιμον καὶ βοῦπεινον appellant, in diebus frigidissimis multo facilius accidere ait quàm quum serenum atque placidum est. Βούλιμος (inquit Gorr.) est ingẽs fames à vehemẽti refrigeratione oris vẽtriculi contracta. Famẽ quidem ingentem esse ipsa nominis ratio ostendit. eũ autem inducit indigentia quædã in ore vẽtriculi percepta quã vehemẽs ei refrigeratio excitauit. Paulo pòst, Symptoma est malè affecti oris vẽtriculi, quo primùm quidẽ ægri expleri cibis nequeũt, paulo verò postea destituuntur prorsus appetentia, animo linquuntur, viribus deficiunt, exoluũtur, decolores sunt, torquentur stomacho, refrigerantur corde & extremis partibus, pulsusque habent admodum obscuros. Causa huius ferè sola est frigus externum, à quo tantopere refrigeratur os ventriculi vt ea quæ diximus symptomata consequantur. Ex quibus apparet βούλιμον propriè nõ esse id quod nomen ipsum sonat, ingentẽ scilicet famem, quæ quanuis principio fuerit, paulo tamen postea nulla prorsus est, & in totum, languente nimium ventriculo, & penè extincto eius calore, aboletur. In eo nanque differt ὁ βούλιμος ἀπὸ τῆς κυνώδους ὀρέξεως, quòd in canina appetentia cibus perpetuò appetitur, nec vnquam ventriculus expleri potest. Quanquam & aliis quibusdam inter se distinguantur, maximè quòd Gal. autore comment. aphor. 1, lib. 2, βούλιμος magis specialis particularisque sit, canina autem appetentia generalior sit, siue vniuersalior. Quod nõ est ita accipiendum, quasi de genere propriè dicto à logicis, & specie ille subiecta dictum sit (vt quũ animal homine vniuersalius dicitur) sed quòd βούλιμον causæ possint caninam etiam appetentiam mouere, quàm è cõtrario causæ appetentiæ caninæ non sint etiam causæ βουλίμου. Siquidem βουλίμου vna tãtùm causa proditur, frigus nempe externum famem ingentem afferens: canina verò appetentia, non ab eo modo frigore, sed ab acido etiam humore impacto ori ventriculi gignitur. Itaque illum Aphor. Hippocratis siquis de βουλίμοις tãtùm intelligat, videbitur Hippocrates id tantùm dicere, quòd meri potio intemperiem frigidam (à qua βούλιμος nascitur) præfanet, quum non eam modò, sed humoris etiam acidi in os ventriculi affluxum curet, à quibus duobus canina inducitur appetentia. Præterea verò inter se differunt quòd in appetitu canino propter insatiabilem ingluuiẽ vomitiones perpetuæ infestent, βούλιμος autem sine vomitu sit. Hæc Gorr.

¶ Est etiam βουλιμία morbus equorum in Hippiatria.

HINC Βουλιμιάω, ῶ, ET Βουλιμώττω, Fame ingenti premor, vel fame intolerabili quæ βούλιμος dicitur. Aut Fame enecor, vt B. exponit apud Xenophontem, εἴπ' ποῦ ὁρῶν βρωτὸν, ἐδίδου τοῖς βουλιμιῶσι. Aristoph. Pluto, δῆλον ὅτι βουλιμᾷ.

C. Ἔκλιμος, Fame confectus. Theophrastus De causis plãt. libro 2, capite 6, τὰ γὰρ φύσει λιτῶς βοσκόμενα ἔστιν ἥττω καὶ ἧσσον ἀνθρώπων τοῖς ἐκλίμοις χαίρειν μάλιστα. Ταῦτα λεγόμενα. Sed quidam ibi interpretantur, Macilentos, Ieiunos. sonat tamen propriè q. d. Fame confectos. Cæterùm pro ἐκλίμοις vulg. editiones habent ἐκλίμνοις. HINC Ἐκλιμία, apud Græc. Bibl. interpr. Deuter. capite 28, ἔνδειαν καὶ ἐκλιμίαν. vbi videtur accipi pro vehementi fame seu esuritione. Exponitur & ἀχορτασία.

Λιμώδης, εος, ὁ & ἡ, Famelicus. vel Tolerandæ fami obnoxius. κενὴ καὶ λιμώδης τράπεζα, Plutarch. Sympos. libro 7. Et Athen. libro 6, λιμῶδες γὰρ ὄντως ἡ ῥαψῳδία.

Λιμηρὸς, οῦ, ὁ, Famelicus. Et λιμηρὴ ἐργασία Suid. ex Epigr. Puto autem vocari λιμηραὶ quæ artificem suum famelicum reddit, vtpote nullum quæstum ei afferens. Item Epidaurus λιμηρὰ vocata, detorto nomine hoc ex λιμδωνὰ, id est Portuosa. vt scribunt Hesych. & Suidas, item scholiast. Thucyd. SED λειμηρὰ etiam scribi ἀπὸ τῆς λειμῶνος, tradit Eust. At verò apud Steph. perperam λειμηρὴ cum ει, quum sequatur ἀφ' ὁ πολλοὶ ἔχειν λιμδῶας. præter ea Λακωνικὴν eam dicit.

Λιμάω, Esurio, Fame laboro. Herodotus, ἵνα μὴ λιμήνειε ἡ σεατή.

Λιμῶττω, idem quod proximè præcedens λιμάω, & quidẽ vsitatius. (dicitúrque λοιμῶττω à λοιμὸς eadem forma qua λιμῶττω à λιμὸς) Luc. ἄσιτος καὶ λιμῶττων ἐν αὐτῇ πολιτευόμενος. Theophyl. in quadam epist. λιμώττων & πεινῶν, βρόχοις ὡσπερ χρυσῖς ἀπαλγύμενος. Et cum genitiuo apud eundem, λιμῶττειν χρυσοῦ. (at Latinè dixeris per accusatiuum Esurire aurum: epist. 10) λιμπελῶς λιμώττει χρυσοῦ τὸ αὐθάδιστον γένος, Σωσίπατρε. ὀπίσθεν γὰρ καὶ πρὸς τὸ βίῳ εἰσιόντας καὶ πόλεις φκίσθησαν. id est, Vtiliter aurũ esurit humanum genus.

ΛΙ'ΝΟΝ, ου, τὸ, Linum. λίνου σπέρμα κεκεμμένον, Thuc. lib. 4. Theophr. De caus. plant. l. 4, ἄπαντα δὲ καὶ λόγου δεόμενον εἰ καὶ τὸ λίνον ὀξαίνεσθαι. Sæpe pro lineo filo, vel potius generaliter pro quouis filo. vt λίνον Parcæ, seu Parcarum, apud Homerum, Il. υ, — ὕστερον αὖτε τὰ πείσεται ὅσσα οἱ αἶσα γενέσθαι ἐπεὶν σε λινῶ τε μιν τέκε μήτηρ. Sic Odyss. ν, — ἔνθα δ' ἔπειτα πείσεται ἄσσα οἱ αἶσα κατακλῶθές τε βαρεῖαι γενέσθαι νήσαιτο λίνα, ὅτε μιν τέκε μήτηρ. Sic autem à Latinis poetis fila Parcarum dicuntur, (itẽ stamina, & pensa) vt ab Horatio, Atra fila trium sororũ. Interdũ verò Linum itidem pro quouis filo poetis Latinis: sic autem & Celsus lina pro filis vsurpauit. Sed hoc obseruandum est, quum in λίνον Græci priorem syllabam corripiant, Latinos contrà in Linum producere.

Λίνου appellationem acceperunt etiam quædã quæ ex lino fiebant. Interdũ enim est Chorda citharæ, quòd olim ex lino fieri solerent. quo interpretati sunt modo quidam apud Homerum Il. σ, — λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἀείδε &c. sed affertur alia loci huius expositio quæ magis recepta est, vt infrà declarabo.

Λίνον, Rete, seu propriè quod ex lino est. Il. ε, — ἀμφὶ δὲ λίνου ἀλόνδε πανάγρου. Et πέκτε λίνα, in Epigr. VNDE Ἄλινος θήρα, in iisdem Epigr. Venatio reti non capta q.d. Venatio quæ retibus caruit.

Λίνον, Linea piscatoria, sed propriè quæ est ex lino. vt Iliados π, — ἀς ὅτε τις φώς Πειρήσῃ ὀδύνῃσι βεβλήκῃ καὶ ἐνήκῃ ἱερὸν ἰχθὺν Ἐκ πόντου ἐρύσῃ λίνῳ καὶ ἰώσπιν χαλκῷ, Ὡς εἷλκ' ἐκ δίφροιο κεχηότα δουρὶ φαεινῷ. Λίνον, Textum quoddam ex lino, seu λεπτὸν ἱμάτιον, vt Didymus exponit in isto Homeri loco Od. η, Καθεῦδ' ἀρ' Ὀδυσεὺς τόφεσιν ῥῆγος τε λίνοιο τε. Et aliquanto pòst, Πρὶν μὲν Ὀδυσῆα γ' ἀκαμεῖς ἐν νηὸς ἄειρεν Αὐτῷ σὺν λίνῳ καὶ ῥήγεσι καλόεντι. Eo autem inuolutus dormiebat Vlysses, seu substratum erat illi dormienti. Dicit enim in proximè sequente versu, Καθεῦδ' ἀρ' ὀδὺ λαμάθῳ ἔθεσαν δόμῳ ἠνεμόεντι. Sic autẽ in priore illo loco, sequitur, ἵνα νὴ ἐπνύδει. Sed in vulg. l. sine autore dicitur esse linteum in quo dormitur. ¶ At verò pro linteis, id est carbasis, seu velis, ex Apollon. Arg. 1, — καθεῦδ' ἀμφὶ λίνα χεῦον. ¶ Hesych. λίνῳ, ἐείῳ.

(AT VERO Λῖνος priore producta, vnde est Il. σ, — λῖνον δ' ὑπὸ καλὸν ἀείδε, nomen est proprium herois filii Vraniæ, teste Hesiodo, qui etiam scribit de illo, Οὐδὲ ὅσοι βροτοί εἰσιν ἀοιδοὶ καὶ κιθαρισταί Πάντες μὴ θρήνωσιν ὀνειλαπίναις ἠδὲ χορεῖσιν, Ἀρχόμενοι δὲ Λίνον καὶ λήγοντες καλέουσιν. A quo deducitur ET IAM Αἴλινος, vt propriè quidẽ sit Deploratio Lini, seu Carmen quo deploratur Linus, sed generalius quoduis carmen lugubre. Soph. Aiace, p. 38, Αἴλινον αἴλινον οὐδ' οἰκτρᾶς γόνον ὀρνίθος ἀηδοῦς ὦσ' ὄμμασ. vbi schol. annotat esse εἶδος θρήνου. Et adiectiuè in hoc versu qui affertur à Suida, — οὐκ ἐμάλαξε πὸν θράσος αἴλινος ἀοιδή. ¶ Inuenitur autem ET Αἴλινα, vt apud Callimachum hymno in Apollinem, Οὐδ' Θέμις ἀχλῆνα

κινύρεν) αἴλινα μήτηρ. vbi schol. exponit θρηνωπικά: sed malim aduerbialiter accipere pro θρηνωπικῶς. quo fortasse modo exponi possit & apud Moschũ in Epitaphio Bionis, cuius primus versus est hic, Αἴλινά μοι τοῦνα χέῃ πέπαν καὶ Δώριον ὕδωρ. Fuerunt autem & alii eodem nomine, de quibus lege Eustathium pag. 1163 & 1164. vbi etiam docet quosdam λῖνον in illo Homeri versu accepisse pro quodam cantici genere seu hymni. Affert quædam de hac voce & ex Herodoto, quẽ adi. Athenæus porro apud eundem αἴλινον sicut & λῖνον, vult fuisse canticum quod non solùm ἐν πένθεσι, sed etiam ἐπ' ἀστυχεῖ μολπῇ locum haberet, idque autore Euripide. Ibidem traditur & alia expositio nominis huius αἴλινος, vt videlicet fuerit ὡδὴ ἰουργικῶν, dicta ἀπὸ τοῦ λίνου. At mihi multo verisimilior videtur altera nominis huius deriuatio, suspicãti αἴλινος factum esse ex αὖ Λίνος, seu αὖ Λίνον, quod in carmine lugubri deplorante Lini mortem sæpe repeteretur. vt legimus in Adonidis epitaphio, Αἰ αἰ καὶ τὸ Ἄδωνιν: item, αὖ αὖ τὰν Κυθέρειαν, non semel)

C. Λινέδεσμος, ου, ὁ & ἡ. Ex lino vinculum habens, seu lineũ. aut ex filo. ‖ In v. l. exponitur Lineum vinculum, quod tamen non conuenit cum exemplo quod subiungitur ex Aristide, λινοδέσμῳ ὁρμίᾳ, de rate Xerxis.

C. Λινόδετος, ου, ὁ & ἡ, Lino vinctus. vt Budæus exponit apud Aristophanem Nubib. eadem forma dici tradens quæ σιδηρόδετος. Et λινοδέτοις χαλινοῖς, q.d. Lino vinctis frænis, pro Retinaculis nauis, ex Eurip.

C. Λινόδρυ quibusdam dicta quæ alio nomine χαμαίδρυς, teste Diosc.

C. Λινόζωστις, Mercurialis herba. Diosc. l. 4, c. 191, λινόζωστις, οἱ δὲ παρθένιον, οἱ δὲ Ἑρμοῦ βότανον καὶ λουδόν.

C. Λινοθώρηξ, ηκος, ὁ & ἡ, Lineo thorace indutus, seu Lineo thorace vtens, apud Homerum, Aiax filius Oilei. Iliad. β, — ὁ λίχας μὲν ἔλω λινοθώρηξ. (at verò Aiax Telamonius apud Sophoclem, χαλκοθωρᾶξ) Conspici autem λινοθώρακας, cum alibi, tum in Apollinis Grynæi luco, scriptit Pausanias in Atticis. non ad prælia, sed ad venationes idoneos. nam refringi in iis leonum & pardorum quoque dentes. ‖ am.

C. Λινοκάλαμος, Linum agreste. v. l.

C. Λινοκάρυκες, Qui lina vendunt. οἱ τὰ λίνα πωλοῦντες. Ita Hesychius. cuius si exẽplaria mendo carent, puto λινοκάευκες accipiendum pro λινοκήρυκες, mutatione Dorica literæ η in α.

C. Λινόκλωστος, ου, ὁ & ἡ, vt ἠλακάτη λινόκλωστος in Epigr. Colus in qua netur linum.

C. Λινοκροκος, ου, ὁ & ἡ, Ex lino factus, & croceo colore tinctus. vtrũque enim comprehendere videtur hoc cõpositũ quo vtitur Eurip. in Hecuba, — ναῦς ὅπως πονήσοις πεί σμασι λινόκροκον φᾶρος στέλλων. vbi scholiastes tradit ita vocari λαῖφος. At in v. l. λινόκροκον exponitur simpliciter Lineum.

C. Λινόπληκτος, ου, ὁ & ἡ, vt λινόπληκτα θηρία, implicitæ retibus feræ, aut intra cassés obseptæ. Ita v. l. sine autore, quod suspectum est. AT Λινοπλὴξ idem est quod φρενοπλὴξ, si Hesychio pariter & Suidæ credimus. nam horum vterque genitiuum λινοπλήγος exponit φρενοπλήγος quod ab alia nominis λίνον aut λίνος significatione esse putandum est.

C. Λινοπλόκος, ου, ὁ & ἡ, Retia plicans, seu complicans, Piscator.

C. Λινοπλώας, ου, ὁ, q.d. Lini lotor: Ab Hesychio exponitur πελδός.

C. Λινοπόρος, ου, ὁ & ἡ, vt λινοπόροις αὔραις. ex Eurip. Lina (id est vela) pertranseuntibus vẽtis. id est perflantibus. At v. l. Veliuolis ventis.

C. Λινόσαρκος, ου, ὁ & ἡ, (q.d. Lineam carnem habens, id est ex lino) λινόσαρκοι θραλίδες, apud Antiphanem, αἱ λεπταὶ καὶ ἁπαλαί, Eust.

C. Λινόσπερμον, ου, τὸ. Lini semen. Alex. Aphrod. Probl. lib. 1, λινόσπερμον, ξηρὸν μὲν τῇ φαυλοτάτῃ καὶ τῷ φαινομένῳ ὑγρὸν δὲ τῇ δυνάμει καὶ τῇ ἀληθείᾳ. AT Λινόσπαρτον Gaza Linigenistam reddidit apud Theophr. lib. 1. cap. 8. vbi tamẽ pro λινοσπάρτου legitur & separatim, λίνου σπάρτου. quũ alioqui Plinius Theophrastum sparti meminisse negeat. Quidam verò λινόσπαρτον nihil aliud esse putarũt quàm spartum, ex quo Plin. lib. 19, c. 1, Asiam lina ad retia præcipua facere dixit.

C. Λινοστασία, Retium collocatio, vt quidam exponunt. At in vulg. Lex Epigrãm. pro Laqueo, quòd fixus stet.

ET Λινοστατοῦσα ex Platone pro Illaqueari, In casses incidere. v. l. Affert autem Eust. ex Platone, ἐθηρεύετο λινοστατούμενος, ὑπὸ ἔρωτος δηλαδή.

C. Λινοτόμος, ου, ὁ, Qui linum secat. Hesych. tamen λινοτόμοι exponit nõ solùm οἱ τὰ λίνα ἀφαιρούμενοι, sed addit καὶ ὑγιῆ δεκτικοὺς.

C. Λινοχίτων, ωνος, ὁ & ἡ, Tunicam lineam indutus. Vel generalius Lineam vestem indutus. nam apud Hesychium EST Λινόστολος, pro huius expositione.

C. Λινοχλαίνης, ου, ὁ, Lineam chlænam indutus. ex Dionysii libello De situ orbis.

Composita alia in quibus amittitur ο nominis λίνον.

C. Λιναγερτοπυρφόνη, Induta veste linea, Vili veste induta. ὀνομαφόνη λινᾶ, κακοείμων. ita Hesych. qui addit ET Λινεργόσα.

C. Λινεργὴς ἱστὸς, Ex lino facta tela. ex Dionys. lib. De situ orbis. AT Λινουργὸς, Qui linum elaborat, seu apparat, q.d. Qui in lino operatur, aut circa linum opus aliquod facit. Sed ex Oppiani Halieut. affertur λινουργοὶ quod sit quarundam auicularum nomen.

C. Λινόσθης, ου, ὁ, Qui retia speculatur, Qui venatoriis retibus adstans diligenter obseruat an feræ in eas incidant. Vtitur Aristoteles. Pollux quoque meminit huius vocabuli, & post eum Hesychius. VNDE Λινοσκοπέω, ῶ, & Λινοσκόπομαι, οῦμαι, Retia speculor, vel Defixos in retia oculos habeo. vnde metaph. apud Aristophanem in Pace, ἐγὼ δ' ἐστήκα λινοσκοπούμενος. vbi exponitur Obseruans. vt solẽt aucupes obseruare aues incidẽtes in retia. quia scholiast. dicit esse sumptum ἀπὸ τοῦ εἰς τὰ λίνα πιπτόντων ὀρνίθων. (At Hesych. λινοστὴς vult ἀπὸ τοῦ κυνηγετικῶν δικτύων esse dictum) Addit etiam πεῖ τοῦ ἐρωτῶντος dicere λινοσκοπεῖται, τὸ λίαν καρτερεῖν. At Suidas λινοσκοπεῖν secus exponit, vbi eius exemplaria suspecta sunt. ITEM Λινοσκαίζω apud Hesychium quod exponit per proximè præcedens λινοσκοπῶ.

Λίνεος, οῦς, ὁ, Lineus. Philostr. in epist. λινοῦς χιτὼν ὡς ὁ τῆς Ἴσιδος. Et λινοῦν χιτώνιον, apud eundẽ. Sic λινοῦν ἱμάτιον, & in plur. λινᾶ ἱμάτια, Alex. Aphr. In fœm. λινῆ ἐσθῆτι. & λινεαὶ ἐσθῆτες. ET Λινᾶος Ex lino factus. vulg. lex. sine autore.

AT Λίναιος, ἔεια, Hesych.

Λινόω, ῶ, Lino vincio, aut generalius pro Vincio. ET Ἀπολινόω, pro eodem. VNDE Λίνωσις ET Ἀπολίνωσις, Ligatio. Ægineta, φθισαίνων ἀφάσσοι πλῶαι καὶ ἐκπεσεῖν ἀπὸ τῆς ἀπολινώσεως δεσμῶν. vbi de vena ligata loquitur. Bud.

C. Ἐκλινέω, ῶ, E retibus euado, seu effugio. Et COMP. Διαλινέω, ῶ, pro eodẽ. vnde in medio aor. διελινήσαμεν apud Eustathium, qui διελινήσαμεν ὁ λαγὼς exponit ἐξελίνησε, id est (inquit) διεξέφυγε τὰ λίνα. Et ita quidem ille pag. 574. At verò pag. 1452 in fine scribit (si exemplaria non mentiuntur) ὁκ λινήσαν cum ι. sed non dubito quin vera scriptura sit per η.

Λινάριον, ου, τὸ, ET Λινίσκος, Paruum filum, Funiculus. in v. lex. sine autore. At Eustathius postquam dixit ὀκλινῆσαι pro διεκφυγεῖν τὰ λίνα, in vsu esse apud multos Asiaticos suo tempore, addit, εἰ καὶ τὰ πιεῦτα λίνα, λινάρια φασίν. Idem alibi scribit hoc vocabulum λινάρια pro θηρευτικὰ δίκτυα cum ab aliis vsurpari tum ab accolis Pamphyliæ. Eidem Eustathio EST Λινίσκος diminutiuè ὁ λεπτότατος λίνος, id est tenuissimum linum, in quodam loco quem affert pag. 1164.

ΛΙ'ΠΟΣ, εος, τὸ, Pinguedo, seu Pinguitudo, Adeps. Athenæus libro, θαυμαστῶν λιπαρῶν ἀφαιρεῖται τὸ λίπος ἡ πύρωσις. Philo De vita Mos. lib. 3, καὶ πελδὸν τὸν τῶν σταχυῶν τὸν ἀρίστερα πλευρὰ λίπει πλὴν κεφαλῆς ἀλείφει. Theophr. πόσιμα & λίπος copulauit libro 9, scribens, ὅσα πόσιμα πιεῖν ἔχει καὶ λίπος. ITEM Λίπαι pro eodem, siquidem sequamur Herodianum grammaticum scribentem apud Eustathium, vt ὕδος, ὕδατος, & γῆρος γήρατος, sic etiam dici λίπος & λίπαι: vnde esse apud Homerum λίπ' ἐλαίῳ (cum aliis plerisque locis, tum Iliad. κ, in fine, Τῶν δὲ λοετρασμένω καὶ ἀλειψαμένω λίπ' ἐλαίῳ. vt

nimirum λίπα quidem ſit genus, ἐλαίῳ autem, ſpecies. A Sed magis recepta eorum eſt ſententia, qui λίπα ex λιπαρῷ factum eſſe per apocopen cenſuerunt) Affert verò Euſtathius & aliud exemplum vſus illius nominis λίπας, hoc videlicet ex eodem poeta, — λοέσαντο καὶ λίπ' ἄλειψ. videtur tamen eſſe eliſum non α ſimplex, ſed α cũ ι ſubſcripto. cuius ille rei mentionem nullam facit. Idémque & in λίπ' ἐλαίῳ dicendũ eſſet, ſi illam Herodiani expoſitionem ſequi vellemus. Sed quidam tradiderunt λίπα eſſe indeclinabile. Vtut ſit, eo vtuntur & B ſoluta orationis ſcriptores. Thucydides lib. 1, λίπα μεταὶ τῶ γυμνάζεσθαι ἠλείφαντο. Theophraſtus Hiſt. pl. libro 9, de legendis herbis loquens, καὶ λύσιοι δὲ τοῖς μὲν κατ' αὐτὸ μοῖς ἰσαμύθοις πέμπειν, ὥσπερ ἐπίεσις τέ πρὸς καὶ πλὴν θαψίαν, ἀλειφαμύθοις λίπα. Luc. in Lexiphãe, ὁ δὲ λίπα χεσσάμυθος ἐλυγίζετο. Quidam verò (ex quibus Ioannes grammaticus) λίπ' ἐλαίῳ expoſuerunt λίπι ᾧ οὗς ἔλαιας. ſed explodi tur iſta expoſitio.

C. Ἀλιπὴς, έος, ὁ & ἡ, Pinguedine carens, Minimè pinguis. ‖ Exponitur & Macilentus, item Aridus. CONTRAR. Εὐλιπὴς, (q.d. Bene pinguis) Valde pinguis, Præpinguis. C

Λιπῶδης, εος, ὁ & ἡ, Pinguis. τὸ λιπῶδες, Pinguedo quam humor copioſus & exiguus calor gignunt. vt ſcribit Alexand Aphr. Probl. l. 2. v. l.

Λιπάω, ῶ, (q.d. Pingueo) Pinguis ſum. Vel, Obeſus ſum. Plut. de Cæſare loquens, καὶ πύθοις ἔφη δεδιέναι τοὺς βαναύσους καὶ λιπῶντας, ἀλλὰ τοὺς ἰσχνοὺς καὶ ὠχροὺς. A Budæo λιπᾶν exponitur etiam Turgere pingui. Hinc participium poeticum λιπόων pro Pinguis. item pro Nitidus, D (vt videlicet pinguia nitent) vnde λιπόωντα πέμματα, & λιπόων κικρύφαλος, in v. l. In iiſdem verò annotatur λιπᾶν dici arbores quum pingueſcunt atque vnguinoſiores fiunt: quòd maximè germinationis tempore accidit. quæ enim tali materiæ naturalis ineſt pinguitudo & ſuccus, per id tempus augetur atque turgeſcit: aperto quidem argumento, quia ſi tum ad imum caſtrentur, per torulum effluet ille liquor atque humor pinguis, ac E quaſi ſaliuarius lentor emanabit. Ita igitur affectæ arbores, λιπῶντα δένδρα vocantur. Theophr. De hiſt. plant. l. 3, cap. 6, ὥσπερ δὲ καὶ τοῖς τὸ τέμνεσθαι τὰ ξύλα πῶς, διὰ τὸ λιπᾶν· ὅτι δὲ τοῖς ἄλλοις καρποῖς οὐκ ἀποθειάρεται ὁ φλοιός. Sic autem & alibi. vbi tamen vulg. edit. pro λιπᾶν habent λοπᾶν. Cuius CONTR. Ἀλίπαια. ſed pro quo in vulg. Theophraſti editionibus legitur ἄλοπεια. vt lib. 5 De hiſt. plant. cap. 1, ἐὰν δὲ ὑπὸ τὴν λιπὴν τμηθῇ, σήπεται τὰ χλωρά, ὡς ἐπὶ πολύ, ἐὰν τε ἔμφλοιος, ἐὰν τε ἄφλοιος· καὶ μάλιστα μὲν τὰ ἐν τοῖς πρόσω λιπηρά· δεύτερα δὲ, τὰ ὀπίσω· τὰ δ' ὑπέρω· εἶτα δέ, τὰ ἐν τῷ πείτω· τὰ δ' μετὰ τοῦτο πάντων ἥκιστα ἀβλαβῆ διαμένει, κἂν ἀλίπεια ᾖ. Sed vulg. exempl. ἀλόπεια hic habẽt, itidémque λοπὴν & λοπηρὰ pro λιπὴν & λιπηρὰ. Nam EST Λιπηρὸς, Tempus quo germinantes arbores, habitiores atque pleniores fiunt, & ſucco pinguiore turgẽt. Hinc autem & NOMEN Τριλιπὴς, vnde τριλίπα δένδρα apud eundem Theophraſtũ, Arbores quæ terna & tripartita germinatione humore pingui turgeſcunt. Hæc ex v. lex. ſed quæ non omni ex parte controuerſia carent. Vide & verbum Λοπᾶν. G

Λιπαίνω, Pinguefacio, Pinguem reddo. A cuius paſſiuo Λιπαίνομαι eſt λιπανθὶς apud Greg. Pinguefactus, Obeſus. HINC Λιπασμὸς, (q.d. Pinguefactio) Saginatio. vt λιπασμὸς στόματος, Chryſoſt. ET Λίπασμα apud Plut. Res quæ pinguefacit. A verbo Λιπαίνω. COMPOS. Ἐκλιπαίνω ET Προσλιπαίνω. Eſt autem ἐκλιπαίνω, idem quod λιπαίνω. vnde ἐκλιπανθῶσα, Pinguefactum eſſe. At προσλιπαίνω eſt Inſuper pinguefacio, & Pinguiorem reddo. H

Λιπαρὸς, ὸν, ὁ, Pinguis. Ariſtot. τοῦ λιπαροῦ εἶναι φαμὲν, ὥστε ἐλαίου καὶ ἐλαιῶδον, at λιγνῶδες, καὶ πόνων. Plato Cratylo, τὸ λιπαρὸν καὶ τὸ καλλῶδες, καὶ τἄλλα πάντα τὰ τοιαῦτα. Apud Homerũ λιπαρὸν eſt epithetum ἐλαίου, (quẽ λίπ' ἐλαίῳ pro λιπαρῷ ἐλαίῳ dicere docui & paulo ante.) Hinc autem λιπαρὸς etiã dicitur Oleo (quod itidẽ pingue vocat Virgilius) vnctus: atque adeo exponitur Vnctus, Nitidus. Hom. Odyſſ. ο, Αἰεὶ δὲ λιπαροὶ κεφαλαὶ καὶ καλὰ πρόσωπα. vbi exponitur etiam Deliburta vnguento capita habentes. Ariſtoph. Pluto, λουσάμενος, λιπαρὸς χωρῶν ἐκ βαλανείου. Idem in Nubibus, ἀλλ' οὐδὲ λιπαρός γε καὶ ἀναθὴς ἐν γυμνασίοις διαπρίψεις. Huc pertinent iſta Vitruuii lib. 8, vbi de fontibus & lacubus loquitur, necnon de fluminibus, Alii autem per pingues terræ venas profluentes, vncti oleo erumpunt: vti Solis (quod oppidum eſt Ciliciæ) flumen nomine Λιπαρὴς, in quo natantes aut lauantes, ab ipſa aqua vnguntur. Et λιπαροὶ πόδες apud Homerum Nitidi. habes tamen & alias explicationes apud Heſiodum. ‖ Λιπαρὸς videtur etiam dici de homine pingui, id eſt obeſo, à quodam comico apud Athenæum, λιπαρὸς ὠθεῖ πυῖ; ζωμὸς καταπόμασαι. ‖ Λιπαρὸς alicubi reddi poteſt vel Pinguis, vel Opimus, Opiparus, vel Opulentus. vt ex Ariſtoph. in Nub. de Attica, λιπαρὰν χθονὰ Παλλάδος. Et λιπαρὴ δρόσος ex Apoll. Rhodio. Huc pertinet λιπαραὶ τράπεζαι apud Gregoriũ, pro Opiparæ menſæ, Lautæ menſæ, (Sic autem & Pingues menſæ apud Catullum exponedũ cenſuerim) aut etiam Luxurioſæ. ‖ At λιπαραὶ καλυπτρεαι, apud eundem poetam explicatur etiam λευκαὶ, vel λεῖαι. ‖ Et λιπαρὰ κρήδεμνα ei ſunt τὰ ἔκδηλα καὶ λαμπρά, de quibus lege Euſtathium, itidémque de λιπαρὸν ἱμάτιον. ‖ Λιπαρὸς alicubi non ſolùm Nitidus, ſed & Pulcher exponi poteſt. quo etiam modo λιπαροὶ πόδες apud Hom. à nonnullis explicatur. Bud. à Luciano poni teſtatur & pro Præclarus, Inſignis, Bellus. Iam verò λιπαρὸς exponitur & Opulentus, item Beatus. vt & κρήδεμνα λιπαρὰ alibi quidam volunt eſſe τὰ εὐδαίμονα. Sic λιπαρὸν γῆρας, apud Lucianũ & Syneſiũ, Senectus beata. (de quo loquendi genere dicam & in Λιπαρᾶς) Sed & pro εὐδαιμονεῖν πιεῖν, vt λιπαρὰ θεμιστὸς apud Hom. αἱ εὐδαιμονεῖν πειοῦσαι.

Λιπαραὶ medicis genus medicamenti. Dioſcorides, μίγνυται δὲ λιπαραῖς. Celſus, Medicamẽta lenia, λιπαρὰ Græci vocant. Bud. Λιπαραὶ ἐμπλαστροι. (inquit Gorræus) Lenia emplaſtra dicuntur apud Celſum, libro 5, cap. 19, quæ medicamentis pinguibus conſtant. differentia in eo ἀπὸ τοῦ ἀλιπαίνειν, quæ conſtant ex medicamentis non pinguibus. Plura vtriuſque generis exempla Celſus eo loco profert. Porro SVNT Ἀλίπαινα, vt ait idem Celſus, quæ cruentis protinus vulneribus iniiciũtur, quæ ἐναιμα. Græcis vocantur. Hæc enim reprimunt inflammationem, niſi magna vis eam cogit: atque illius quoque imperum minuunt, tum glutinant vulnera quæ id patiuntur, & cicatricem iſdem inducunt. Cõſtant autem ex medicamentis non pinguibus, ideóque ἀλίπαινα nominantur, à λιπαίνειν, & α priuatiuo. ſed apud Aetium EST Ἀλίπαινα.

Λιπαρὸν apud eoſdem medicos Pingue, ſaporis genus eſt. Sic autẽ dicitur quod vnguinis modo ſublinite & replet, mitigátque exaſperatas & quaſi eroſas linguæ partes, ſed abſque vlla deiectatione. In hoc enim à dulci differt, quod manifeſta cum ſuauitate idem præſtat. Eſt verò fortaſſis & pingue ipſum dulce, aut certe ex dulcium genere: ſicut putarunt quidam qui pauciores quàm octo guſtus differentias eſſe contendunt. Dicitur & πῖον. quanquam Galenus comment. in librũ 6 τοῦ ὀπτδημιοῦ videatur τὸ πῖον genus conſtituere τοῦ λιπαροῦ καὶ τοῦ γλυκέος: quo loco ſcribit Hippocr. τὸ χολῶδες ἀπὸ πίονος procreari.

C. Λιπαρόζωνος, ου, ὁ & ἡ, ET Λιπαροκρήδεμνος, ET Λιπαροπλόκαμος, ITEM Λιπαρόμμαπος. in quibus compoſitis præt. λιπαρὸς eſt Nitidus, Bellus, Elegans. Nam Λιπαρόζωνος eſt Elegantem zonam habens. (Dicitur autem & de ſole ab Euripide in Phœniſſis pro εὐπρεπέσταπος, vt ſchol. exponit. Sed malim ſimplicius exponere Splẽdidam zonam habens, id eſt Splendidè cinctus. quippe H qui ſuo ſit ſplendore velut cinctus) Λιπαροκρήδεμνος, Elegantes vittas ſeu pulchras habens. pro eleganter compta, intelligendo ex parte totum. (Quidam tamen λιπαρὰ κρήδεμνα eſſe putarũt τὰ λαμπρὰ καὶ λεῖα, ſicut ἀργᾶς τοῦτοι ſunt οἱ διαπρεπεῖς καὶ καλοί, inquit Euſt.) At Λιπαροπλόκαμος, Cui nitida eſt coma, Cui nitidi ſunt capilli, ſeu pulchri, apud Homerum de muliere. Dicitur & εὐπλόκαμος ſeu εὔπλοκος, de ea cui pulchra eſt coma. Sed his nominibus vocatur & quæ pulchra eſt,

ſeu formoſa, intelligendo ex parte totum. Quartum eſt A Λιπαρόμμαπος, Qui eſt nitentibus oculis, & pulchris, vt B. vertit in hoc Ariſtot. loco, γλαφυροὶ, λόγχοροι, λιπαρόμμαποι. Alibi autem dicit λιπαρὸν πόμμαπον καὶ μάρον, vt idem annotat.

C. Ἀλιπαρὴς, έος, ὁ & ἡ, Non pinguis, Non nitidus. ‖ In v. l. ei additur ET Ἀλιπαρία, quod exponitur Exilitas, (oppoſitum Pinguitudini, ex Fabio) ſed autor non profertur.

Λιπαρῶς, Pinguiter, vel Nitidè. vt, videlicet nitent quæ oleo ſunt vncta. Apud Homerum autem λιπαρῶς γηρασκέμεν eſt Beatè ſenectutem tranſigere, id eſt in affluentia rerum ad ſenectutem beate tranſigendam neceſſariarum. Vel, Senectutem egere morborũ & omnis aduerſæ fortunæ expertem. Odyſſ. α. Ὡς ἐοῦ Νέστορ δῶκε διαμπερὲς ἤματα πάντα Αὐτοῖ μὲ λιπαρῶς γηρασκέμεν ὃν με χάροισιν. vbi Euſtathius exponit ἀδαίμονοι καὶ ὡς αὖ πῆς ἐπιτυφεροῦς, νενοσηκότας. ὡς ἐκ μεταφορᾶς τοῦ λιπαίνειν τὰ ῥάκη. Legimus verò & λιπαρὸν γῆρας apud eundem poetam, (ex quo Lucianus & alii mutuati ſunt) Odyſſ. λ, — ὡς κε σε πόφνη Γῆρας ὑπὸ λιπαρῷ θρέψῃ θάλπῃ τε. vbi idem grammat. λιπαρὸν γῆρας eſſe dicit τὸ δίχα νόσου καὶ πᾶς ἐκείνην πεπεδένος. καὶ ἄλλως δὲ, τὸ εὔδαιμον. cui opponi paulo pòſt χαλεπὸν γῆρας. C

Λιπαρότης, ητος, ἡ, Pinguedo, Pinguitudo, vt Gaza vertit apud Theophraſtum. Item λιπαρότης ὀμμάτων, Plut. Nitor. vt λιπαραὶ ὄμματα dicuntur Nitentes oculi. Vide Λιπαρόμμαπος paulo anté.

Λιπαρότητα (inquit Gorræus) ex iis quæ antè περὶ τοῦ λιπαροῦ dicta ſunt, ſatis patet eſſe guſtabilẽ qualitatem, D quæ ſine voluptate, aut ea longè minori quàm dulcia exhibent, linguam linit & ſubungit. Valde affinis eſt dulcedini, de qua vide in Γλυκύτης. Dubito an aprè Latdici poſſit. Pinguedo enim & pinguitudo non ſunt vera huius qualitatis nomina, ſed potius ſubſtantiæ quam πιμελίω appellant.

(AT Λιπαρὴς, Λιπαρῶς, Λιπαρία, Λιπαρῶ, &c. in alia ſignificatione, vide poſt Λίαν; quòd dici putentur ἀπὸ τοῦ λίαν παρεῖναι) E

ΛΙΣΣΟΜΑΙ,

Supplico, Supplex oro. Item Precor. Hom. Il. α, circa principium, de Chryſe ſacerdote, — καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς. Sed alicubi dicitur λίσσομαί σε, ſequẽte infinitiuo, Supplex oro vt &c. Exemplum eſt ibidem, — οὐδέ σ' ἔγωγε λίσσομαι εἵνεκ' ἐμεῖο θοῆν. Dicitur autem & λίσσεσθαι Deum. vt Il. α, de Thetide legitur Λισσόμενη προσέφη Διὰ Κρονίωνα ἄνακτα. Sic Apollon. Argon. 2, θεοὺς λίσσεσθαι. Alicubi verò accuſatiuo perſ. additur datiuus rei velut inſtrumentalis. vt Od. λ, Τοὺς δ' ἐπὶ δυχωλῆσι λιτῆσί τε ἔντεα νεκρῶν Ἑλλισάμην. Sed pleruncque ponitur infinit. omiſſo accuſ. cuius hoc exemplum eſt aliquanto pòſt, — αὐτὰρ ἔγωγε Λίσσομ' Ἀχιλλῆϊ μενεαινῶν χόλον. (vbi hoc etiam obiter animaduerte quis hic ſit vſus datiui caſus, ne te vulgata ad verbum interpretatio decipiat, quæ habet Precor Achillem. hanc enim ſequendo, diceremus λίσσομαι iungi etiam datiuò: cuius alioqui conſtructionis exemplũ nullum affertur. & multo etiam conuenientius eſt illi loco Ἀχιλλῆϊ exponere τοῦ εἰς Ἀχιλλῆα, ſeu κατὰ τοῦ Ἀχιλλῆος. perinde acſi dixiſſet περὶ αὐτοῦ τοῦ χολοῦσθαι τοῦ Ἀχιλλῆϊ) Sic Il. θ, Λισσόμεθ' ἡμῖν πιθέσθαι Ἀθηναίης πολιούχου. Et Il. τ, Λισσόμεθ' ἀλλήλοιν τε καὶ ἀλλοτρίοισι γεραιοῖς, rogantes vt prandium sumeret. ‖ Item λίσσομαί σε τοῦτο, (ſed rarius) vt Odyſſ. ρ, v. 138, Τοῦτο δὴ αὖ σε ἐρωτᾶς καὶ λίσσεαι. At in v. l. affertur pro huius conſtructionis exemplo, ex Odyſſ. (non addendo quoto libro) λίσσομαι ὑμέας τοῦτο. vbi ſubaudiri dicitur εἰς. ‖ Inuenitur λίσσομαι præterea cum genit. ſub. præp. ὑπὸ, vel διὰ. vt quum dicitur λίσσεσθαι γούνατα, cum aliis pleriſque locis, tum Il. ι, v. 451, ἦ δὴ αἰεν ἐμὲ λισσέσκετο γούνατα. vbi annotat Euſtath. vel eſſe defectum præpoſitionis, vt ſit pro ὑπὸ γούνασι, ſeu διὰ γόνατα: vel deeſſe participium, vt ſit pro ἀπτόμενος γούνατα. (cuius ἐλλείψεως mẽtionem & paulo pòſt faciam) Alicubi verò ὑπὸ adiungitur. vt Odyſſ. ο, v. 261, & 262, Ὦ φίλ', ἐπίσχε θύραν κιχάνω τοῦ δ' ἐν χώρῳ, Λίσσομαι ὑπὸ θεῶν καὶ δαίμονος, ſupplex oro per ſacrificia, & per ipſum numen. At verò Il. ο, v. 660, Λίσσεθ' ὑπὸ πιείων γουνούμενος αἰ δ' ἔα ἕκαστοι, iungitur ὑπὸ πιείων potius cum γουνούμενος, quum ſequatur verſ. 665, Τῶν ὑπὸ ὀφθαλμῶν ἐγὼ γουνάζομαι οὐ παρείποντα, vbi etiam additur infinitiuus. (Commiſit autem errorem ibi quoque vulgata ad verbum interpretatio quæ ὑπὸ πιείων quod ſonat Per liberos, exponit Pro liberis.) ‖ Vt autẽ hic λίσσεσθαι γουνούμενος, ſic & Il. χ, Λίσσονθ' ἑζόμενον γουνούμενοι. quo vtitur & alibi. Nihil eſt autem aliud ἐλίσσεσθαι γουνούμενος quàm ἐλίσσεσθαι γούνων, quo ſæpe vti hunc poetam dictum modò fuit. Sed quod ad ἔλλειψιν attinet quæ eſt in hoc loquendi genere, malim dicere ſubaudiri λαβὼν quàm præpoſitionem ὑπὸ, aut διὰ, cum Euſtathio. quoniam inuenio apud eundem Homerum Od. ζ, Ἡ γουνῶν λίσσοιτο λαβὼν δεξιτερὴ κουρίδιον. Et Odyſſ. κ, Αὐτὰρ ἐγὼ μάρψας λαβὼν ἐλίσσετο γούνων. Poteſt autem & ἁψάμενος ſubaudiri eodem ſenſu, quum legitur Iliad. υ, — ὁ μὲν ὕπτιος χείρεσι γούνων, Ἑλόμενος λίσσεσθαι. (Quæ loquendi genera varians dicit Iliad. λ, Νῦν αὖτέ σε πᾶσι γουνοῦμαι ἐμὰς ἥκεσθαι Ἀχαιοὺς. At verò λισσομένη Thetis Iliad. ζ, γουνοῦται ἔκαστα, itémque ἐλλάσσε χολοῦ θυμόν) Sed quicquid ſit quod in hoc loquendi genere ſubaudiri debet, ſciendum eſt ei reſpondere quod dicimus vernaculo ſermone, *Prier a deux genous*, quum dicimus *Il m'a prié a deux genous*. pro *Il m'a priése mettant a deux genous*.

Λίσσομαι in futuro ſcribi vnico σ annotat Euſtathi9, de qua ſcriptura diſſeram in Λίπομαι.

Eſt & actiua VOX Λίσσω apud Euſtathium, ſcribentem Λίσσω originem fortaſſe habuiſſe à verbo Λίπτω, q eſt ὀπτυμῶ. quia ὀπτυμεῖ πνὶ καὶ ὁ λισσόμενος τοῦ πνος. Quinetiam apud Heſychium legimus Λίσσει expoſitũ τοῦ θρέψει, vt ſit à Λίσσω.

C. Τριλισσος, ου, ὁ & ἡ. Ter precibus petitus, ſeu expetitus, Ter optatus, id eſt Sæpe optatus. Homerus Iliad. θ, αὐτὰρ Ἀχαιοὺς Ἀτασθαλίη τριλίσσος ἐπὶ λυδε νύξ ἐρεβεννή. id eſt, ἡ πολυλιπαίδυπος, πολύδυκτος, ex τρεῖς, quod pro πολλὰ accipitur, & λίσσεσθαι. vt ait Euſtath. ſed malim ex aduerbio τρὶς, vt ſit τριλισσος pro τρὶς λισσος. Scribitur ET Τρίλισσος. vt τριλίσσοις Ἰβήνας, quod Euſtathius affert ex Dionyſii libello De ſitu orbis.

C. Πολύλισσος, VEL Πολύλισσος, Multum precibus petitus, ſeu expetitus. idem quod proximè præcedens τριλισσος, quum in eo τρὶς ponatur pro πολλακις: & qui eſt ſæpe optatus, idem & multum ſit optatus. Vtitur autem hoc idem poeta qui & illo, videlicet Homerus Odyſſ. ξ, Καὶ δὴ αἴκε ξ' ὀνῆ' ἐστὶ πολύλισσον δέ σ' ἰκάνω. Sed ſcribitur & πολύλισσος, non geminato λ. (Quinetiam pro illo nomin. ſcribitur & accuſ. in multis exempl. exponitúrque actiuè Valde ſupplex) ITEM Πολυλλιπὴς pro πολύλισσος. ex Nõ no, πολύλλιπος πρὸς λή. Ex eodẽ, θεὸς πολύλλιπος, deus multis precibus orandus. F

¶ Λίπομαι, idem quod λίσσομαι, ſed non perinde vſitatum, Homerus Od. ξ, Πόφρων κεν δ' ἵππῳ Διὶ Κρονίωνα λιπόμην. Idem Iliad. π, Οἶ αὖτ' ἀπὸ τοῦ ἀπὸ πε κακὸν καὶ κῆρα λιτέσθαι. vbi annotat Euſtathius, λιτέσθαι quod παροξυνέται, ſicut λαβέσθαι, grammatico cuidam quem Aſcalonitam vocat, placuiſſe προπαροξύνειν, vtpote ab indicatiuo λίπομαι; ſed admittit potius alteram ſcripturam. Apud eundem Euſtathium Heraclides doctiſſimus (meo quidem iudicio) grammaticus. ſcribit ex Λίσσομαι factum eſſe Λίπομαι, deinde omiſſo altero σ. Λίπομαι. quam opinionem refert Euſtathius poſtquam dixit, ſequẽs alios quoſdam grammaticos, λίσσομαι dici in præſenti gemino σ, at λίσσομαι in futuro, vnico σ. & λίπομαι ac λιπόμβροι ſcribi unico π, nõ λίππομαι & λιππόμβροι gemino, quòd ſit tertiæ coniugationis barytonorum. Et actiua VOX Λίπω apud Euſt. ſed abſque exemplo.

Λιτὴ, ῆς, ἡ, Supplicatio, Supplices preces, Obſecratio. Sed vſurpatur potius numerus pluralis. Homerus Od. λ, Τοὺς δ' ἐπὶ δυχωλῆσι λιτῆσί τε ἔντεα νεκρῶν Ἑλλισάμην. Cæterùm quòd ad huius nominis formationem attinet, eã magis probo quam minus probat Euſtathius. Scribit enim pagina 725, καὶ ἡ λιτὴ δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ γίνοιτο ἂν ὀνόματος [videlicet τοῦ λίσσεσθαι,] Ὑποστολῇ ἐπαθε τὸ σ. ſed interiicit per parenthesin, εἰ μὴ ἄρα ἐκ τοῦ λίπα τοῦ ἀγαπᾶν. Gregor. vſus eſt de precibus quæ funduntur Deo. ‖ Λιταὶ Homero ſunt etiam Deæ præſides ſupplicationum ſeu

ſupplicum precum. HINC Λιτήσιος, adiect. vt λιτήσιος αὐχὴν apud Nonnum, Supplex ceruix.

¶ Λιταυδύω, idem quod λίζομαι, ſeu λίωμαι, Supplico, Supplex oro. Hom. Il. χ. Πάντας δ' ἐλλιταύδυε κυλινδόμενος κατὰ κόνιν, vbi tamẽ ſcribitur & ἐλιταύδε vnico λ, ſicut & Od. η, in loco alioqui ſimili, Θαύμαζον δ' ὁρόωντες ὁ δ' ἐλιταύδυε Ὀδυσσεύς. Sic autem & ἐλισσάμενα quædam exempl. habent, vbi reliqua ἐλισσάμενα vnico λ) Interdum cum infinitiuo. ſicut λίσσεσθαι. vt Il. ψ. Πολλὰ δὲ καὶ σπένδων χρυσέῳ δέπαϊ λιτάνευε Ἐλθεῖν. Sic Heſiodus, — φίλοις λιταύδυε θεσπὶς Μὴ πω συμφέρεσθαι. Additur etiam ei interdum genit. γονάων, ſicut & verbo λίσσεσθαι addi antea docui. Vtitur autem hoc verbo & Xen.

Λιτανεία, ας, ἡ, Supplicatio, Supplices preces, Precatio, Obſecratio. Hinc Gallicum Letanies pro Litanies.

Ἀλιτάνδυτος, ου, ὁ & ἡ, Cui ſupplicari non poteſt. vel A ſupplicationibus & precationibus alienus. Qui ſupplicãdo exorari nõ poteſt. vnde exponitur & Inexorabilis. In Epigramm. epitheton eſt τοῦ ἅδου, id eſt orci.

Α' ΛΙΤΈΩ, ῶ, ν ΕΙ Ἀλέπω, Pecco, Delinquo. Et propriè quidem Pecco ea quorum venia ſupplicanti dari non debet. Sic autem expono, ſequens eam deriuationem quam affert Etymol. dicens à λιτὴ fieri ἀλιτῶ, & eſſe λιτὴς καὶ ἱκεσίας στερόμενος, id eſt Precatione & ſupplicatione priuor. ¶ Exponitur autem ἀλιτῶ & Scelus admitto. vel Admitto quidpiam in aliquem. Propriè autem (ſecundum quoſdam) Admitto quidpiã in Deũ. Redditur alicubi & verbo Violo, necnon verbo Offendo. Hom. Il. ι, Ἐκ γὰρ δὴ μ' ἀπάτησε καὶ ἤλιτεν. vbi ſcholiaſtes exponit ἥμαρτεν. Bud. Scelus in me admiſit & noxam. Heſiod. in Aſpide, Ἦ τ' μετ' ἀθανάτοις μάκαρεσσ πόλυμπον ἔχουσι, Ἥλιτεν Ἀμφιτρύων (vbi obſerua aliam huius verbi conſtructionem quàm in cæteris locis) Phocylides, Ἦν δέ τ' πεῖς θήσῃ, κωλύετω υἷέα μήτηρ. (vbi legitur & ἀλιτῇ, quod fuerit ab ἀλιτῶ) Sed frequentior eſt paſſiua vox. vt Odyſſeæ ε, Ἀ Ϛλωαίῳ ἀλίπετο, Peccarunt in Mineruam, ſeu deliquerunt, Mineruam offenderunt. Et Odyſſ. ο, — ἀλλὰ νῦν μάλλω Ἀθανάτοις ἀλιτόμην. At Iliad. ω, iungitur hoc verbum non accuſatiuo perſonæ, ſed accuſatiuo rei, videlicet ἐφετμά. legitur enim ibi, — Διὸς δ' ἀλίτομαι ἐφετμά. vbi poſſumus itidem exponere, Peccem in Iouis iuſſa & mandata, vel Peccatum admittam ſeu ſcelus violando iuſſa Iouis. aut etiam breuius, Violem iuſſa Iouis. ¶ At Budæus putat hoc verbum poſſe etiam exponi Decipere, ſeu Fallere, in loco illo quem protuli ex Iliad. ι, Ἐκ γὰρ δὴ μ' ἀπάτησε καὶ ἤλιτεν. Item peculiariter, Fallere deos. Iliados τ, — ἐμοὶ θεοὶ ἄλγεα δοῖεν Πολλὰ μάλ', ὅσσα δίδοσθ' ὅσις σφ' ἀλίτῃ) ὀμόσσας. Sed etiã ſi concedamus hoc verbum accipi aliquando pro Decipere, non eſſet neceſſe hîc reſtringere hanc ſignif. dicendo videlicet poni peculiariter pro Fallere deos, quũ ſequatur relatiuum nominis θεοί.

Ἀλιτήμορος Euryſtheus apud Heſiodũ, Peccans, Peccator, vel Nocens, Οὐχὶ πάμπαν ἀλιτήμορον Εὐρυσθῆα. At verò apud Homerum ἀλιτήμορος inuenitur etiam cum datiuo. Odyſſ. σ, — οὐ μὴν ἔτι θεοῖς ἀλιτήμορός ἐστιν. vbi Euſtath. exponit ἐφάμαρτος. qua voce & ἀλιτήμων ab eo exponi dictũ antea fuit. Sed quia potuiſſet Homerus vti accuſatiuo θεοῦ, ſi ita voluiſſet vti hoc participio ſicut & verbo vtitur in locis antè citatis, ſunt qui exponere malint paſſiuè Diis exoſus ob peccatum. Malit verò forſan aliquis θεῖς accipere pro Deorum teſtimonio, vel Deorum iudicio. quod tamen durum mihi videtur. Cæterùm ἀλιτήμορος pro ἀλιτόμορος eſſe traditur. qui metaplaſmus in aliis quibuſdam participiis inuenitur.

(Ἀλιτεῖν pro ἁμαρτεῖν, ſeu ἁμαρτεῖν, aut ἀποτυχεῖν, à quo cum alia, tum ἀλιτόμορος, vide infrà)

Ἀλείτω habet aor. 2, ἤλιτον: vnde Ἀλιτρὸς, fortaſſe autẽ & Ἀλιτήμορος, ac per ſyncopen Ἀλιτὸς. Inde & vox illa Homerica Ἠλιτόμορος, pro qua quidam Ἀλιτόμορος. Et Ἀλιταίνω, quod eſt ἁμαρτάνω. Et ἀλιτάω, itidem. Et Ἀλίτεια, quod eſt ἁμαρτία. Et Ἀλιτήμων, ſignificans ὁ ἐφάμαρτος. Et Ἀλίτημα, ἁμάρτημα. Et Ἀλιτήμορος, ὁ ἀφρόνων. Quibus ſubiungit Euſtath. Et hæc quidem ex ἤλιτον & ἐλιτῶ, id eſt, ex aoriſto ſecundo, & futuro ſecundo: at verò ex præſenti ἀλείτω, fit Ἀλείτης, i. ὁ ἁμαρτωλός. Pro quo apud Lycophronem EST Ἀλοιτὴς, in quo analogia melius ſeruatur. Hactenus Euſtathius. Etymologiſtes autem ita ſcribit, Ἀλίτω, eſt ἁμαρτάνω. Eſt & barytonum & circumflexum. nam à λιτὴ fit Ἀλιτῶ, quod eſt λιτὴς καὶ ἱκεσίας στερόμαι. vnde Ἀλίτης, ὁ ἁμαρτωλός. Quibus addit, vſum circumflexi hîc eſſe, Διὸς δ' ἀλίτηται ἐφετμάς. (vbi ſi pro ἀλίτηται ſcribas ἀλίταμαι, erit hemiſtichium ex Il. ω) His ſubiungit, Ἀλιτία, τὸ ἁμαρτάνειν, ἀδικεῖν, & Ἀλιτήμων, ὁ ἄδικος. Idem verò rurſus in Ἀλιτήμων, ſcribit ab ἀλιτήσω futuro verbi circumflexi Ἀλιτῶ, fieri ἀλιτήμων, vt à φιλῶ, φιλήσω, φιλήμων. Hactenus & ille: (apud quem pro illo Ἀλιτία reponendum puto Ἀλιτεῖν) Supereſt vt de his deriuatis agam, eo quidẽ ordine quẽ aptiſſimum eſſe indicabo, pro ea quam & alibi tenui methodo, quum contrà ab Euſt. ea miſceri omnino videamus.

Ἀλίτης, vide infrà in Ἀλείτης, poſt omnia deriuata habentia ſimplex ι,

‖ Λύσις, Solutio. vt quum dicitur solutio quæstionis, aut ænigmatis. Plut. in Symp. septem sap. εἰ πρεσβύτερα τὰς λύσεις ὁ Ἄμασις. ‖ Λύσις, Solutio ab ea signif. qua dicitur Soluere creditori. quo modo χρεῶν λύσις apud Hesiodum exponitur Solutio æris alieni, vel Dissolutio. (dicitur enim & Dissoluere æs alienum) Sed potest etiã accipi pro liberatione à debitis. quæ expositio alioqui eodem redit. nam qui dissoluit æs alienum, quibusdam eius velut vinculis liberatur. ‖ Λύσις πυρετοῦ apud Gal. F & alios medicos vulgò exponitur hoc eodem nomine Solutio. vt ad Glauc. lib.1, ἀναμείνας τὸν πρόσθεν λύσιν τοῦ πυρετοῦ. quod nihil aliud est quàm Liberatio à febre. Redditur etiam Finis accessionis. Apud Hippocr. autem ipse Galenus λύσεις esse ait Interualla quibus articuli ab inuicem disiuncti sunt.

Λύσις apud rhetores, quæ diluit τὸν καταστοχασμόν, Vide Bud. pag.577. In v.lex.exp. Rationis seu exceptionis propositæ labefactatio. item, Actoris, exceptionem rei elidentis, firmamentum. ex Cic. G

Λύσις, Expiatio. vt apud Aristot. in Polit. αἱ νομιζόμεναι λύσεις, decẽtes & debitæ expiationes. vt Bud. vertit (At verò quidam perperam, Abdicationes & dissolutiones generis, vt habent & v.l.) Sic Plat. De rep. lib.2, λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων. Sed & apud Athenæum, λύσιν τε ἔλαβε τοῦ δεινοῦ, Bud. reddit, Expiata est ira deorum. Existimo autem λύσιν expiationem vocari, quòd expiatio fit velut liberatio à piaculo quod quis contraxit. Vide λύσιοι θεοὶ in Λύσιος.

Λύσιμος, ᾱ, ὁ ἡ, Solubilis, Qui solui potest. Callisthenes a- H pud Athen. lib.10, ἀπαγγελεῖν τῇ μητρὶ λύσασθαι τὸ χωρίον δέχ' ἡμερῶν τὸ ὃν Ἀπολλωνίῳ δεδεδόμον, ὡς οὐκέτι λύσιμον ἐσόμενον ἐάν τι παρέλθωσι. Item in metaphora soluendi signif. apud Aristot. in Analyt. vbi λύσιμον vocat argumentum (sicut & λυτὸν) quod facilè solui potest, seu dissolui. v.l. Item Exemptilis, ex Plat. De leg.

Λύσιος, q.d. Solutorius, seu Solutiuus, aut Liberatorius, Soluendi seu liberandi vim habens. ‖ Sed peculiariter dicitur de Baccho. Plut. Sympos. lib.3, τὸν μὲν [ἐπαίεσαν] ὁ λύσιος ὑπὸ κωμῶν Διόνυσος, μετὰ τῆς Τερψιχόρης καὶ Θαλίας. Esse autem volũt ita dictũ, vel quia nos λύει μελεδώνων seu δυςφροσυνάων, vt loquuntur poetæ, i. soluit nos curis & liberat, atq; adeo dissipat curas, (vt de eo ipso testatur Horatius: scribit autem & Ouidius, Cura fugit multo diluiturq; mero) vel φ mẽbra soluat, ac præterea concordiã & amicitiã: quippe quæ post nimiũ potum in discordiã sæpe mutetur, ac inimicitias. (VNDE Λυαῖος quoq; dictus existimatur, siue ob hanc siue ob illã causam. quod epitheton Latini poetæ retinuerunt (affert tamẽ & alias eius deriuationes Erymologistes) Nonnulli verò ex Pausania annotãt λύσιον appellatum quia Thebanos à Thracibus vinctos ἔλυσεν, i. soluit. nam deus Thracibus soporem immisit quo illi sũt à Thebanis occisi. Sed Plut. in fine l.7 Symp. dicit λύσιον, sicut & ἐλευθέριον (ita.n. vet.cod. non ἐλευθέρα) dictũ esse ὅτι τὸ δουλοπρεπὲς καὶ ἀθελήτους καὶ ἄπιστον ὀξάρων καὶ ὑπολύων τῆς ψυχῆς, ἀλήθειᾳ καὶ παρρησίᾳ χρῆσθαι πρὸς ἀλλήλους δίδωσι.

Λύσιοι θεοί, (q.d. Expiatorii dii) Expiationum præsides dii. (vt λύσιν pro expiatione poni dictũ fuit suprà) Plato De rep. lib.2, αἱ τελεταὶ αὗ μέγα δυνάσται καὶ οἱ λύσιοι θεοί. Dicuntur ἀλεξίκακοι dæmones (inquit Bud.) qui diras arcere & amoliri ab antiquis existimabantur. οἱ λύοντες τὰς ἀρὰς, qui etiã ἀποτρόπαιοι & ἀποπομπαῖοι dicti, & λύσιοι & φύξιοι. Hoc autem sensu dici crediderim & λυτήριον Ἀπόλλωνα infrà.

D Λυτὸς, οῦ, ὁ, Solubilis, Qui solui potest. Vide Λύσιμος.

COMP. ἄλυτος, Insolubilis, Qui solui nõ potest. vel Indissolubilis. vt Cic. vertit: item Indissolutus: & Qui dissolui non potest. vt videbis in meo Cic. Lexico. Plato in Timæo, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστέ, οὐδὲ ἄλυτοι τὸ παράπαν. οὐ μὴν δὴ δεῖγε λυθήσεσθέ γε. Sic autẽ Deo, qui est ἀθάνατος, Gregorius ἄλυτον φύσιν tribuit. ‖ ἄλυτος, Inexplicabilis, ex Gaza. ab ea signific. videlicet qua dicitur λύειν aliquam quæstionem, seu ἀπορίαν. (ITEM ἄλυτος ex Epigr. pro ἄλυτος, metri causa) CONTR. Εὔλυτος, Qui facilè solui potest. AT Δύλυτος, Qui vix solui potest, Solutu difficilis, Difficilè solubilis. VNDE Δυλύτως, adverb. Ita vt vix solui possit, Nexu non facilè solubili, Nexu penè insolubili.

Λυτικὸς, οῦ, ὁ, (q.d. Solutiuus) Soluendi vim habens. In v.l. λυτικὸν φάρμακον, vim habens resoluendi seu discutiendi. ‖ Λυτικὸς, Soluendi seu dissoluendi solertia præditus. epitheton Sosibii apud Athen. 201. Qui grammaticus à Suida vocatur ὑπολυτικὸς, scribente, γραμματικὸς ἰδίῳ τῶν ὑπολυτικῶν καὶ λουμβῶν. id est, Ex iis qui explicandi & nodosas quæstiones soluendi sunt periti. Bud.

‖ Λυτικὸς, Soluendi vim habens (in ea soluendi signific. qua dicitur Soluere ventrem) Dioscorides pycnocomi radice, ἡ ῥίζα αὐτῆς λυτικὴ κοιλίας καὶ κινητικὴ χολῆς. pro quibus habet Plinius, Radix eius aluum & bilem exinanit. HINC Λυτικῶς, Cum quadam soluendi facultate, seu soluendi facilitate.

Λυτὴρ, ῆρος, ὁ, Solutor, Liberator. Nonn. ὅλης λυτὴρ ἐχθρόθεν. Item Expiator. HINC Λυτήριος, Liberatorius, Expiatorius. λυτήριοι ἀρραί, ex Soph. (Item λυτήριος Apollo ex Euripide pro Expiator. Fortasse autem ea signif. dicitur qua λύσιοι θεοὶ suprà) Et τὰ λυτήρια, ex eodem Sophocle substantiuè pro Sacra expiatoria. Item λυτήριον, porcellus cuius mactati sanguine illi nebantur manus eius pro quo expiatio fiebat. Sed rursum adiectiuè λυτήριον λυτήριμα apud eundem Soph. in Trachiniis pag.350, pro λύπης ἴαμα, (vt schol. exponit) id est Remedium mœroris, seu aduersus mœrorem. Synes. quòque dixit λυτήριον τῶν δεινῶν, remedium malorum.

Λύτωρ, ορος, ὁ, idem quod λυτήρ. ex Epigramm. pro Qui dissoluit.

C. ΑΝΑ λύω, Resoluo, Dissoluo, Exoluo, Soluo, Retexo. Od.ο, — αἰά τε θρυμνήσα λύσαι, pro αἰαλύσαι. Apud Aristotelem De anim. lib.5, hæc verba, αἰα λύουσι τὰ βεβρεγ-

A κια γυναικῶν τινες ἀναπηνίζοντες, ita exponuntur, Bombycia quædam mulieres retorquendo in filum deducunt. Chrysostomus, οὐδὲ γὰρ ὅτι τὰ γλωμφα ἀναλῦσαι λοιπὸν, Non enim possibile est quæ facta sunt resoluere, retexere. id est reuocare & infecta reddere.

Ἀναλύω de gubernatione nauis apud Synesium, vt annotat Budæus.

Ἀναλύω, verbum ad geometras pertinens, vt λογίζεσθαι ad arithmeticos, vt docet exemplis Bud.p.195.

B Ἀναλύω, Reuertor. Athen.lib.1, ὑπὸ τῶν δεῖπνων ἀναλύοντες. Appianus Ciuil.l.4, ἀναλύοντα ὑ ὀν μέθης σραπῶτα τοῦς κρούσαντές τι ἀπέκτειναν.

Ἀνάλισις, εως, ἡ, Resolutio. κῦ ἀνάλισιν, quod vulgo dicitur Resolutorio ordine. Ἀνάλισις vocatur (inquit Budæus) quasi retexio complexionis. id est τὸ συμπεράσματος. éstque contraria τῇ σωθέσει, quæ à quibusdam confessis ordiens, definit in id quod in quæstione est: Vt si &c. Vide reliqua apud eum in Comment.pag.198.

C Ἀνάλισις pro simplici λύσις apud Athenæum lib.15, vbi σεφανοῦ λύσιν & ἀνάλισιν indifferenter ponit.

Ἀναλυτικὸς, οῦ, ὁ, Resolutorius, Resolutiuus, Ordinem resolutorium habens. Dicuntur etiam ἀναλυτικοὶ, Qui vtuntur τῇ ἀναλύσει. Analyticus (inquit Bud. pag.198) id in quod desinit σώθεσις, vt confessum sumit, hoc est τὸ συμπέρασμα τῆς σωθέσεως, & eo vsq; τὸ σωθὲν retexit quoad inuenerit τὰς τοῦ πάσεις δι' ὧν τοῦτο συμπεπέρασται. Lege ibidem de libris analyticis Aristotelis.

Ἀλλύω poeticè pro ἀναλύω, Dissoluo. Apud Homerũ pro Retexo. Odyss.β, Ἔνθα καὶ ἡμάτιον μὲν ὑφαίνεσκε μέγαν ἱστὸν, Νύκτας δ' ἀλλύεσκεν, ἐπὴν δαΐδας παρέθεντο.

D C. ΑΠΟλύω, Soluo, Exoluo, Soluendo disiungo, seu seiungo, vel separo. Sic apud Plutarchum in Publicola, Τοὺς πελέκεις ἀπέλυσε τῶν ῥάβδων, exponitur, Secures à fascibus seiunxit.

Ἀπολύω, Absoluo reum. qua in significatione Pollux ait esse ἰδιωτικόν. Sic Luc. Euang. cap. 6, ἀπολύετε καὶ ἀπολυθήσεσθε. Absoluite, & absoluemini. Significat & Absolutum dimitto, vt paulo pòst docebo.

E Ἀπολύω, Dimitto, Remitto, Do veniam abeundi. Sic Absoluere creditorẽ sonat Latinè Dimittere, sed reddito pretio. Polyb. in 5, μετὰ δὲ τοῦτο τοξαζόμενος, ἠξίου μετὰ δεήσεως μόνον αὐτὸν ἀπολῦσαι μετὰ τῶν ἰδίων οἰκετῶν. Sic Matth.14, Κύριε ἀπόλυσον τοὺς ὄχλους. Appian. lib. Ciuil. 4, τὸν Ἀρχέλαον ἀπέλυσεν, legatum remisit. Hæc Bud. Apud Xenophontem cum aduerbio εἴκαδε iungitur. dicit enim de Agesilao, τοὺς μὲν Σπαρτιάτας ἀπέλυσεν εἴκαδε, Dimisit domũ vel remisit suos milites. (Latini Dare cõmeatũ hoc ferè sensu dicunt) Polybius, ἀπέλυσαι εἰς τὴν οἰκίαν. Rursum apud Xenophontẽ aliquis dicitur eum quem captiuum tenet, χρημάτων πολλῶν ἀπολύειν, id est

F Accepta magna vi pecuniarum dimittere, vel remittere: Hellen.4, ὁ Τιγράνης πορδυόμενος εἰς Σαρδεῖς λαμβάνει σὺν τῇ γυναικὶ, καὶ χρημάτων πολλῶν ἀπέλυσεν. At verò apud Homerum ἀπολύειν sine adiectione, est Dimittere, pretio redemptionis persoluto. vt annotat Eustathius in hunc locum Il.κ, Εἰ μὴ γὰρ κέν σε νῦν ἀπολύσουσιν, νὺ μὲ τῶν. nam ἀπολύσουσιν ait esse λύτρα λαβόντες ἀτιμοῦν. at μεθῶμεν esse τωρεὰν ἀφῶσιν. vult autẽ in hac significatione supernacaneam habere præpositionem hoc verbum. At Il.α, de Agamẽnone dicitur, Ἀλλ' ἔτι οἱ θυγατῆρα, ἐν ἡμετέρῳ Ἀγαμέμνων, Οὐδὲ ἀπέλυσε τοκῆος, καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα, si ἀπέλυσε exponamus λύτρα λαβὼν ἀφῆκε, videbitur oriosum esse quod additur καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα. ‖ Aliquando ἀπολύσαι est Absolutum dimittere. vt Matth.27, κῦ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον. ‖ Item ἀπολύειν τὴν γυναῖκα eodem modo quo Suetonius dixit Dimittere vxorem, pro Repudiare, Diuortium cum vxore facere. Sunt autem frequentia huius significationis exempla præsertim apud Euangelistas: vt Luc.16, πᾶς ὁ ἀπολύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

H Ἀπολύω, Libero, Liberum reddo, Absoluo. vt Absoluere bello dicitur pro liberare. Iungitur autem accusatiuo & genitiuo. Xenophon Pæd.8, μόνον, ἔφη, ἐμὲ ἀπόλυσον τοῦτο τῆς ὀπτικλείας, Libera me hoc munere. Plato, ἀπολύσας αὐτὸ τοῦ σμικρᾶς ζημίας. Isocrates, σωτὴν ἀπὸ τῆς αἰσχρᾶς ἀπολύων, Teipsum liberans à turpi crimine. vel vindicans & asserens. Apud Lucianum ἀπολύειν τοῦ ὅρκου est Liberare iureiurando. Eadem metaphora dicitur Latinè, sed contraria significatione, Obstringere iureiurando. nam Obstringere & ἀπολύειν cõtraria sunt quæ inter se respondent.

Passiua voce, sed actiua significatione Ἀπολύομαι, Luo, Libero, seu redimo captiuum persoluto redemptionis pretio: sicut is à quo redimitur, & qui eum dimittit, ἀπολύειν dicitur, vt paulo antè docui. Hom.Il.χ, Χαλκοῦ τε χρυσοῦ τ' ἀπολυσόμεθ', ἔστι γὰρ ἔνδον.

Ἀπολύομαι, Diluo, Refuto. Plut. in Antonio, ἡ δὲ Κλεοπάτρα ἀπολυομένη τὰς αἰτίας καὶ ὑποψίας, ἐθεράπευεν αὐτὸν τοῦ τρόπου. Sic dicitur ἀπολύεσθαι πλοῦ βραδέος. vt apud Platonem in Apologia, εὐφράδιον ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ μεγάλας βραδεῖς ἀπολύεσθαι. Suidas ἀπολυόμενος exponit ὑποφαπλεγόμενος in hoc loco planè simili, ὁ δὲ κακοσθένης διεπέμπετο, ἀπολυόμενος τὰς βραδείας κατ' αὐτὸ γλυκάζεσθαι ἐπιφανέστ. Basilius in quadam ad Andronicum epistola, ἐν τοῖς μὲν ἀπολυόμενος τῶν ἐγκλημάτων, τὰ δὲ ἱκετεύων. Plutar. in Fabio, δι' ἔρρωσιν ἀπολύεσθαι τὸν λακωνισμὸν ἐβούλετο.

Passiua autem voce simul & significatione Ἀπολύομαι, Soluor Exoluor. Dioscorides libro 1, capite 38, ὑρίμοι δὲ εἰσὶν εἰκρέμενοι ὅταν ὑπὸ τῶν τοξοτῶν αὐτοὶ σφαιρίων ἀπολύωνται. id est, Quum exoluuntur orbiculis eos amplectentibus. Quanquam vulgò redditur Eximuntur. Citatur ex Hermogene ἀπολελύσθαι εἰς μῆκος pro In longitudinem laxari & liberè produci: vt vicissim dicitur Latinè aliquid in angustias constringi.

Ἀπολύομαι, Dimittor, Abdicor. vt ἀπολυθῆναι τῆς ἀρχῆς, Abdicari magistratu. Aliquando Remittor.

Ἀπολύομαι, Absoluor. vt τῶν ἐγκλημάτων ἀπολύεσθαι, A crimine absolui. Budæus ἀπολυθῆναι docens esse ἀποφύγειν, id est, absolui, citat hunc Thucydidis locum, τῶν μὲν οἰκείων ἰδίᾳ τοῦς τινα ἀδικήματων ἀδυνήθη, τὰ δὲ μέγιστα ἀπολυθεὶς μὴ ἀδικεῖν. Alibi autem ait, ἀπολύεται ὡς οὐκ ἀδικῶν, idem valere quod κρίνεται οὐκ ἀδικῶν. quòd videlicet sit ὑπολεκόμενον verbum κρίνω in verbo ἀπολύω.

Neutra autem significatione Ἀπολύομαι, Discedo, Proficiscor. Polybius, καὶ λαβὼν τὸ καταλειφθὲν, πάλιν ἀπολύετο. id est, Rursum discedebat. non (vt vulgò exponitur) Rursum remittebatur. (Sic ἀπόλυσις apud eundem Discessus, Profectio) Locum autem illum Polybii habes pleniorem in Λύω.

Ἀπόλυσις, εως, ἡ, Liberatio, Absolutio. ‖ Item Refutatio. ‖ Item, Discessus, Profectio, apud Polybium lib.4, πυνθάνεσθαι τὴν ἀπόλυσιν ὅτ' ἂν αὐτοῖς δοκῇ συμφέρειν. Ibidem, aliquanto pòst, καταστήσαντες δὲ τὴν Σικυωνίων χώραν, τοὺς κῦ τὸν Ἰσθμὸν ἐπίνοσαν τὴν ἀπόλυσιν. ‖ Item ἀπόλυσις, Decessus. id est Obitus. in testamento Lyconis apud Diogenem Laertium, τῶν δὲ ἐν Αἰγίνῃ μοι ὑπαρχόντων μερῶν μετὰ τὴν ἐμὴν ἀπόλυσιν τὴν ἐμὴν ὁ χρηματιστὴς Λύκων τοῖς ἀνιόσιοις εἰς ἐλευθερίαν.

Ἀπολύσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Liberatiuus, Absolutiuus. Budæus ἀπολύσιμος & καταλυτικὸς significare scribens, Ad absolutionem & deprehensionem damnationemque conducens & incitans, citat hunc Antiphontis locum, εἰ δέ τις κοινὴν μὲν τὴν τοξοῦν, κοινὴν δὲ τὴν ἀπόφασιν αὐτῶν ἡγούμενος εἶναι, μηδὲν ἀπολύσιμον μᾶλλον ἢ καταψήφισιν ἐκ τῶν λεχθέντων γιγνόσκει αὐτῶν ὄντα, καὶ οὔτας ἀπολύειν μᾶλλον ἢ καταλαμβάνειν δικαίον ἐστί.

Ἀπόλυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Solutus, Liber factus, apud Gregorium Nazianzenum. Dionysius De mystica theologia, τῇ δὲ ἑαυτοῦ καὶ πάντων ἀφέτῳ καὶ ἀπολύτῳ καθαρῶς ἐκστάσει, τοῦς τὴν τελεωτάτην ὁσίαν &c. Vbi ἄφετον καὶ ἀπόλυτον ἔκστασιν appellat (Budæo reste) mentis temporariam abstractionem non modò ab omnibus concretis sed etiam à seipsa & ab homine. Apud eundem Dionysium dicuntur ἀπόλυτα, item ἁπλᾶ, ea quæ δίχα συμβόλων νοῦται καὶ ἐπιβεβύεται ὡς ἔχοισι. vbi videntur ἀπόλυτα esse absoluta, id est quæ absolutè & per se accipiuntur. Sic autem vsurpant Absolutè grammatici.

Ἀπολύτως, Aduerb. Solutè, Liberè. Item Absoluté. Affertur autem pro Absolutè ex 6 Canone Concilii Chalcedonensis. Pro αὖθις τεσσαρεσμοῦ habetur apud Philoponum. ‖ Apud Dionysium autem pro ἀναιτίως καὶ παντελῶς, (inquit Budæus) vbi πάντη καὶ ἀπολύτως ἀναίτιον appellat Deum. hoc est, à nulla causa præcedente productum.

C. Ἀνάπολυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non solutus, Vel, Qui absolui non potest, Non absolutus. Quidam ἀνάπολυτα sunt interpretati Non absoluta, vel Quæ non absolutè & per se intelligunter.

C. Εὐάπολυτος, Qui facilè absolui potest.

B C. ΔΙΑλύω, Dissoluo. (Et διαλύομαι, Dissoluor, de quo infrà) Isocr. ad Philipp. συνῆσαι & διαλῦσαι inter se opposuit, vt Cic. Coagmentare & Dissoluere. Greg. διαλύεσθαι cum διαχέεσθαι copulauit, scribens, διαχέονται γάρ πως καὶ διαλύονται δι' ἡδονῆς οἱ τοῦ σώματος πόροι τῶν ἐκ πνεος ἡδείας ἀκοῆς διαλυθέντων. quæ Turn. ita reddidit, Aperiũtur enim & dissoluuntur per voluptatem in corpore foramina eorum qui ex iucundo auditu hilaritate diffunduntur. Et διαλυειν τὰς φιλίας vt Latinè Dissoluere amicitias.

C Quod & passiuè διαλύεσθαι apud Aristot. vt videbis in Comm.B.pag.64. ‖ Item διαλύειν τὰ χρέα vt Lat. Dissoluere æs alienum. qua in signif. vtitur Arrianus voce passiua. Dicitur verò & διαλύειν τὰ χρήματα, à Demosth. Item διαλύειν sine adiectione, ab eodem, vt videbis in eadem illa pagina 64. (Affertur autem & διαλύειν τὴν δαπάνην ex Herodoto pro Sumptum suppeditare) Et pagina proximè sequente διαλύεσθαι ex Aristotele pro Absolui, de creditore qui suum recepit.

D Διαλύω, vel Διαλύομαι, Dissoluo, aut potius Dirimo vel Discutio, Interrumpo. vt διαλύειν τὸν λόγον. Isocr. οὐ γὰρ διαλυόμεθα τοῖς πολέμοις, ἀλλ' ἀναβαλλόμεθα. Et διαλύεσθαι τὰς συνουσίας apud Plat. Conuentus & colloquia dirimere. quæ exempla B. affert pag.64. (addens & τὰ πλεῖστα τούτων διέλυσα ex Isocrate pro Dissolui & Discussi) Adiici autẽ illis possunt & alia pleraque, in quibus verbum istud aliis accusatiuis iungitur. vt διαλύειν τὸν ξύλλογον apud Thuc. item τὸ ναυπικόν. Itidémque apud Xenoph. διαλύειν τὴν πανήγυριν, & τὸ γράμμα, seu τὴν γραφὴν, (pro quibus dicit Herodianus διαλύειν τὸ γραφόμενον)

E quibus tamen locis magis conuenit verbum Dimittere, quàm ea quæ à Budæo afferuntur. (sic autem pass. Διαλύεσθαι ipsemet B. exp. Dimitti à comitatu, seu Abire, apud Thuc. (Possit verò fortasse διαλύειν reddi etiã Finire, in illis quæ affert exemplis, διαλύειν τὸν λόγον, & in διαλύεσθαι τὰς συνουσίας, sicut & apud Plutarchum in διαλύειν τὸ συμπόσιον. At verò in illo διαλύειν τὸν πόλεμον, sicut & in διαλύειν τὰς μάχας apud Herodianũ. itidémq; in διαλύειν τὰς διαφορὰς & τὰς ἔχθρας apud Isocratem, & διαλύειν τὴν ταραχὴν apud Plutarchum, libenter verbum Dirimere retinuerim. ‖ Affinis autem est huic dirimendi significationi ea quæ ponitur pro Dirimere controuersiam, seu Transigere negotium iudiciale, vel aliàs controuersiosum. cuius signif. exemplum ex Demosthene habes apud Bud. pag.64. ‖ Quod autem idem tradit, hoc verbũ accipi etiam pro Pacem & fœdus icere, ac componere, afferens ex Isocrate, ἐξ ὧν ἐξέσται τὰς τοῦ ὑμᾶς αὐτοὺς ἔχθρας διαλύσασθαι, in eo illi nequaquam assentior. quum enim addatur hic accus. ἔχθρας, quid aliud est διαλύεσθαι quàm Dirimere? At

G verò in hoc eiusdem Isocr. loco in Panegyr. βουληθέντες μετὰ λόγου ἀλλὰ μὴ μετὰ βίας διαλύσασθαι τὰ τοῦς ἀλλήλους, possumus exponere Cõponere res suas, vel Transigere & decidere. vt Cicero interdum hæc duo verba copulat. Sed & διαλύειν πυκὰ pro Componere litem inter aliquos, seu Pacem facere, cum accus. personæ, vide ex eodem Isocrate & ex Polybio in eadem illa pagina.

Διαλύομαι actiuè pro διαλύω sumi in variis loquendi generibus, apparet ex locis in Διαλύω citatis. Adduntur autem & ista, διαλύσασθαι τὰς διαβολὰς, ex Isocrate, pro Dissoluere seu diluere calumnias: & διαλύεσθαι τὰ ἐγκλήματα, pro Diluere crimina. sed malim etiam in διαλύσασθαι τὰς διαβολὰς vti verbo Diluere.

H (Affertur autem & ex Thucyd. διαλύειν τὴν διαβολὴν passiuo redditum verbo, videlicet Absolui crimine)

A At verò διαλύεσθαι passiua signif. pro Dissolui, in prima quidem sua significatione posito, frequens est: vnde διαλυομένου δὲ ἀνθρώπου Cic. apud Xenoph. vertit, (vt videbis in meo Cicer. Lexico pag.43) Quum hominis natura morte dissoluitur. Item, τὸ γὰρ διαλυθὲν ἀναιθητεῖ, in quodam Stoico dogmate (pag.56 eiusdem libri) Quod enim dissolutum fit, id esse sine sensu. Vt autem dicitur homo διαλύεσθαι, sine adiectione, ita & διαλύεσθαι τὸ σῶμα, hunc quidem sequendo locum qui ex Platone affertur De leg. διαλυθέντες τῶν σωμάτων pro Soluti corporibus. atque ita fuerit planè compos. διαλυθέντες (si mendo caret ille locus) pro simplici λυθέντες. (Alicubi autem διαλύεσθαι aptius redditur Dissipari quàm Dissolui. vt in hoc loco Herodiani lib.6, ὃς [θραπὸς] ἅπαξ διαλυθεὶς, οὐράδιος ἠθροίζετο, ἅτε μὴ σωτεθαμένος, μηδὲ σωεστώς. &c.) At vero διαλύεσθαι pro Absolui, seu Dimitti, dictum de creditore qui suum recepit, vide apud Budæum, pag.65. Item, A comitatu dimitti, seu Abire, ab eo exponitur in hoc Thucyd. loco, ὁ δὲ ἐπειδὴ ὅδε τοῖς ὀείοις ἐλθετο. καὶ ἔμελλε διαλύεσθαι, τοσόνδε εἰπὼν ἐπορεύετο. Hoc tamen sciendum est, apud eundem scriptorem, passim quum dicit διελύθησαν κῦ πόλεις aut διελύθησαν κῦ ἔθνη exponi διελύθησαν non Dimissi sunt, sed Digressi sunt. Quidam verò in hoc eiusdem loco, διελύθησαν ἐπ' οἴκου ἕκαστοι, in suam quisque domum dilapsus est. His addo & διαλυθείσης τῆς νόσου quod in v.l. redditur Remittente morbo. At ego malim Discusso morbo. sicut & actiuum διαλύειν pro Discutere poni dictum antea fuit.

Διαλελυμένος pro Dispersus, Nullo ordine dispositus: vt à Bayfio redditur in hoc Polybii loco, lib.16, σωτέον δὲ τὸν αἰάπλοιον αὐτῶν γενέσθαι διαλελυμένον.

Διάλυσις, Dissolutio. Philo De mundo, παίθ' ὅσα τῶν σωθέντων φθείρεται, διάλυσιν εἰς τὰ ἐξ ὧν σωεσθη, λαμβάνει. vbi διάλυσιν λαμβάνει est pro διαλύεται. id est, Dissoluuntur in ea è quibus composita sunt. A Thucydide autem dicitur διάλυσις de pontibus, lib.1. sicut Herodianus dixit λύειν τὴν γεφυραν id est pontem. Apud eundem autẽ eodem libro διάλυσιν ἐποιήσαντο exponitur Solutis ordinibus disiuncti sunt.

E Διάλυσις, Dissolutio (ab ea signif. qua dicitur Dissoluere æs alienum) Solutio, Persolutio. ἔκπτωσις καὶ καταβολή. Et Gratiæ relatio, Plutarcho, ἡ διάλυσις τοῦ φιλανθρωπύματος. B.

Ἐν διαλύσει τῆς κοινωνίας ex Platone De rep. affertur pro In finienda societate. sicut διαλύειν pro Finire accipi ab eo dictum antea fuit. Sic autem in loco Luciani quem habes paulo pòst in Διάλυσις significante compositionem, seu pacificationem, potest διάλυσις finiendi significationem habere. nisi malis accipere pro eo quod Gallicè dicitur *Appointement* vel *Accord*.

F Διάλυσις, Compositio, Pacificatio. Polyb. καὶ διεληφῶς ἀποτείθεσθαι τὰς διαλύσεις. quod Bud. vertit, Statuens reiiciendam esse componendarum discordiarum pacificationisque mentionem. Lucianus in Zeuxide, ὥσπερ εἰδότες ἀυτοὺ ἤδη σωνιέναι, καὶ πάνυ ἀσπαζόμενοι διαλύσαι τὸν πόλεμον. vbi animaduerte addi genitiuũ πολέμου, & cõter cum iis quæ de διαλύειν τὸν πόλεμον dicta fuerũt antea) Exponitur & Fœdus ab eodem. pro qua significatione habẽt v.l. ex Plut. in Numa, διαλύσεις τοιαῦτα ὑπὸ τῶν πολιορκουμένων. Item ex eodem in Publicola, τοῦς τὰς διαλύσεις ἡδίον ἔχε.

Διαλυτὴς, οῦ, ὁ, Dissolutor. Thucydid.3, τῆς πεπαιρείας διαλυτής.

Διάλυτος, Dissolutus. Et τὸ διάλυτον, substãtiuè, Dissolutio, Inconnexio. genus figuræ, quæ & ἀσύνδετον. Ita quidem v.l. sed si SIT Διαλυτὸς cum accentu in fine, significabit Dissolubilis, Qui dissolui potest, (sicut Λυτὸς est Solubilis) VNDE Ἀδιάλυτος, Indissolubilis, Qui dissolui non potest. ET Εὐδιάλυτος, Qui facilè dissolui potest.

AT VERO Διαλυτικὸς actiuè capitur, pro Dissoluendi vim habens, aut facultatem, vel Discutiendi. Et Discussoriam vim habens, in v.l. ex Plinio.

C. ΕΚλύω, Exoluo: ea signif. qua Plaut. dixit Exoluere vinculis, & Plin. Exoluere solicitudine: & Silius, Pondere exolui. In qua signif. accipitur etiam ἐκλύομαι. Cebes

Theb. ἐξ ὧν οὐ δυνάσεται ἐκλύσαι ἑαυτοὺς, quibus se exoluere & expedire nequeũt. Polyb. l. 16, πάλαι κακῶς πάσχοντες ἐξέλυον ἑαυτοὺς ἐκ πολυετοῦς, iamdiu malè multati se à periculo liberarunt. Homer. Od. κ, Ἀλλ' ἄγε δή σε κακῶν ἐκλύσομαι ἠδὲ σάωσω. Sic Plato libro 12 De leg. μεγάλων σφᾶς ἀπολύσεται καὶ πολλὰ ζημιῶν, à mulctis & noxis expediunt & exoluunt, vt B. interpr. Et Soph. Trach. Ὃς εἰς ἀγῶνα τόνδε συμπεσὼν μάχῃς, Ἐκλύσεταί με, me exoluit & liberat, ἀπαλλάξει με καὶ ἐλευθεροῖ, vt schol. exp. Eadem signif. ex eodem affertur diuersa à præcedentibus constructione, Φόβοισί γ' αὐτὸν ἐξελυσάμην, pro ἐξήνεγκον ἐνσαδαν θέλουσα, eum eduxi seruare volens. seu ἠλευθέρωσα, eripui. ‖ Item Exoluo, Dissoluo. vt Cic. dicit Exoluere vel Dissoluere æs alienum. Vnde ἐκλυθὲν, Exolutum, Dissolutum, Solutum, ἀποδοθέν. Plut. ἄχθεις αἱ ἐκλυθῆ τὸ δάνειον. B. ‖ Ἐκλύω, Dissoluo, id est Destituo, Relinquo, Abiicio. Demosth. ἀφ' οὗ τὴν μέρας ἠλπισαν πάνυ εἰρωνεύω, πάσας ἐξέλυσαν τὰς παρεσκευὰς τοῦ πολέμου. B. ‖ Item Soluo, (ea sign. qua dicit Virg. Mẽbra soluuntur frigore) id est Eneruo. Philo De vita M. l. 15 ἐκλυόντες καὶ παρειμένοι αὐτῶν τὰ φρονήματα, spiritus eorũ frangentes ac debilitantes. Pro Fatigo, Lasso, Labore cõficio, B. ex Aristot. De hist. an. l. 9. Et ἐκλύομαι, Mẽbra mihi soluuntur, Eneruor, Debilitor. Plut. Symp. sept. sap. de Arione à delphinibus vecto, δεῖ πάσχειν καὶ ῥοίζοις ἐφαίνετο τῆς φορᾶς ἐκλελυμένος καὶ κεκμηκώς, debilitatus & languidus. Similiter & B. ἐκλύεσθαι interpr. Fatiscere, Lassescere, Lãguescere, Defici, apud Isocr. in orat. quæ περὶ εἰρήνης inscribitur, ἵνα σοῦ μὴ παντάπασιν ἐκλυθῶ, πολλῶν μοι λεκτέα νοῖτων, ἀνάγωσι τὰ περὶ ἡγεμονίας. Aristot. in Probl. δεῖ τί ἐκλύεσθαι μάλιστα τῶν ζώων ἀφροδισιάσας ὁ ἄνθρωπος; Idem, δεῖ τί οἱ ἀφροδισιάζοντες ἐκλύονται καὶ ἀσθενέστεροι γίνονται, deficiũtur viribus & languescũt. B. Item in v. l. ἐκλελυμένος πρὸς τὸν πόλεμον, viribus defectus ad gerendũ bellũ. Nec multum diuersa signific. ἐκλύεσθαι & λιποψυχεῖν à Galen. ad Glauc. συνωνύμως vsurpari testatur B. Quo sensu & ἐκλίεσθαι ψυχῇ, animo defici & cõcidere, reperio in v. l. Et ἐκλυόμενοι, Otio marcentes & segnes, B. ex Plut. ‖ Item Dissoluo, vt dissoluuntur ea quæ in massam vnã coagmentata & concreta fuere. Galen. ad Glauc. ἐκλύων ὀξυδρομωτάτῳ. vbi exponitur, Macerans aceto & diluens. ‖ Item Dirimo. vt dicitur Dirimere dissidium inter aliquos exortum. quod & λύω dicitur. Demosth. Philipp. 3, ἐκλύσας τὴν πρὸς ἀλλήλους ἔχθραν ὑμῶν καὶ φιλονεικίαν. ‖ Item Soluo, Resoluo, Laxo. vocabulum medicorum de ventris seu alui adstricti resolutione: sicut & ipsum λύω vsurpatur. Ex Diosc. l. 4, cap. 266, ἐκλύσαι κοιλίαν, resoluũt ventrem. ‖ Ἐκλύειν σῶμα dicitur etiam is qui loqui parat. vt Ouid. dicit Ora sono resoluere: & idem Soluere linguam ad iurgia. Soph. Aiace, Δῆλος δέ μοι 'στι πᾶσιν ἐκλύσων σόμα. quod & ῥῆξαι φωνὴν, vt Rumpere vocẽ, Latinis. ‖ Ἐκλύω Pro Discedo, affertur ex lib. 2, Maccab. ἐξέλυσαν εὐημεροῦντες, recesserunt re feliciter gesta.

Ἔκλυσις, Exolutio, Solutio. vt ἔκλυσις τῶν δεσμῶν, solutio vinculorum apud Naz. ‖ Item Eneruatio. quo signif. affertur ex Diosc. l. 3, πρὸς ἔκλυσιν τῆς ἀφροδισίων, id est, Ad debilitandam & eneruandã venerem: vel, Ad discutiẽdam. ‖ Item Animi viriúmque defectio, Animi viriúmque deliquium. ἔκλυσις, ἡ λιποψυμία, inquit Galen. ad Glaucon. & Aët. lib. 5.

Ἔκλυτος, ος, ον, καὶ ὁ, Exolutus, Eneruatus, Viribus fractus, Viribus defectus, Languidus. Dioscor. ἔκλυτοι γίνονται καὶ ἔκλυτοι. ‖ Ἔκλυτος, Dissolutus. Greg. ἔκλυτος γραπτὸς τοῦ Διονύσου, in omnem licentiam dissolutus. B. ‖ Ἔκλυτοι καὶ τεθρυμμένοι ἐν τῇ ἐσθῆτι πορεύεσθαι, soluti in vestibus & fracti incessus. ex Can. vlt. Concil. Gangr. ‖ Ἔκλυτος, Hesychio ἐνδεξιος, ἥμιος. VNDE Ἐκλυτος, Soluti, Expediti. Ex Plut. Lyc. σώματος ἐκλυτοῦ καὶ ῥᾳδίως ἐπιδίδοντος, corporis facilè expediti & crescentis.

Ἐκλυτήριον, ου, τὸ, in v. l. Solutio.

c. 2. Ἀπεκλύω, Exoluo, Dissoluo, Resoluo. Alex. Aphr. lib. 1, Probl. ἀπεκλύει τὸν πόνον αὐτοῦ.

C. Ἐπιλύω, Soluo, Dissoluo. In qua signif. & ἐπιλύομαι capitur. Herodian. lib. 4, de Macrino cui σωφρόσυνος ἐπιλυόμενος ab Antonino inspiciendus tradebatur, καθ' αὐτὸν γενόμενος, πολλὰς τε ἄλλας ἐπιλυόμενος ἐπιστολὰς, epistolis seorsim omnibus solutis, vt Polit. vertit. ‖ Ἐπιλύω, Soluo nodũ alicuius quæstionis, Explico. Marci 4, χωρὶς δὲ παραβολῆς οὐκ ἐλάλει αὐτοῖς· κατ' ἰδίαν δὲ τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπέλυε πάντα, priuatim autem discipulis suis explicabat omnia. vbi vulg. versio habet Edisserebat, i. ἐφεζεν, vt Matth. loquitur cap. 13. Eadẽ signif. in pass. Act. Apost. 19, εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, ἐν τῇ ἐννόμῳ ἐκκλησίᾳ ἐπιλυθήσεται, in legitima concione explicabitur. ‖ At Suid. ἐπιλυοῦμεν exp. συγχεοῦμεν.

Ἐπίλυσις, εως, ἡ, Solutio, vt solutio nodi difficilis & intricati: Explicatio. ‖ Ἐπίλυσις, Accessus, ἔφοδος. Apud Suid. ὁ δὲ πέμπει Γαβαίλιον ὡς ἂν τὴν φυλακὴν χρήσοιτο καὶ τὴν ἐπιλυσιν μάθοι τίνα ὄπλισιν τῆς βαρβάρου· nisi fortè scribendum ἔπιλυσις. A T Ἐπιλυσία in v. l. dicitur esse genus morbi.

Ἐπιλυτικὸς, Explicandi & nodosas quæstiones soluendi peritus. Suid. de Sofibio, γραμματικὸς ὢν καὶ τῶν ἐπιλυτικῶν καλουμένων, id est λυτικῶν. B.

C. ΚΑΤΑλύω, Dissoluo, Euerto, Destruo, Aboleo. Hom. Il. 1, circa princ. Ὃς δὴ πολλάων πολίων κατέλυσε κάρηνα, Ἠδ' ἔτι καὶ λύσει. Sic in illo celebri versu oraculi Cræso reddito, Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς, μεγαλην δυνάμιν καταλύσει. (vbi tamen καταλύειν redditur Peruertere, non Euertere. hæc est enim apud Cic. De diuin. lib. 2, interpretatio huius versus, Crœsus Halyn penetrans, magnam peruertet opum vim) Sic apud Thucyd. καταλυσαι τὴν ἄλλων πόλεων τὰ τε βουλεύματα καὶ τὰς ἀρχάς. Idem, lib. 8, καταλύσαι τὸν δῆμον. Et Demosth. ὁ δῆμος καταλύεται. Isocr. Paneg. καταλυσαιτο τὴν τῶν βουλῶν δυναμιν. Itidem verò Xenophõ hoc verbo vsus est, de euersione democratiarum loquens (sed in pass. voce) initio suæ Paediæ, ὅσαι δημοκρατίαι καταλυθεῖσαι ὑπὸ τῶν &c. (& mox αὐτοὶ ὑπὸ τῶν &c. (& mox αὐτοὶ ὑπὸ τῶν eadem signif.) sed & de tyrannis subiungit, οἱ μὲν αὐτῶν καὶ ἀπαντῶν καταλυθῆναι. Imitans autem fortasse Xen. Herodianus dixit & ipse in suæ historiæ præfatione de regibus, ἅπαντες καταλυθῆναι. vbi Polit. καταλυθῆναι vertit Imperium amiserunt. At vox actiua extat & apud Aristoph. in Pluto, τοῦ Διὸς τὴν δυναμιν καταλυσις. Sed his aliisque exemplis huius significatiõnis quæ afferri multa possunt, addo quod & Bud. prætermisit: dici videlicet sicut καταλυω τὴν ἀρχὴν σου, vel τὴν σὴν ἀρχὴν, ita etiam καταλυω σε τῆς ἀρχῆς. legitur enim apud Xenoph. Pæd. 8, pag. 135, ἡ ὑμετέρα ὡς πολὺ φθονεῖται τοῦτῳ τῆς δυναμεως, καταλυειν πειρᾶσθαι τοῦτο τῆς ἀρχῆς. Quã constructionem huic verbo ante Xenoph. Herodotus dedit. Sic autem & Latini suo verbo Euertere cum casu personæ simúlque casu rei vsi comperiuntur, sed ablatiuum non genitiuum accusatiuo personæ addẽtes. dicunt enim Euertere aliquem bonis, seu fortunis. quo loquendi genere post Plautum & Cicero est vsus. Sed Thucyd. cum eodem genitiuo & pro eadẽ significatione posuit verbum παρελυσε vt docebo in Παραλυω.

Καταλυω, pro Dissoluo, seu pro Soluo, in quibusdam loquendi generibus in quibus alioqui & simplex λύω adhibetur. vt καταλυειν τὴν γλῶσσαν apud Herodianum quod alibi λύειν. Et καταλυειν τὴν σκιωλὴν apud Xenoph. quod alibi λύειν. Apud Homerum itidem καταλυειν ἵππους & λύειν pro eodem, aliis tamen aliter exponentibus, vt dicetur infrà in Καταλυω pro Diuersor.

Καταλυω, Finio. vt καταλυειν τὸν πόλεμον, finire bellum. Thucyd. lib. 4, τὸν δὲ Θρᾴκης πόλεμον ὑπεδέχετο καταλυσειν, se finem bello Thracico impositurum. Quo signif. & καταλυεσθαι τὸν πόλεμον dicitur. Paus. Att. μὴ καταλυόντων ἔτι ὅτι πύθοιτο τὸν πόλεμον. Et Thuc. καταλελυμένοι τὸν πόλεμον. Et sine accus. πόλεμον, lib. 1, pag. 27, καὶ πύθοιτο εὐθὺς καταλυεσθαι ἐπὶ καλοῖς, i. τὸν πόλεμον παῦσαι, vt schol. exponit. Similiter apud Xenoph. Hell. 6, p. 345, εἰ πυθοίμεθα ὅτι πολέμους ἐν ἀνθρώποις ἐγείρεσθαι, ἡμᾶς δὲ χρὴ δρᾶσθαι μὴ ἀμφὶ ὡς ἀρολαίαπαι, ὅταν δὲ ἐθέλωσι, καταλύεσθαι ἢ δυνασθαι τάχιστα. Vbi etiam observa opponi sibi δρᾶσθαι & καταλύεσθαι. Quibus addi potest καταλύειν τὰς ἔχθρας, quod Latinè potius dicitur Deponere inimicitias. Item καταλύειν τὸν λόγον, itidem Finire, παύειν. Isocr. Ἐν ἐν ταῖς καλλίσταις καὶ δικαιοτέραις πρᾴξεσι καταλύω τὸν λόγον πρὸς τοῦτον, id est finiam, παύσω. Item καταλύειν τὸν βίον apud Xenoph. itidem Finire vitã. quod & simpliciter καταλύειν dicitur, pro ἀπέρχεσθαι, & excedere è vita. Greg. τὴς τοῦ ἐν πλυσία τῇ πολιᾷ καταλυσάντων, eorum qui in multa canitie migrant è vita, vt Bud. interpretatur: addens eodem signif. ab eo dici τοῦ καταστρεψάντων & λυσμῶν. esse enim καταλύοντα qui iam abiit & in mansione est: vt οἱ ἀπελθόντες dicuntur οἱ τεθνηκότες. Affertur tamen etiam ex eodem, καταλυσον ἐν ἀσφαλείᾳ τὸν βίον pro Vitam in securitate transige.

Καταλύω, Desino. aliquando neutraliter, aliquando cum accus. vt & Desino apud Lat. Demosth. Philipp. 4, sub finem, παππῴα καὶ πατρῴα δίξα στι ὑπάρχει, ἰὼ ἀνδρες· ὅθεν ἐν στι καταλυσαι, in te desinere. Idem, οὔπω ἔτι ἐστιν ἐπὶ ἀφ' οὗ τὸ μὴ πεῖν καταλέλυκα, ex quo ego desii ne uigare. Et καταλύει τὸν πλοῦν in v. l. Non progreditur. Item καταλυόμενον, quicquid iam non viget sed cessat. Plutarchus, τὰς ναῦς δι' ἀπορίαν χρημάτων καταλυομένας, nõ iam nauigantes. B. p. 252. Frequens est etiã καταλύειν τὴν ἄσκησιν & καταλύειν τὴν τέχνην. quod Latini dicunt Desinere artem. Exemplum ex Xenophonte apud Budæum habes loco citato, & Latinæ quoque phraseos exempla duo, alterum ex Cic. alterũ ex Suet. Sic Plutarchus De deo Socr. αὐλητὰς καταλύσαντας ἄσκησιν τοῦ γήρως. Aliquando subauditur accus. vt Epigr. lib. 2, Πύκτης ὧν κατέλυσε Κλεόμβροτος Desiit athleticam, seu Desiit exercere pugilatum. Eodem libro ad pugilem quendam qui ex astrologo scitabatur an ad senectutem peruenturus esset, -ναί, φησὶν, ἐὰν ἡδὴ καταλύσῃς· ἂν δέ γε πυκτεύῃς ὠροδοκεῖ σε Κρόνος. Similiter apud Athen. lib. 13, Καταλελυκύας τῆς Γναθαινίου ᾠδεῖν, Οὐκ ἔπ θ' ἑταιρεῖν ὑπομένουσις. Eodem sign. dicitur καταλύομαι, Epigr. lib. 2, Λούεσθαί σε λέγουσι πολὺ χρόνον Ἡλιοδώρα, Γραῖαν ἑκατὸν, μὴ καταλυομένῳ, vetulam centum annorum, non desinentem quæstum meretricium facere.

Καταλύω, Diuerto, Hospitium capio. Thucydides l. 1, αἰσχαλέζεται κατά τι ἄπορον πρὸς Ἀδμητον καταλύσαι, ad Admetum diuertere. Plut. Sympos. sept. sap. παρ' ἐμοὶ γὰρ κατέλυεν ὁ ἀνὴρ Πεισάνδρου κελεύσαντος. Demosth. Pro cor. πρέσβεις δεῦρ' ἀφικνούμενοι πρὸς σοι κατέλυον, ad te seu apud te diuertebãt. Et καταλύειν εἰς πανδοκεῖον apud Plut. quod Cic. dicit Diuertere in tabernã. Sic App. in Mithr. εἰς τὸ Ἀλεξανδρου πανδοκεῖον κατέλυσε, ad Alexandri hospitium diuertit. Apud Homerum autem Od. ο, καταλύσομεν ἵππους quidã non simpliciter accipiunt pro Solueuus, sed pro Solutos excipiemus stabulo, velut hospitio.

Καταλύειν πρὸς Ἀθηναίους ex Thucydide affertur pro διαλλάσσεσθαι πρὸς Ἀθηναίους. Item in v. l. καταλύομαί σοι, tecum tranitigo. In iisdem καταλύω τὴν φροντίδα ex Plat. De leg. Desero custodiam.

Κατάλυμα, ατος, τὸ, Diuersorium; κατάγωγιον. Marci 14, ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα ὅπου τὸ πάσχα μετὰ τῶν μαθητῶν μου φάγω; vbi est diuersoriũ, seu locus in quem diuertere possim, vt cũ discipulis meis pascha comedã? Syn. ep. 133, τὴν ψυχὴν ἐμεμψάμην τῶν καταλυμάτων τῶν σωματίου, diuersoriũ sodalitii. In hoc autem loco qui ex Nazianzeno affertur ὀλιγοχρόνιος τοῦ ἐκεῖ καταλύματος, videtur potius dici de diuersorio in cælis: ac ibi accipi potest pro ἀνάπαυσις, quies, vt à schol. Aristoph. exponitur.

Κατάλυσις, εως, ἡ, Dissolutio, Euersio. ‖ Item Finitio, seu Finis, Exitus. vt κατάλυσις πολέμου. Xenophon, ὑπὸ τὴν τοῦ πολέμου κατάλυσιν. Idem Hellen. 6, ἥλπον τοῦ πολέμου κατάλυσεως. Thucydides libro 8, pag. 260, κατάλυσιν τοῦ πολέμου πρὸς Ἀθηναίους μὴ ἐξέστω ποιεῖσθαι. Gregorius in Macc. enc. τοῦ μὴ γὰρ ἀμφίβολος ἡ πάλη, τοῦ δὲ ἀσφαλὴς ἡ κατάλυσις, horum anceps & incerta lucta, illorũ autem certus exitus & finis. Sic Xenophon Symp. αὖτη τοῦ πότου συμποσίου κατάλυσις ἐγένετο, finis fuit, seu, Ita cõuiuantiũ cœtus dimissus fuit. Nec diuersa multũm significatione κατάλυσις dicitur de exitu ex hac vita: quod & καταφορά. ‖ Item Diuersatio hospitalis. Polybius lib. 2, p. 25, ποιούμεθα δὲ καταλύσεις ἐν τῇ πανδοχείοις. Aliquando potius pro κατάλυμα, id est pro Diuersorium. Plutarch. Camillo, καταλύσεις τῆς Ῥωμαίοις ἐπαγγέλλοντες ἀπὸ δῆ πολεμήσειν, hospitia in quæ diuerterẽt. Machon apud Athenæum lib. 8, de Dorione, εἰς Μίλων Ἑλλῆν, κατάλυσιν οὐδαμοῦ μεθοσίμιλω Δωριάδος θύρεν. ‖ Exponitur etiam Reconciliatio.

A Καταλύσιμος, ος, ὁ καὶ ἡ, Qui dissolui & destrui potest, Qui aboleri potest, Delebilis. vt exponitur apud Soph. Electra, αἴφελον ἐπίβαλες οὔποτ' καταλύσιμον, οὐδέποτε λησόμενον ἡμέτερον ὄφ κακὸν, nunquam delendum.

Καταλυτήριον, ου, τὸ, Diuersorium. idem quod κατάλυμα.

Καταλυτὴς, οῦ, ὁ, Dissolutor, Destructor, Euersor. Nazianz. ὁ τῆς πικρᾶς γεύσεως καταλυτὴς, qui acerbum gustum in suauitatem vertit. A T Καταλύτης, ου, ὁ, Diuersor, Hospes, Qui diuertit ad aliquem, Qui diuersatur apud aliquem. Polyb. lib. 2, pag. 25, à tergo, παρείεται τοὺς καταλύτας οἱ πανδοχεῖς. Vtitur & Plut. Et Sap. 5, ὡς μνεία καταλύτου μονοήμερος παρώδευσε, tanquam memoria hospitis diuturni prætériit. Bud.

c. 2. Ἀκατάλυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Indissolutus, Indissolubilis.

c. 2. Προκαταλύω, Antè diffoluo, Antè euerto & destruo, seu aboleo. Thuc. l. 3, τοὺς νόμους προκαταλύειν. ‖ Item, Antè finio. Plut. Solone, προκατέλυε τὸ ἔργον τὸν βίον, ante opus absolutum vitã finiit. At προκαταλύσαντες μακαρισθὸν apud Nazianzenum, de iis qui iam beati sunt, Qui magnis itineribus confectis iam mansionem attigerunt, hoc est qui anteuerterunt iis qui in via sunt. B. pag. 253.

c. 2. Συγκαταλύω, Vnà euerto & aboleo. Plut. χρὴ πάλιν τρεψαμένους Καίσαρα, συγκαταλύειν κἀκεῖνον αὐτὸν, vnà cum Cæsare etiam Pompeium imperio priuare. hoc est, imperium vtrique abrogare. Bud. pag. 252. Thucydides lib. 8, προθυμοῦνται ξυγκαλύσαι τὸν δῆμον, vnà populi potentiam euertens. ‖ Item Vnà finio. Syn. ep. 76, τῷ μακρῷ βίῳ τὸν ἱεροσύνῳ συγκαταλύσαντες, quum sacerdotium vnà cum longa vita finisset.

C. ΠΑΡΑλύω, Resoluo. (vnde παράλυσις, resolutio neruorũ) A cuius passiuo Παραλύομαι est παραλελυμένος, vnde παραλελυμένα μέρεα, apud Aristotelem Ethic. l. 1, c. 13, ἀπεχθῶς γὰρ καθάπερ τὰ παραλελυμένα τῶν σώματος μέρεα, εἰς τὰ δεξιὰ προαιρουμένων κινῆσαι, πειράσεται εἰς τὰ ἀριστερὰ παραφέρεται, καὶ ὅτι τῆς ψυχῆς εὔπους. vbi exponitur, Resolutæ corporis partes. Et in v. l. παραλυθέντα Dissoluta corporis membra paralysi, ex Vitruuio. Item παραλύειν, Resoluere, ex Seneca pro Eneruare, Effœminare. Plato autem in Axiocho, (aut quicũque huius dialogi est autor) tria hæc coniunxit, παρέλυσεν, ἐλωξήσαπε, παρηθρησεν. In v. l. affertur ex Diosc. παραλύσι σκορπίοι, pro In torporem resoluit scorpium.

Παραλύω, Dimoueo, Auerto. Thuc. lib. 2, de Pericle, ἐπειρᾶτο τοὺς Ἀθηναίους τῆς τε ἐπ' αὐτὸν ὀργῆς παραλύειν, καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων δεινῶν ἀπάγειν τὴν γνώμην, ab ira in se cõcepta conabatur Athenienses dimouere. At Budæus exponit παύειν τῆς ὀργῆς, non exprimens vim Græci vocabuli. Alibi verò Amouere. vt dicitur Amouere magistratu, seu à magistratu. Thuc. l. 8, παρέλυσε τῆς ἀρχῆς τὸν ξυναρχοντα Σκιρωνίδην. (nisi quis magis propriũ esse putet, Abdicauit magistratu) Herodianus cum eodem genitiuo vsus est, scribens, τῆς κῆ τὴν αἰαπλὴν ἀρχῆς παραλύσαι. Sic & pass. παραλυθέντα τῆς ἀρχῆς, lib. 6, μετὰ γὰρ Δαρεῖον τὸν ὑπ' Ἀλεξανδρου τοῦ Μακεδόνος τῆς ἀρχῆς παραλυθέντα, vbi Polit. actiuè vertit, Cui regnum Alexãder abstulerat. Dixit verò & παραλύσαι τῆς τιμῆς. quod Bud. vertit Cæsaris appellationem euertere. (Animaduerte autem verbum καταλύειν, cui vsitatior est hæc euertendi significatio, hunc eundem vsum interdum cum eadem constructione habere, vt docui quum de illo agerem) Sed tamen παραλύειν τῆς δυνάμεως idem Bud. apud Aristotelem vertit Euertere alicuius potentiã, non Euertere aliquem potentia. Quibus subiungit, παραλύειν τὸν ζῆν ἑαυτὸν, pro Conscisceré sibi mortem, ex Plutarcho, de Cleopatra, καὶ παραλύσασα τὸν ζῆν ἀκωλύτως ἑαυτῷ. Sed animaduertendum est παραλύειν τὸν ζῆν ἑαυτὸν, sonare, Amouere seipsum vita.

Παραλύω, Eximo, Immunem facio. vt Budæus exponit afferens ex Luciano παρέλυσε τῆς καταδίκης, pro Pœnæ exemit. Ex Polybio autem, αἱ δὲ τῶν ἀρχόντων σωμαῖαι τῆς μὴ τοῦ χιλιάρχου παραλύονται λειτουργίας, pro Immunes sunt.

Παραλύειν τὴν ἀμφισβήτησιν, Iudicium intentatum destituere, cœptámque instantiam aut remittere aut quouis modo antiquare. Ita Budæus afferens ex Isæo;

πλὴν μόνου τοῦ παιδίου ἀμφισβήτησιν παρέλυσε. vbi tamen exponit παρελύειν, verbo Derelinquere, vertens, Petitionem quidem hæreditatis, pueri nomine institutam, dereliquit.

Παραλύειν τοὺς νόμους ex Synesio, pro Soluere leges, id est Violare. quod frequentius dicitur καταλύειν.

Παραλύειν, pro Soluere, id est Aperire, Reserare, ex Plut. τὰ σακκία τῶν χρημάτων παραλύσας.

Παράλυσις, εως, ἡ, Resolutio. Item Laxatio, Remissio. vt in v.l. exponitur. Addūtur autem ibi & ista de hoc nomine παράλυσις habente peculiariter certi morbi significationem: Scribonium Largum παράλυσιν reddidisse Sideratione m, scribentem in Compos. Hieræ, Facit ad tremulos & sideratione tentatos vtralibet. Vna enim ex contractione, altera cum remissione neruorū conspicitur. παράλυσιν hoc vtrunque vitium vocant. (Itidē verò pro γλῶσσα παρεθεῖσα affertur ex Marcello Empirico Lingua sideratā: quum alioqui παρεσις interdū pro παράλυσις ponatur) Celsus l.3, cap.27, At resolutio neruorum frequens vbique morbus est. Sed interdum tota corpora, interdū partes infestat. Veteres autores illud ἀποπληξίαν, hoc paralysin nominauerunt, nunc vtrunque παράλυσιν appellari video.

Παράλυσις, (inquit Gorr.) Neruorū resolutio. Est priuatio motus aut tactus in toto corpore aut parte. Talis quidem exquisitissima παράλυσις est, in qua nerui sensum & motum amiserunt: imperfecta verò est in qua motus perit, seruato tamē sensu: multóque etiam imperfectior, miniméque digna παραλύσεως nomine, in qua motu incolumi sensus aboletur. Est enim παράλυσις motus potius quàm tactus affectio. Ergo in exquisita paralysi quum vtrunque pereat, perspicuū est quo ea differat à stupore. In eo nanque motus sensusque neruorum debilis est: in paralysi autem penitus sublatum abolitúmque esse oportet. Id quod dupliciter potest contingere: nam aut in toto corpore, aut in parte fit. Sed in toto quidem corpore omnibúsque neruis si motus & sensus abolentur, acutissima παράλυσις est, & mortem citissimè affert, propter sublatum respirationis vsum: eo tantùm à vehementi apoplexia differens, quòd in paralysi sensus & motus tantùm pereant, in apoplexia verò præterea accedat principium facultatū veluti resolutio.

Παράλυσις interdum cum adiectione genitiui significantis aliquam corporis partem, vt παράλυσις χειρός, vel παράλυσις ὀφθαλμῶν. Celsus lib.6, cap.7, Ac ne resolutio quidem oculorum, quam παράλυσιν Græci nominant, alio victus modo, vel aliis medicamentis curanda est. Vide Gorr.

Παραλυπικός, Paralyticus, (quo vtitur Plinius) Qui paralysi laborat. Extat hoc nomen παραλυπικός apud Matth. quoque, locis aliquot, necnon apud Lucam.

C. Συλλύω, q.d. Simul soluo. Sed accipitur pro διαλύω, & quidem in ea huius verbi significatione qua ponitur pro Compono litem, seu disidium. Sophocl. in Aiace, pag.72, Εἰ μὴ ξυνάψων ἀλλὰ συλλύσων πάρει. vbi schol. exponit διαλύσων καὶ χωρίσων. sicut ξυνάψων esse ait pro ξυνάψων εἰς τὴν μάχην. In v.l. συλλύω exponitur Dirimo lites, Pacifico, Reconcilio. item συναλλάσσω, Transigo. & affertur συλλυθεῖσαι in hac significatione ex Diodoro. (ex quo & σύλλυσις habes infra) At ex Maccab. lib.2. cap. 1, συλλύεσθαι ὅτι πᾶσι τοῖς δικαίοις, pro Consentire omnibus quæ iusta sunt. Et ex cap.13, συνελύθη pro Reconciliatus est. Sed Budæus multo rectius συλλύεσθαι cap.11, accipi ait pro Reconciliari, Transigere discordiam vel bellum: vt συνελύθη cap.13. pro Bellum composuit. Scio autem mirum videri posse plerisque, συλλύω idem significare quod διαλύω: quum alioqui hæ præpositiones diuersam aut etiā contrariā in compositione significationem habeant: at mihi ne mirū iridem videatur, faciunt verba Compono & Dirimo, quorum quū itidem valde diuersæ aut etiam pugnātes sint significationes, iuncta tamen accusatiuo Litem aut Controuersiam, aut alii cuipiam huiusmodi, eadem loquendi genera efficiunt. Suspicor autem verbo συλλύειν datam esse hāc signif. quòd in pacificatione vtraque pars simul soluat litem ac dissidium.

Σύλλυσις, Compositio litis, seu cōtrouersiæ, aut dissidii, vel Compositio, sine adiectione. Diodorus, ἠρνοῦντο λόγον τῆς συλλύσεως.

C. Ὑπολύω, q.d. Subsoluo, vel Subter soluo. vnde dicitur de calceis. vt ἐμβάδας ὑπολύειν, apud Aristophanē, Soluere calceos, Discalceare. Sed dicitur & sine adiectione, vt in hoc Plutarchi loco, de Pompeio, ἰδὼν Φαώνιος οἰκέτων ἀπορίᾳ τὸν Πομπήϊον ἀρχόμενον αὐτὸν ὑπολύειν, ὡς σόλεμε καὶ ὑπέλυσε, καὶ σιωπήλειψε. Aristoph. autem sic vsus est voce passiua, in Pluto, κατάθου τάχιστα θοιμάτιον, ἐπιθ' ὑπόλυσαι. Sed Budæus affert & hæc, non addens autoris nomen, ὑποτλύω τὸν πόδα, καὶ τὸν βοῦν.

ΑΤΕ ξυπολυω, ὅθεν ὑποδήμαχος. Quibus subiungit, Areopagitam vsum esse pro Discingere, vel Discalceare. Hæc ille: quibus addo, quod de ὑπολύειν βοῦν dicitur, ex Thuc. sumptum esse.

Ὑπολυω ΕΤ Ὑπολυομαι. pro simplici λύω & λύομαι, apud Homerum. vt Od.ξ, — πολλὰ αἰσχεῖν ὑπὸ γούνατ' ἔλυσε. pro quo aliis plerisque locis dicit λύειν γούνατα, id est Soluere genua, pro Viribus priuare, atque adeo vita. At Il.α, — ὑπέλυσαν δεσμοῦς, pro ἔλυσαν, Soluisti vinculis, seu Liberasti.

ΛΥΤΡΟΝ, ου, τὸ, (q.d. Redemptorium) Redemptionis pretium, vel Pretium redempti captiui, (seu Pretium redempti, sine adiectione, quod Budæus ex Liuio affert) Quod pro redemptione dependitur, Pretium quo captiui redimuntur: ab ea videlicet verbi λυέσθαι significatione qua ponitur pro Redimo. Sed vsurpatur in plurali potius. Xenoph. Hellen.7, ζῶντα λαβόντες ἀφῆκαν αὖθις λύτρων. Plut. in Fabio, ἀπέπεμψε τὰ λύτρα τοῦ Ἀννίβα, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀπέλυσε. Lucianus ὑπὲρ τοῦ σοῦ σοι κρίνεσθαι λύτρα τῶν ἐμοῦ. In singulari numero apud Matth. cap 20, de Christo, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀντὶ πολλῶν. vbi perperam vet. interpr. reddidit Redemptionem.

Λυτόω, Redimo. (quam significationem habet & λύομαι, vt antea docui) vt in arg. libri Il. de Chryse, βουλόμενος λυτρώσασθαι τὴν θυγατέρα. quum Homerus de eo dicat Λυτρωτὴς τὴν θυγατέρα, φέρων τ' ἄπειρον ἄποινα. De Christo legitur in Test. nouo, sicut & animam suam dicitur λυτρῶν dedisse, Matth.20. Pass. Λυτόομαι, Redimor. Aristot. Ethic.9, cap.2, ὃ τὰ λυτρούμενα τῶν ἀλλοτρίων ποιεῖ τὸν λυσάμενον, ἀπολυτρωσάμενον. Æschin. ἐπιδὰν ἐκείνους δέῃ λυτρόω. HINC Λυτρωσις, Redemptio, Luitio. ET Λυτρωτής, Redemptor.

Compos. NOM. Ἀντίλυτρον, q.d. Vicissim datū redemptionis pretium, (vel, Caput quod capite redimitur) vt Ἀντιλυτρόω, ῶ, Vicissim redimo. in loco Aristot. quē mox afferam. Sed pro λύτρον simpliciter accipitur à Paulo 1 ad Timoth. cap.2, vt sit ἀντίλυτρον, Redemptionis pretium, quum dicit de Christo, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων. (sicut videlicet apud Matthæum de eodem, καὶ δοῦναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον) Budæus quoque ex Chrysostomo annotat ἀντίλυτρον esse quod cedit pro redemptionis seu luitionis pretio. HINC Ἀντιλυτρόω, Vicissim redimo, vel Caput capite redimo. Sed apud Aristot. pro Vicissim redimere, in loco quē protuli paulo antè in Λυτόω.

C. Ἀπολυτρόω, τρῶ. Redimo. idē quod λυτρῶ. vnde Christus sicut dicitur nos λυτρῶσαι, ita & ἀπολυτρῶσαι, qui nos pretiosissimo suo sanguine à seruitute redemit. ‖ Capitur etiā pro Dimitto, accepto pro redemptione pretio. vt in epistola Philippi apud Demosthenem, συλλαβὼν καὶ τοὺς ἑαυτοῦ αἰσχρὰς ὑπηρεσίας ἀπολύσασθε τὰ κάππτων ἐνενήκοντα. Sic & apud Lucianum, de Achille χρημάτων ὁ λίχνος τὸν Ἕκτορος νεκρὸν ἀπολυτρώσας. In hac igitur significatione fuerit ἀπολυτρῆσαι idem quod Homero esse λύειν, antea docui.

Ἀπολύτρωσις, εως, ἡ. Redemptio. De Christo non semel dicitur in nouo Testamento. vt Rom.3, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Item Eph.1, ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ. Ab Hesychio ἀπολύτρωσις exponitur ἀποφυγή, ἀπόλυσις.

C. Ἐκλυόω, ῶ, idem quod ἀπολυτρόω, seu simplex λυτρόω. VNDE Ἐκλύτρωσις idē quod ἀπολύτρωσις, seu λύτρωσις.

Redemptio. Affertur autē ex Gr. Bibl. interpret. Num. capite 3.

ΑΛΥΚΤΟΣ, ος, ὁ καὶ ἡ, Ineuitabilis, ἄλυκτον, τὸ ἄφυκτον, Suid. Sed quomodo ab ἀλύσκω, signif. Euito, ἄλυκτος significans Ineuitabilis poterit deriuari? Hoc non video quomodo rationi consentaneum esse possit: quare nequaquā posui post Ἀλύσκω, eos sequens qui ab illo deduci putant: sed locum hic ei dandum censui, vtpote ἄλυκτος dici pro ἄλυτος, per pleonasmum literæ κ, contendens. vt sit ἄλυκτος propriè Insolubilis. Ac pro me facere videtur quod Hesych. ἀλυκτάζει hoc inter cæteros modo exponit, λύσιν μὴ διείπει.

C. Ἀλυκτοπέδη, ης, ἡ, Compes ineuitabilis, Pedica ineuitabilis. Aut per pluralem numerū, Compedes, seu pedicæ ineuitabiles. nam dicitur ἀλυκτοπέδη quasi ἄλυκτος πέδη. (Vocem autem ἄλυκτος mihi videri factā ex ἄλυτος per pleonasmum literæ κ, modò admonui) Hesiodus Theogonia, Δῦσε δ' ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα ποικιλόβουλον. quem imitatus Apollonius in Argon. Prometheum ἀλυκτοπέδης alligatum canit, hoc versu, Ἡλίωψος χαλκείῃσιν ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθεύς. Quod si verum est quod persuasum habeo, ἄλυκτος videlicet pro Ἄλυτος dici, ἀλυκτοπέδας magis propriè Compedes insolubiles, aut vincula insolubilia interpretabimur.

Ἀλυκτοσύνη, ης, ἡ, Incompositus status, Tumultuatio. qualis videlicet eius esse solet qui λύσιν μὴ διείπει, vt modò dicebam. Sed quum Hesych. ἀκοσμία exponat, Suid. explicat ἔκκλισις. i. Declinatio, Euitatio. Verùm quomodo ipse sibi constabit, ἄλυκτον, τὸ ἄφυκτον, at ἀλυκτοσύνη ἔκκλισις exponens?

Ἀλυκτάζω, Rationem soluendi me non inuenio, velexoluendi me. Nam ἀλυκτάζει Hesychius cum aliis modis exponit, tum hoc (vt modò dixi) λύσιν μὴ διείπει. Sed quum eum vltimum ponat, ego cōtrà primum pono, vt ostēdam quæ sit huius verbi (meo quidem iudicio) origo. ‖ Exponit igitur ἀλυκτάζει & his tribus verbis, κρύπτεται, φοβεῖται, ἀπορεῖ. id est, Abscondit se, aut latitat, Metuit, Anxius est. nā ἀπορεῖ dixit Hesychius pro ἀπορεῖται. Solet autem anxius esse qui rationem qua se soluat inuenire non potest. quare hæc signif. ἀπορεῖ præ cæteris duabus mihi placet. Apud Herodotum ἀλυκτάζειν pro Animo concidere, Attonitum esse & consternatum, vt ait Bud.

Ἀλυκταίνω etiam dicitur, ITEM Ἀλυκτέω, ῶ. Exponit autem ἀλυκταίνειν Etymologistes φεύγειν, id est Fugere, vel Effugere. ἀλυκτεῖν autē κλαίειν, λυπεῖσθαι, δυσφορεῖν. Quæ tria verba pro expositione verbi ἀλυκτεῖν ponit & Hesychius. Sonāt autem, Flere, Contristari, Ægre ferre. Erotianus verò apud Hippocratem ἀλυκτεῖν exponit οὐκ ἠρεμεῖ, id est, Quietus non est, vel Tranquillo animo nō est. Exponit præterea Hesychius ἀλυκτήσας participiū, ἀπειλήσας, θορυβήσας. id est Tumultuatus, Minatus. Eustathius autem ἀλυσκάζειν esse ait Euitare: at ἀλυκτεῖν Ægre ferre: vtrunque ab ἀλύω deriuans. Vide quæ dixi suprà de Ἀλυκτάζω.

¶ Ἀλύκτημαι etiam ponitur à grammaticis, vnde fit Ἀλύκτημαι in passiua voce, & per reduplicationem Ἀλαλύκτημαι, alii contrà volunt Ἀλαλύκτημαι (quod apud Homerum inuenitur) esse præteritum passiuum: vt ab ἀλυκτῶ dicatur ἠλύκτηκα, deinde ἠλύκτημαι, & cum Attica reduplicatione ἀλαλύκτημαι, vt Etymologistes scribit. Homer. Il.κ, Αἰνῶς δὲ Δαναῶν περὶ δείδιμα δέδεμαι ἢ περ Ἑμπεδόν, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι. Vbi ab Eustathio ἀλαλύκτημαι exponitur διεχεραίνομαι καὶ ἀδημονῶ. Cicero videtur intellexisse pro Non sum mentis compos. Quidam interpretati sunt etiam Attonitus sum.

C. Ὑπέρμαχος, Qui pro [quopiam] pugnat, Propugnator. qui & πρόμαχος. Ex libro Sapient. c. 15, ὑπέρμαχος ὁ κόσμος ὅτι τοῦ δικαίου, pro Propugnator, vel Defensor. Fœm. gen. in Epigr. ὑπέρμαχος ἀσπίς. Et VERB. Ὑπερμαχέω, ῶ, Propugno, (ficut & προμαχῶ) Pugno pro [aliquo.] Plutarchus in Solone, ὑπερμαχεῖν τῶν Πεισιστράτου. Idem, ὑπερμαχῶν τῆς κοινῆς ἐλευθερίας. (quo dixit modo Gregorius ὑπερμαχεῖν τῆς ἀσεβείας) Apud Lucianum autem cũ accusatiuo etiam, ὁ κοινὸν ἅπαντες λέγομεν, τοῦτο ὑπερμάχει. sed hic Budæus πόπου pro τοῦτο reponendum esse putat. Itidem tamen apud Sophoclem accusatiuo iunctum reperitur, & quidem cum aliis duobus casibus, videlicet genit. & datiuo, vtroq; personæ: in Aiace, pag. 73 meæ editionis, circa finem, Σὺ τοῦτ' Ὀδυσεὺς τοῦ σ' ὑπερμαχεῖς ἐμοῖ: id est, Tune hæc pugnas pro illo aduersus me. (nam pugnare rem aliquam ipse etiam Cicero dixit) Sed haud scio tamen an in illo etiam loco Luciani accus. rei fieri possit, vbi solus ponitur. ITEM Ὑπερμάχομαι, idem quod ὑπερμαχῶ. vnde futurum ὑπερμαχοῦμαι, ex Sophocle, Defendam.

C. Φιλομαχέω, ῶ, Appeto pugnam, Cupidè pugno. Plutar. de Marcello, φιλομαχοῦντες ἀεὶ πρὸς τὸν Ἀννίβαν. Alibi pro Feruidè & incautè prælior, Χαβρίας ὀλίγοις πνὰ τῶν Θηβαίων ὑπὸ τὰ τείχη φιλομαχοῦντας καταβαλόντας.

C. Φυγομαχέω, ῶ, Fugio pugnam, Detrecto pugnam. Item pro Cessim eo, Bud. ex Pol.

G Μάχιμος, ου, ὁ & ἡ, Pugnax, Bellicosus. Plutarchus Alex. πρὸς αὐθάδεις ἀπιγνωκότας καὶ μαχίμοις. Et in superlatiuo apud Thucydidem, ἀξιοῦσθαι μαχιμώτατοι εἶναι. At iocose in Epigramm. γαμετὴς μαχίμου, de vxore rixosa atque adeo ad manus etiam sæpe veniente. (Ibidem verò & γραῦς μαχίμη) De gallo apud Philostr. in epist. καὶ ἀλεκτρυὼν μαχιμώτερος ὁ τὰ κάλλιστα ἐγηγερκώς. ‖ Μάχιμος, Pugnæ habilis, seu bello, Ad pugnam aptus. vt τὰ ἴδια τῶν γεωργούντων καὶ θεμαχίμων, Aristoteles Pol. 2. Ex Platone autẽ affertur τὸ μάχιμον τῆς πόλεως pro Ciuitatis pars quæ militiæ studet. Apud Thucydidem autem μάχιμοι simpliciter etiam pro Pugnatores, Bellatores. Sed & naues μάχιμοι apud Plut. in Cat. Aptæ ad præliandum. vt Bayf. vertit,

Μάχομαι, Pugno, Prælior, Bellum gero. Futurum μαχοῦμαι, item μαχίσομαι & μαχέσομαι: vnde aoristus ἐμαχησάμην, & ἐμαχεσάμην: præteritum μεμάχημαι. Dicitur autem μάχομαί σοι, (quam constructionem imitatus Virgilius dixit Pugnabis amori) vel μάχομαι πρός τι,

vt Lat. vſitatius, Pugno aduerſus te. Sed hæc conſtructio apud Græcos rarior eſt altera, contrà verò Latinis frequentius, atque adeo magis receptum eſt Pugno ad uerſus te, aut certè Pugno tecum, quàm Pugno tibi. Homerus Iliad. β, ἠ δὲ μάχεσθαι Ἀνδ ἐμὸν παυροτέροισι. Et libro 1, ἠ αὖτ' ἐμὸν ἶφι μάχεσθαι. Sic Demoſthenes μάχεσθαι πῖς πολεμίοις. Plutarchus in Erot. ἔρωτ δὲ μάχεσθαι χαλεπὸν, οὐ θυμῷ. Et λιμῷ καὶ δίψει μάχεσθαι, apud eundem, imitantem Xenophontem, qui dixerat λιμῷ καὶ ῥίγει μάχεσθαι. Alterius autem conſtructionis exemplum eſt apud Iſocratem in Panegyrico, αἱ τῆ χεῖς τῆς χώρας πολεμεῖν, ὥ τῆς τειχοις τοὺς ἀλλήλους οἱ πολῖται μάχονται. Idem in Hel. encomio, τοὺς ἀφ' ὧν πῖς γίγαντας οἱ θεοὶ μετ' ἀλλήλων ἐμαχέσαντο, τοὺς δὲ ἕωυτῆς τοὺς σφᾶς αὐτοὺς ἐπολέμησαν. Interdum verò cum datiuo inſtrumenti, vt Il. γ, ἐγχείῃσι μαχέσασθαι τοὺς σῖῦ. Vt autem hic vſus eſt præpoſitione τοὺς cum ſuo genitiuo, ſic alibi aduerbio εἵνεκα. vt Iliad. ζ, — μαχεσάμεθ' εἵνεκα κουρῆς. At Il. ſ, dixit μάχεσθαι ἀμφ' Ἑλένῃ, pugnare pro Helena, vel potius, de Helena. Sic autem & in proſa, μάχεσθαι τοὺς τινος, frequenter occurrit. Dicitur & μάχεσθαι ὑπὲρ τινος, Pugnare pro aliquo. vt μάχεσθαι ὑπὲρ τῆς χώρας, Xenoph. Præd. 5. Item cum accuſatiuo rei ac datiuo perſonæ ex Ariſtoph. μάχομαί σοι παῖκράτιον. Sed ſæpe etiam ponitur μάχεσθαι ſine adiectione pro Præliari, tam apud Homerum quàm apud cæteros. ‖ Μάχεσθαι generalius pro Contendere, Rixari, Altercari: vt quum ei addit Homerus αἰπβίοις ἐπέεσι. Il. β. ‖ Μαχόιμα dicuntur etiam Pugnantia, id eſt, Repugnantia, Contraria. eo ſenſu quo dicitur aliquis pugnantia loqui. Ad inflectionem autē quod attinet, iam quidem habes in exemplis citatis, μαχέσασθαι, tam ex Homero quam ex Iſocrate. itidémq; affert Bud. μαχεῖον ex Platone, et μαχεῖον ex Plutarcho, pro Pugnandum eſt. At cum ἡ, μαχίσομαι & μαχησάμην, apud Homerum & ipſa: in proſa verò itidem μαχίσομαι, & præt. μεμάχημαι. Sed μαχοῦμαι in futuro videtur eſſe vſitatius quàm μαχήσομαι. Ariſtoph. Pluto. ἐγὼ τοὺς τῶτης οὐ μαχοῦμαί σοι. Plato in epiſt. 7, πολλοῖς μὲν ἤδη πυρὶ μαχεῖται. At verò apud Hom. EST Μαχέοιτο pro μάχοιτο, itidémque μαχέοιτο pro μάχοιτο, tanquam à Μαχέομαι, οῦμαι. ITEM Μαχεῖόφιν pro μαχόφιν, Odyſſ. ρ, tanquam à Μαχέομαι, quod ſit à Μαχόμαι, οῦμαι.

Μαχήμων, ονος, ὁ & ἡ, Pugnax. Idem quod μάχιμος.

Μαχισμὸς, οῦ, ὁ, Pugna, Prælium. (ſonat tamen potius Pugnatio, Prælatio) Affertur in v. l. ex poematico de pugna felium & murium.

Μαχητὴς, οῦ, ὁ, Pugnator, Bellator: ſeu Pugnax, Bellicoſus. vt Il. ε, Τυδ ἀς τι μικρὸς μὴν ἔλω δέμας, ἀλλ' μαχητὴς. Sic & alibi. Et COMP. Ἀγχμαχητὴς, Qui cominus præliatur, ſeu præliari ſolet. Exponitur etiam, Pugna ſtataria valens, ſeu præſtans. vt Il. β, — ἴν' ἀνέρες ἀγχμαχηταί. Sic dicitur ἀγχμάχης, quod vide. Apud Homerū legitur ETIAM Μαχητὸς, pro Oppugnabilis, ſeu Expugnabilis. Odyſſ. μ, Ἡ δέ τι οὐ θνητὴ, ἀλλ' ἀθάνατον καὶ κόν ὀῆσι, Δεινόν τ' ἀφαλέόν τε, καὶ ἄχρειον, οὐδὲ μαχητόν. vbi exponitur πολεμεῖσθαι δυνάμενον. HINC Δυσμάχητος, idem quod δύσμαχος. (de quo dictum fuit) Non facilè expugnabilis. AT VERO Ἄμαχητὶ, Sine pugna. quod & ἀμαχεί. Thucyd. ἀμαχητὶ & ἀκονιτὶ in vicinis locis, & eadem ſignif. vſurpat. EST ET Μαχητικὸς, quod Ariſtot. præſertim vtitur pro Pugnax, ſeu Ad pugnā propenſus. vt quum dicit Rhet. 1, τοὺς θῆλ' αἰχμωτηλῶν loquēs, οὐ γὰρ μαχητικοὶ τοὺς κέρδους.

C. ΑΝΑμάχομαι, Rurſum pugno, Pugnā reparo, Prælium inſtauro. Xenoph. καὶ πόλεις ἀφῖσται, συμμάχους τοὺς σκαλῶσαι, οἵνπαι αἰαμαχέσασθαι αὖ. Ariſtot. in Problem. φιλονείκοις οὖν ἀνθὺς πιοῦσι καὶ τὸ νικῶντες, δῆλον τὸ χαίρειν, τοὺς ἀγόντας μᾶλλον ἐρίζειν καὶ ἡδέωθαι, ὡς αἰαμαχούμενοι. A Bud. αἰαμάχομαι redditur etiam, Acceptā cladem offenſio némque belli victoria vel alia ratione farcio, & quaſi paria cum accepta clade facio. Sed ita malim interpretari vbi ei additur accuſ. ἧτταν, vel πλῆγμα. vt apud Plut. in Apophth. quum Argiui dicerent ſe πλὴν τοὺς τῶτταν ἥττας αἰαμαχεῖσθαι, dixit quidam ſe mirari an duarum ſyllabarum acceſſione facti eſſent præſtantiores quàm antea. intelligēs videlicet de ſyllabis præpoſ. ἀνὰ cum verbo μάχεσθαι iunctæ. (Legitur verò pro eodē αἰαπαλαίειν πλὴν ἥτταν apud Theodoritum) At verò αἰαμάχεσθαι τὸ πάθημα legitur apud Suidam. vbi reddi etiam poteſt, Pugna proſperiore offenſionem priorem ſeu erratum ſarcire & quaſi obliterare. ‖ Ἀναμάχεσθαι generaliter pro Rependere, ſeu Cōpenſare, in v. l. ex Ariſtot. De gen. animalium, αἰαμάχεται ἡ φύσις τὰ πλήθη τὸν φθορῶν.

C. ΑΝΤΙμάχομαι, Pugno aduerſus aliquem. ‖ Item Repugno, Aduerſor. Alexand. Aphrodiſeus, αἰτιμάχεται τῇ κρασει.

Ἀντιμάχησις, εως, ἡ, Depugnatio aduerſus quempiam.

C. ΑΠΟμάχομαι, Propugno, Propulſo impugnantes, Propulſo hoſtes, Pugnam ſuſtineo, apud Arrianum, item Xenophontem, cum alibi ſæpe, tum Præd. 5, καὶ ὁρῶσιν ὑπόφισχυρόν τε τὸ ἔρυμα, καὶ ὅτι τοὺς τειχῶν πάντα παρεσκευασμένα, ὡς αὐκράτεται ἀπομαχοῦνται. Herodianus, οἱ δὲ πολιορκούμενοι γῆνωσιν ἀπεμάχοντο. id eſt, ἀπεμάχοντο τῇ πολιορκίᾳ γῆνωσιν. nam & hoc modo interdum loquuntur Græci. Plutarchus in Cæſare, τὸ θυ: αὐλεῖν ἀπεμαχόμενος ὦ πάθη. id eſt αὐδιπάθεος, Reſiſtens. Notandum eſt autem iungi in his locis datiuo: quam conſtructionem Suidas etiā illi aſſignat. At Xenophon accuſatiuo iunxit, Hellen. 6, ὑπομιμνήσκοντες μὴ ἀς τὴν βοήθειαν κοινὴ ἀπεμαχόμεθα. Sed locus hic fuerit alicui ſuſpectus fortaſſe.

C. ΔΙΑμάχομαι, Depugno, Acriter pugno. Ariſtoph. Pluto, μηδὲ δῆλα μαχούμεθα. Xen. Præd. ιγ, πόθεν βουλεύεσθαι αὐτὸ μόνον, ὦ λιμῷ καὶ τῇ δίψει μάχεσθαι, ἢ εἰς τὸ ἰσθμὸν καταβαὶ ἡμῖν δῆλα μάχεσθαι; Item, δῆλα μάχεσθαι ὑπὲρ τοῦτο, ſicut μάχομαι. Plato De republ. ὑπὲρ τῆς οὐσίας δῆλα μαχεῖται τοῖς ὀθνείοις. Et cum præpoſitione τοὺς. Plut. Pericle, ὑπὲρ γῆς δῆλα μαχούμενον τοὺς αὐτοῖς. Sed & cū τοὺς habente accuſatiuum rei, ex Demoſthene, cui δῆλα μάχεσθαι τοὺς τῶν, eſt Pugno aduerſus hanc rem, Repugno huic rei, Refragor huic rei. Quinetiam ſine præpoſitione interdum, vt apud Euripidem, δῆλα μάχεσθαι τὸ μὴ θανεῖν, Pugno hāc rem, videlicet ne moriar. id eſt, Hanc rem pugnando obtinere contendo. At Plato infinitiuo iunxit, ſine illo accuſatiuo, ita ſcribens in Pol. 2, κακῶν δὲ ἀπόν φαίνεται νῦν γίγνεσθαι ἀγαθὸν ὄντα, δῆλα μαχεῖν πάντ' ἔθ' πῶ μὴ πνὰ ἕωυτῶν λέγειν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει, ἢ μέλλῃ ἀνεμήσεσθαι. Inuenitur ETIAM Διαμάχη, quod ſi pro verbali habeam' propter eam quam itidem habet præpoſitionem, ſonabit potius Pugnatio quàm Pugna, ſeu comp. Depugnatio. Sed & μάχη eadem ratione aliquis eſſe à μάχομαι dixerit.

C. ΚΑΤΑμάχομαι, Expugno, Vinco, καταπαλαίω. Pauſan. Eliac. l. 2, de Theagene pugile, Βῶθυμόν τι καταμαχέσαντα πὺξ πύκτεω. Sic & alibi. HINC Ἀκαταμάχητος, ET Δικαταμάχητος, pro Inexpugnabilis, & Vix expugnabilis. pro quibus dicitur etiam ἄμαχος & δύσμαχος, atq; adeo quidam grammatici hæc illis exponunt.

C. ΠΡΟμάχομαι, Propungo, τοὺς μαχῶ. vt τοὺς μάχεσθαί σου, Ariſtoph.

C. ΠΡΟΣμάχομαι, Pugno, vel Oppugno, vt interpr. Bud. afferens ex Plutarcho, οὐδὲν ὀκνοῦντας τοὺς μαχεῖσθαι τῆς πίστεως ἕνεκα Κορινθίων. Affertur autem & τοὺς μάχεσθαί σοι ex Plat. De leg. pro μάχομαι.

C. ΣΥΜμάχομαι, Simul pugno, Socius ſum pugnæ. vide in Συμμαχέω poſt Σύμμαχος.

C. ΥΠΕΡμάχομαι, vide in Ὑπερμαχέω.

At COMP. Πολεμάχητος, tanquam à verbo quidem formationem habet, à verbo tamen non eſt, quū Πολεμάχομαι non legatur, quod quidem ſciam. Dicitur autem Πολεμάχητος quaſi τοὺς οὗ πνες μάχονται, (ſeu τοὺς ἢ πνὲς μεμάχῃ), ſiquis propius ad form. typū reſpiciat) De quo aliqui inter ſe pugnant, ſeu certant. Qui magna contentione expetitur. Poſſumus etiam (meo iudicio) ad huius interpretationem aptè adhibere aduerbium Certatim, hoc modo, Quem aliqui certatim ſibi expetunt, Vel, In quo adipiſcendo aliqui certatim laborant, ſeu operam ponunt. Sic Iſocrates Helenam vocauit πολεμάχητον. (de qua tandiu pugnatū eſſe, & quā dignā eſſe iudicatā de qua pugnaretur, omnibus notū eſt: vnde illud, Οὐ νέμεσις Τρῶας &c.) Idē ἀρχὰς πολεμάχητος dixit. Sic Plato, νῦν τὸ ἀρχεῖν πολεμάχητον. Ariſtot. Rheror. 1, καὶ

καὶ οὗ πολλοὶ ἐφίενται, καὶ τὸ πολεμάχητον φαινόμενον. Plutar. De puerorū educ. κόσμος ὁ πολεμάχητον μὲν, ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον. Vt autem hic κόσμος vocauit πολεμάχητον, ita Æſchines πολὺ θῆλ κάλλιον διενεγκόντων dixit, ἐαὶ ὀκπλήξωσί τινας, καὶ πολεμάχητοι ὦς ἔρωτος γένωνται. quod Budæus vertit In ſtuporem agunt & certamen amatoriū. Apud Thucyd. lib. 7, pag. 263, πολεμάχητον ſcholiaſtes exponit ἀπόρον ἀόπατον, ſi quidem non meniuntur exemplaria nam ad me certè quod attinet, ſuſpicor eum ſcripſiſſe potius πολεμοδάκτον. aut ſuperlat. πολεμοδακτότατον. Sed hæc expoſitio aliis quidem locis conuenire poteſt, at huic nō ſatis apta eſſe videtur. Exiſtimo enim πολεμάχητον ὑπὸ ἀρ appellaſſe Thucydidem aquam ac qua re vera pugnaretur, & quam plagis redimerent milites iam aliquot penè enecti ſitiquum videlicet alter alterum antecertare in leuanda ſiti vellet. Ita enim ille, καὶ ἀλλ' ὑπὸ ἀρ ὀδὺς διέφθαρτο, ἀλλ' οὐδὲν ἧσσον ὅπῃ ἐπὶ ὁμοῦ τοῦ ἀπὸ τῶν ἡμάτων ὑφόν, καὶ πολεμάχητον ἐν τοῖς πολλοῖς. Vt autem nomen Πολεμάχητος, ſic & ADVERB. Ἀμάχητι typum habet tanquam à verbo. Eſt autem, ἀμαχητὶ idem quod ἀμαχεί: ſed ἀμαχεὶ ſonat potius Sine pugna, vtpote à μάχη: at verò ἀμαχητὶ, q. d. Sine pugnatione, vtpote tāquam à verbo formatum. Thucyd. lib. 4, pag. 45, νῦν δὲ κἀν τῷ κεῖν αὐτοὺς Ἀθηναίους μὴ βουλόμενοι ἀγωνίζεσθαι, ὥσπ ἀμαχητὶ αὐ πολεμεῖσθαι κοτὶς ὦν ἕνεκα ἥλθον. Dixerat autem paucis ante verſibus ἀδεῶς eadem ſignificatione, καὶ αὐτοὶ, ὡς περ ἀκονιτὶ δικαίως αὐ πολεμεῖσθαι. quod eſt metaphoricum.

¶ Μαχοῖμι, οῦμαι, Pugnare cupio, Pugnare volo. μαχεῖν αὐτὸ τοῦ θέλειν μάχεσθαι. Heſych.

MΑ΄ΧΑΙΡΑ, ας, ἡ, Culter, Sica, Breuis gladius. Aut latius, Gladius. Vſurpatur autem & à Latinis Machæra. A Budæo redditur Sica & Culter: annotatāque eadē, Polybium μάχαιραν & ξίφος eadem ſignificatione ponere, nimirum pro enſe quo cæſim ferunt in pugna. ſic autem & apud Plutarchum μάχαιρα vſum eſſe in pugna quoque. Idem certè & ayus Xenophontem videre eſt, cum alibi, tum Hellen. libro 7, vbi ſcribit. πάντες δὲ ἠκοῦσιν καὶ λόγχας καὶ μαχαίρας. Sed is tamen nequaquam (vt Polybius) idem alio nomine ξίφος appellat: quin potius ab eo diſtinguens, ſcribit in libro De arte equeſtri, ὡς δὲ καὶ ἐκκαιδεκαπήχεις βελόνας, μάχαιραν μᾶλλον ἢ ξίφος ἐπαιρεῖσθαι. ἐφ' ὑψηλοῦ γὰρ ὄντος τοῦ ἵππου κοπίδος μᾶλλον ἢ πλῆξιν ἢ ξίφους δρῶσιν. Quem locum ita Camer. reddidit, Sed ad vim hoſtibus inferendam, noſtra ſententia, melior erit μάχαιρα quàm enſis: quod de ſublimi violentior ſit plaga κοπίδος [quod genus eſt gladii ad ictus cæſim inferendos idonei] quàm enſis. Cæterùm quanuis Xenophon hic eum vſum [illegible] in poſteriore loco tribuat, quem μάχαιρα in prio[illegible] dederat, idem tamen eſſe nego, atque id ex alis locis manifeſtū eſſe aio, in quibus [illegible] dicit. Exiſtimo igitur eundem quidem vſum hæc duo præbuiſſe. ſed aliquantum tamen diuerſam eorum formam fuiſſe. Eſſe autem tum in hoc loco Xenophontem alios nonnullis μάχαιραν ſiue κοπίδα, quod vernaculo ſermone appellamus Cortelas, quaſi Coupelas. ſeu potius Copelas, à κοπὶς: aut etiam ab eo ipſo verbo vnde & κοπὶς deriuatum eſt, nimirum à κοπῶν, aoriſto ſecundo verbi Κόπτω. dicimus enim & nos Couper eadem ſignificatione. atque adeo nonnulli Coper, (quod etiam vicinus eſt) pronunciant. (Vide quandam meam annot. in pag. 24 Xenophontis, inter eas quas in illum autorem edidi & calci meæ editionis adieci) Homerum quoque μάχαιραν à ξίφος diſtinguere videmus, Iliad. γ, quam dicit, Ἀτρεΐδης δὲ ἐρυσσάμενος χείρεσσι μάχαιραν, Ἡ οἱ παρ ξίφεος μέγα κουλεὸν αἰὲν ἄωρτο, Ἀρνῶν ἐκ κεφαλέων πάμπυ τείχας. Quod igitur de illo Polybii loco dicemus, in quo μάχαιραν & ξίφος pro eodem ponit? Ego certè exiſtimo ξίφος duobus modis vſurpari, interdum quidem generalius, interdum verò ſpecialius: in generaliore autē ſignificatione μάχαιραν quoque & κοπίδα, aliáſque huiuſmodi gladiorum ſpecies comprehendere: atque ita ibi vſum eſſe Polybium. Quod autem ad alios μαχαίρας vſus attinet, etiam tondentur capilli ea, apud Ariſtophanem, (qua de re dicam & in Μαχαιρὶς) & μάχαιραν κουείκιον apud Plutarchum in Dione legimus pro nouacula. Legimus præterea apud Platonem Polit. libro 1, poſſe ſarmenta vineæ abſcindi μαχαίρᾳ etiam & σμίκρῃ, licet δρεπάνῳ commodius id fieri poſſit. Sunt tamen qui apud Xenophontem μαχαίρας vertunt enſes, vbi dicit, ἔστ κἂν εἰς μαχαίρας κυβιστῶσιν: & apud Plut. in Apophth. μάχαιραν τινά, Enſem diſtringit. vel Gladiū diſtringit. Sic autem μαχαιροφόρος, redditur etiam Enſifer, Enſe cinctus. ‖ Quidam μάχαιραν Perſicum eſſe gladium ex Xenophonte annotant. ſed ſi omnes Xenoph. locos inter ſe conferant, nihilo magis Perſicum quàm Græcanicum eſſe intelligent. quam etiam ad rem illis proderit illa mea in hunc ſcriptorem annotatio, cuius modò memini.

Μαχαιρὰν quibuſdam placuit eſſe vocatam, (vt refert Euſtathius) ὅτι τοῦ χαίρειν ἄμαστν: (ſic autem fuerit μάχαιρα dicta quaſi αἱμόχαιρα) quod etymon illos & nomini χέρμιν tribuiſſe: eodémque modo φάσγανον putaſſe appellatum ὅτι τῆς σφαγῆς γανυσθαι. at ego crediderim potius à verbo μάχεσθαι deriuatum eſſe nomē μάχαιρα. quam meam etymologiam ſequens, vt multo ſimpliciorem, & magis (vt ita dicam) expeditam, illi nomini ſuam ſedem hic aſſignaui.

C. Μαχαιροποιέω, ῶ. Machæra pugno. ſeu certo. Polybius, μαχαιροποιεῖν ξυλίνοις ἐπιτυμβίοις μαχαίραις, de exercitatione tyronum loquens. id eſt Pugnare machæris ſeu gladiis ligneis, tanquam machæris.

C. Μαχαιροποιὸς, οῦ, ὁ, Machærarum artifex. ſeu cultrorum, aut gladiorum. Plut. De Socr. Dæm. τὰ θῆλ' ἑλκὶς οἰκοῦντον ἐρχαστὴς μαχαιροποιῶν.

C. Μαχαιροφόρος, ου, ὁ, Qui gladium geſtat, Gladio cinctus. Exponitur etiam Enſifer, Enſe cinctus. A Thucydide vocantur quidam Thraces μαχαιροφόροι, l. 2, & 7.

C. Μαχαιροπώλης, ου, ὁ, Cultrorum venditor, ſeu gladiorum. ET Μαχαιροπωλεῖον, Locus in quo gladii venduntur.

C. Μαχαιρωτὸς ὁρίων, q. d. Ad formam machæræ facta ſerra. tanquam à verbo μαχαιροῦσθαι. In v. l. ex Gal. pro ſerra quæ polit & lævigat melius quàm ὀδοντωτὸς, quæ in incidendo altiora crenularum veſtigia relinquit.

AT Μαχαίριον, ου, τὸ, ET Μαχαιρὶς, ίδος, ἡ, Culicellus, Gladiolus. Demetr. Phal. μαχαίριον ὀνομάζοντος ἢ πιμιλῶ, ἢ ὀκτομιλῶ. Et μαχαίρια ἐλεφαντίνα, ac κεφάτινα, apud Pollucem. (Item μαχαίρια, Oſſa nucleorum Perſicorū, Gal. ex Archigene l. 5 κῆ πόπις) At μαχαιρὶς frequentius eſt, ſed tribuitur plerunque chirurgis. facit autem Hippocrates duplicem, videlicet ὀξυβελὴ & σηθεωδὴ, ſiue γαστρωδὴ, id eſt acutum & ventroſum. Tribuitur verò & tonſoribus, ſicut & μάχαιρα. (vnde κείρεσθαι διὰ τῆς μαχαίρας dicebant comici ὅτι τὴν καλλωπιζομένων, vt ſcribit Pollux. qui etiā ψαλίδα vocatam tradit hanc μάχαιραν) Sed plurali numero potius dici ſoleat Μαχαιρίδες, & quidem pro ψαλίδες, id eſt forcipes. quas & κουρίδας appellatas ſcribit idem Pollux. (Affert verò μάχαιρα itidem plural. & quidem cum nomine κουρίδες, ex Cratino, ὀνείδεσι δ' ὀνόματοῖ μάχαιραι κουρίδες αἷς κείρομεν τὰ πρόσωπα καὶ πὰς πολιάς) Lucianus quoque μαχαιρίδας tonſoribus tribuit, quum de iis loquens dixit, ὅφεις τινὲς, ὧν πεχεῖται αὐτῶν ξυρὸν καὶ μαχαιρίδας καὶ κάτοπτρον ἔχοντας.

AT Μαχαιρίδιον aucta diminutione ſonat. q. d. Gladiolulus. Habetur ET Μάχαιρος apud Pollucem tanquā pro μάχαιρα, ſi exemplaria non mentiuntur. AT VERO Μαχαιρώνιον nomen eſt herbæ (vt teſtatur Dioſcorides) quæ alio nomine ξιφίον. φάσγανον: vna eadémque ratione, quod videlicet folius gladii ſpeciem præbeat. Sic Lat. Gladiolus.

MΑ΄Ω, ῶ. Vehementer cupio, Supra modum cupio. ὑπὲρ τὸ δέον τοὺς θυμοῦμαι, ſeu ſimpliciter τοὺς θυμοῦμαι. nam vtroque modo ab Euſt. exponitur: ab aliis, Præſenti animo cupio. Flagro cupiditate. Eſt autem poeticum, & pauca à ſe format tempora. quæ verò hinc deriuat Euſtathius, hæc SVNT, Μέμαα, ET, Μέμασιν, ET Μέμαε, VNDE Μεμαώς: quibus ADDE Μεμακώς. à quo fœm. g. μεμακῦῖα apud Suidam, τοὺς θυ-

μενιδίκη, γλιχομένη. Sed quod ad μεμαμῶν attinet, Eust. dicit passum esse syncopē pro μεμάκαμῶν, quod præt. perfect. habet significationem præsentis, vt κεκραγώς, κεκλη γώς. & alia quædā. Μεμάασι verò est infinit. qui significat σπουδαῖόν, ὅπη θυμεῖν, βούλεσθαι, σπουδεῖν: item & πεπιθέναι, Hesychio. à quo totidem verbis exponitur μεμαώς, & μεμαῶτες. Il. η, ὧν οἱ ἄρα θυμῷ ἀμφοτέροι μέμαον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι, ardenter cupiebāt. Il. β, μέμασαν οἱ ὑσμῖνι μάχεσθαι. Et in imperat. Il. υ, ἀλλ' ἄγ' αἰνῆρ αὖτ' αὐδρὸς ἴτω, μεμάτω δ' μάχεσθαι. Il. κ, Ἀστὰ τε μεμνῆσθαι μετὰ τρίτον, ἠδὲ μεμάασαν Ἀθηναίην τε θεὸν νηοῖν ἐπιθέσθην, ἠδὲ πόλιν δὲ Ἀθήνας κιάχεμεν. i. An velint ibi manere, An animo eis sit ibi manere. Ab hoc μέμαα est particip. μεμαώς, admodum frequenti in vsu, quod itidem præsentis significationem haber, pro Prono inclinatoque animo cupiēs. Il. φ, Ἀλλ' ὅπῃ οἱ μεμαώς. Il. υ, Ἀλκῆς οὐ μ' ἐπέεσσιν ἀπῃρέψῃς μεμαῶτα, Ποιν χαλκῷ μαχέσασθαι ἐναντίον. Il. ο, Ὡς κραιπνῶς μεμαῶτα διέπλατο νῆας ἴκεσθαι. Il. χ, Ὡς ἐπὶ ὠκυμόρῳ μεμαῶτε πάρος μεμαῶτα Ἀθήνδε. quæ abibat postea α. ἔξασα. Ex Epigr. Οἱ δὲ τὸ θνητὸς ἠδ' ἀνατὸν, ἢ μεμαῶτα, Εὐεύμορα Κλω θὼ τῷ οἱ ἔπορον φορέα. i. εὐθυμοῦντα, γλιχομένη, vt Suid. exponit. Frequenter cū infin. cōstruitur hoc participiū, sicut & alia tempora. Il. ε, μεμαῶτε μάχεσθαι. Od. τ, Αὐτὰρ ὁ ἐκτυλίειν μεμαὼς ἤπαιρε πόδεσσι. Il. ω, Ἀρὴν δ' ἐστῶ ὅπῃ χειρήσειν μεμαῶτες Μίμνομεν ἐν μεγάροις. Od. η, μεμαῶτα καὶ ἐσσύμενον περ ἀλύξαι. vbi μεμαῶτα & ἐσσύμενον cōiunxit, sicut suprà post μεμαῶτα dicit αἴξασα. Il. γ, Εἰ θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν. Et alibi, μεμαῶτα νεεσθαι. Item cum genit. Iliad. ε, Ἵππῳ δ' ζυγὸν ἤναγον Ἥρη Ἵππιος ὠκυπόδων ἐς μεμαῶτ' ἔριδος καὶ ἀυτῆς. i. ὅπῃ θυμοῦσθαι, inquit Eust. Apud Apoll. autem l. 3 Argon. Ὡς ἡύδα μεμαώς, schol. exp. ἐρριζόθυμος: quod nemo ὅπῃ κακοῖς σπεύδουσι esse possit. de quo sequitur, Χωόμενος οἱ ὄγ' ἔπιτα καθέζετο. Verùm Il. ρ, Ὡς οἴγε μεμαῶτε φέρον νέκυν est potius Præsenti animo, Confidenti animo. In hoc participio μεμαὼς aliquādo α producitur, & genitiuum format ότος, cōtra quàm in locis præcedentibus. Il. δ, Λαοὶ θωρησσόντο μεμαότες ἐγχείῃσι. Sic apud Apoll. Arg. lib. 1, sub finem, Κῶας ἄγειν κεροῖο μεμαότας. annotatur tamen ibi quosdam manuscriptos libros habere κεροῦ μεμαῶτα. sed tunc α producetur, quod corripi alioqui solet. Μεμαότες verò esse κοινότερον, at μεμαῶτες Ionicū, annotat Eust. ¶ Μάω Eust. exp. etiam ζητῶ: deriuās inde μᾶμα, μάστος, & Μᾶσα.

C. Ἐμμεμαὼς, in v. l. exponitur Glisces. Hesiod. Asp. de petra prægrandi è loco decliui auulsa, Μακρὴ δ' ὀπιθρώσκουσα κυλίνδετο, ἡ δὲ τε νηῒ Ἔρχετο ἐμμεμαῦῖα, gliscens & vlterius pergere cupiens. Sed crebrius accipitur pro Ira incensus, Iracundo impetu concitatus. Il. υ, Οὐ γὰρ πω γνωτὸς μάκαρ ἐσσομένοισι βροτοῖσιν, Οὐδὲ μὲν ἀθανάτοισι θεοῖς ἐρίδαινε μεμαώς. Et paulo antè, αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς Ἐμμεμαὼς ἐπόρουσε, κατὰ κτάμεν ἀμφὶ μεμαώτων. Il. ε, Αὐτὰρ ὁ ἐμμεμαὼς βαθεῖς ἐξάλτο δίναις αὐλῆς. Apoll. lib. 2 Argon. cum datiuo cōstruit, ἑὴν τε μεσῳ, Ἐμμεμαὼς Βέβρυξι, ira concitatus aduersus Bebryces, ac in eos impetum facere cupiens.

¶ Μαμάω, idē quod μάω, & ex eo deriuatum, vt tradit Eustathius. à quo exponitur σπεύδω ἵεμαι, & σπεύδομαι. Il. ε, νόσφι δ' ἑοῖς Οὐδυσῆος Τλήμονα δυσόν ἔχον· μαμαῶτε δέ οἱ φίλον ἦτορ. Et cum genit. apud Sophoclem Aiace, ἐπίσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου. vt suprà apud Hom. μεμαῶ ἐλέσθαι, cupida certaminis & contentionis. Quo signif. apud Hesych. μαμᾶν, ὁρέγεσθαι, σπεύδειν: & μαμᾶν, ὁρέγεσθαι, ὅπῃ θυμεῖσθαι. ¶ Μαμᾶν est etiam Impetum dare, Impetu ferri, vel Furibundo impetu ferri. vnde exponitur ὀθόνισιν, & ὀξείας ὁρμᾶν. Suid. ex Epigr. Δεινὸν μαμώσας ἔγκι νέουσα κυσίν. Et ex Herodoto, μαμάσσας δεινὸν, Instincti furiis. Et Μαμάσσασα apud Hesychium οἰστρήσασα. Et in pass. μαμώμενος Hesychio ὁρμῶν: itē ζητῶν. VNDE Ἀναμαμάω, Sursum deorsumque impetu furibundo furor, vel Impetu furibundo feror per, Furo per. Iliados υ, Ὡς δ' αἰ αἰμαμάει βαθὲ' ἄγκεα θεσπεσιαὶ πῦρ Οὔρεος αἰζαλέοιο.

Μαμάσσω, idē quod præcedens. vnde μαμάσσας apud Hes. σπεύδουσαν. ¶ Μαμάσσει Hesych est etiā σφύζει. Sic ET Μαμάζει Suidæ est σφύζει, κλονεῖται, πηδᾷ, κυμαῖται. καχλάζει. item καθαίρεται, καθαλίσκει. VNDE Μα-

μάκτης, ου, ὁ, Furore percitus. ἐνθουσιώδης καὶ θορακτικός, vt Harpocr. ex Lysimachide exp. Cōtraria verò signif. Hesychio μαμάκτης est μειλίχος, καθάρσιος. cum quo facit Plut. in l. qui περὶ ἀορησίας inscribitur, quum ait, διὸ καὶ τὸν θεὸν τὸν βασιλέα μειλίχιον, ἀθυμίαν ὁ μαμακτίου (οἶμαι) καλοῦσι. A QVO Μαμακτηριών dicitur quintus mensis apud Athenienses, ἀπὸ τοῦ θεοῦ μαμάκτου, videlicet qui est ἐνθουσιώδης καὶ θορακτικός, vt Harpocr. tradit ex Lysimachide De mensibus Atheniensium. à quo mense si hyems incipiat, aer turbatur & mutatur. Hæc Harpocr. In Suidæ autem lexico μαμακτηριὼν esse dicitur Ianuarius, quod & in quodam meo veteri libro reperio. Qui tamē exactius mensium rationem expenderunt, affirmant, si hic quintus sit Atheniensium mensis, nullo modo Ianuarium esse posse, præsertim quum Arrian. l. 2 De expedit. Alex. hoc mense scribat victū ab Alex. Darium Issica pugna: quā finita æstate & iam incipiente autumno cōmissam fuisse, esse veritati consentaneum: ideóque cum Gaza hunc mensem Septembri opponere malūt. Nec dissentire ab his videtur Harpocr. qui ita scribit, ἀρχὴ δ' λαμβάνουσι τῶν μηνῶν ἐν τῷ τῶν μυῶν, ὁ ἀὴρ θορυβεῖται καὶ μεταβολὴν λαμβάνει. vnde & Ioui μαμάκτῃ eo mense μαμακτήρια sacra fiebāt, ad Ioui aliū imbriū impetum placandū. Ianuario autem mense hyems nūquam incepit. A Beootis Alalcomenius dicitur, vt Plut. docet. ITEM Μαμαξ apud Hesych. itidem θορακώδης, Turbulentus & impetuosus. Apud eundem reperio ETIAM Μαμασω, eodem signif. quo μαμάσσω. nam μεμάσσων exp. μετὰ ὁρμῆς ὀξείας φερόμενος. vel σπεύδων.

Μαμάω, idem quod μαμάω, accipiturq; præsertim pro Impetu feror. Il. ο, Αἰχμὴ δ' ἐκέκιτο δ' ἐν αὐτῷ μαμαῶσα, Πρόσσω ἱεμένη. Il. ν, Καὶ δὲ μοι αὖτε ἔπειτα φίλος ἐνὶ θυμὸν ἐνίσσει Μᾶλλον ἐφορμᾶσθαι πολεμίζειν τε μάχεσθαι Μαμαῶσ' ἠὲ νέεσθαι πόδας καὶ χεῖρας ὑπερθεν. Cui subiiciens Aratus eodē sensu & iisdem propemodū verbis respōdet Οὐ πω καὶ ἐμοὶ θέλε θύραθι χεῖρας ἀάσσειν, Μαμαῶσι· καὶ μοι μόλις ἄστρα, φέρουσι δὲ ποσσὶ Ἐσυμαὶ ἀὲ φορεῦσι. vbi pro eo quod alter dixerat μαμαῶσι πόδας, alter dicit ἐσυμαὶ ἀὲ ποσσὶ: ita vt μαμάω & ἐσυμαὶ & ἐπιφέρομαι synonyma sint. Verùm apud Apollon. Argon. l. 2, ἐστάσαν ἐξαλέσθαι ἑοῦ ὑπὸ κλαγγῇ μαμάωσαν ἑδῆτες, exp. ὁρμῶν, μετὰ κλαγγῆς ὀξυθύμου τῆς θορῆς: quod magis ad primam signif. verbi μαμάω pertinet, videlicet pro Cupio, vel Inhio. Et cum gen. cōstruitur, vt suprà μεμαῶ ἔριδος & μαμάσσω φόνου. Ex eiusdem lib. 1, Ὡς ἔφαν, μαμάων, affertur pro ὁρμῶν, κινούμενος. Item μαμάσσων apud Hesych. ἐνθουσιάσας, ὀργιάσας, θορυβούμενος.

Μαμάσσω, idem quod μαμάσσω, & ita hoc à μαμάω deriuatur vt illud à μαμάω. i. Cupio, Impetu feror. Nicand. Ther. v. 479, Οὐρέα μαμάσσαν ὅπῃ σταν ὀκρυόεντα. vbi tamen schol. exp. ζητῶν, indicās scribi etiā λαμάσσαν.

MAI'OMAI, idem quod μάω & μαμάω, Cupio, Cestio. ὁρμῶμαι, σπεύδομαι, Impetu feror ad aliquid agendum, ardenti cupiditate cōcitatus. Apoll. l. 2, terè sub finem, Ἀλλ' ἄγε θ' ὧδε καὶ αὖτις Ἑλλάδα μαιόμεθ' ἐσω Κῶας ἄγειν χρυσεον ὅπῃ θέμις ἀμμι πέλεσθαι. paulo post dicit, Κῶας ἄγειν κριοῦ μεμαότας: synonymos videlicet accipiens μαιόμενος & μεμαώς. ¶ Μαιεῖ Hesychio est etiā ζητῶ εὑρεῖν: sicuti Socrati quærēti apud Plat. in Crat. p. 82, μαιεῖ ἂν καλῶς π; Hermog. respōdet, ἔγωγε τὸ ζητῶ. Et Eust. Homeri posteros itidē pro ζητῶν accipere & cū accus. cōstruere annotat, hunc versum adeo poro subiiciens, Μαιόμενοι βιοτὸν κακὸν ἀνθρώποισι θέμεν. Sed & apud ipsum Homerum eo signif. capitur, Od. ξ, ἀλλ' οὐ γάρ σφιν ἐφάνη κέρδιον εἶναι Μαιόμενα, σπεύδειν. quærere vlterius ζητῶν ἐπὶ πλέον σπουδάζειν. vt ipse Eust. exponit. Loquitur autē de sociis Vlyssis eum è conspectu sublatum quærentibus. Sic Odyss. ν, Εἴ κ' ἐπιδοῖ θεὰ δῖα τεὸν πόνον ἱερεύσαι, Μαιόμενοι κευθμῶνας κατὰ σπέος, latebras quærens. Hesiodus Erg. parte secunda, de æstu tempore dierum canicularium, Οἱ σκέπα μαιόμενοι πεκινοὶ κευθμῶνας ἔχουσι, tegmina & vmbras quærentes. Apud Apoll. quoque Arg. libro 2, Μαίονται δ' ὁ, τι σφῶϊν ἐπαΐξαντε ἔχωσι, Πολλὰ ἐπιπταμένοισιν, schol. exponit ὀθνείοις. Vbi posset etiam reddi Secum disquirunt: vt Horat. dicit, — disqui-

rite mecum. quū videlicet animo scrutamur & inquirimus viam rationémque alicuius rei peragēdæ. Soph. Aiace, ἀμφικὲς λαοῦν Ἐμαίετ' ἔγχος ἐξόδους ἕρπειν ναυσί. i. ἐζήτει, vt schol. exp. Nisi aliquis in prima signific. vellet accipere pro Cupiebat, aut Conabatur. AT Μαίω Eust. quodā in loco exp. σπευδοποιῶ, Promptum & alacrem reddo, Instigo, Incito. & sic accipit apud Hom. ὅπῃ μαίεται ἵπποις μάστιγι, vt etiam pòst dicetur. Alibi verò idē videtur μαίω accipere etiam pro ζητῶ, id est Quæro.

C. Ἐπὶ μαίομαι, Instigo, Incito, σπευδοποιῶ, vt exp. Eust. Il. θ, Ἥρη δ' μάστιγι ἰδοῦσ' ἐπεμαίετ' ἀρ' ἵππω. cuius expositionis paulo antè in Μαίω memini. pro quo Eurip. diceret κέντρῳ ἐπῆρμ' ἵππους, vt idē Eust. addit. At Il. ε, vbi idem versus habetur, annotat ὅπῃ μαίεσθαι accipi κοινῶς pro ζητῶν, aliàs verò pro μεταχειρίζεσθαι & ἀπτεσθαι: quo sensu ὁπῃ μάσασθαι quoque sumi quod eiusdem cum hoc μαίομαι originis est, à μάω videlicet. igitur μάστιγι ὅπῃ μαίεσθαι ἵπποις, esse πῶπῃ ἢ χειρὶ ἁπτεσθαι, flagello veluti manu cōtigere equos. Et Il. ρ, Πολλὰ μὲν ἀρ μάστιγι θοῦς ἐπεμαίετο θείνων. Sicut verò ibi ὅπῃ μαίεσθαι accipit pro ἐφάπτεσθαι, ita & Od. ι, de Cyclope excæcato, αὐτὰρ ὁ ὀδύνῃσι κακῇσι Τροῖ μόρῳ πάντων οἴων ἐπεμαίετο χεῖρε Ὀρθαὶ ἐπιπτόντων, idem exp. ἐζήτει χεροὶ διαψηλαφῶν. nā paulo pòst de quodā ariete gregis eminentissimo ait, Τὸν δ' ὅπῃ μασσάμενος σφεσέφη κεφαλῇ Πολύφημος, Κρῖε πόνον. accipiens nimirū in eadem signif. ὅπῃ μασσάμενος, quo paulo ante ἐπεμαίετο χεῖρε, i. Contrectans, Palpans, Tactu explorans. Sicut verò ὅπῃ μάσασθαι supra exposuimus etiam Prehendere, Corripere, sic & ὅπῃ μαίεσθαι accipi potest. Od. λ, vbi Vlyssem, θυμὸς μάλα πολλὰ κέλευεν Ἵππῳ τε ὀξὺ ἄορ· ἐξίφεος δ' ἐπεμαίετο κώπην Καὶ δόρυ χαλκοβαρές, κακὰ δ' Τρωέσσι μενοίνα. At Od. μ, — σὺ δ' σκοπέλῳ ὅπῃ ἀμφιβαλοῦσα, μή σε λάθοιμι Κεῖσ' ὁρμηθέντα, Eust. exp. nō tātùm ἐφάπτεσθαι, sed etiā ζητῶν ὅπῃ θύμει. vbi etiam reddi posset Observa, Intentus fis. Ἐπιμαίομαι, Cupio, Percupio. Od. ε, ἀλλ' ἄρ γε σίρεσσι νέων, ὅπῃ μαίετο νόστου Γαίης Φαιήκων, i. ὅπῃ θυμοῦ, ὅπῃ μενοῖ, vt Eust. exp. vel ἐρίσσω, ἐφικνοῦ, vt bi eunium schol. auror. Sic Il. α, Ἦ ῥά νύ τοι μεγάλων δώρων ἐπεμαίετο θυμός, appetebat. nam ibi Eust. ὅπῃ μαίεσθαι exp. ἐρίσσεσθαι.

¶ Μαῖα, ας, ἡ, Obstetrix. ἡ ὀμφαλοτόμος, vt Eustathius exponit, deriuās à μαῖω. i. ζητῶ. vel à μαίομαι vicino, quod eiusdem cum μᾶ significationis est. Hesychio itidem est περὶ τὰς τικτούσας ἱστῶσα καὶ ὀμφαλοτόμος: quæ parturiētibus assistit, medetū que, & vmbilicum natis infantibus præcidit. Solet autem ea ἐν τῇ τίκτειν ζητεῖσθαι & itidem ζητεῖν ipsa. Eo significatu apud Suidā, Σωκράτης, Σωφρονίσκου λιθοξόου, καὶ μητὸς Φαναρέτης μαίας: quæ desūpta sunt ex Diogene Laertio. Et Poll. n fine l. 4, ex Platone, δεδόσθαι φαρμάκια καὶ μαῖαν τῶν δι' ἀκουσμάτων. qui locus est in Theæt. p. 97. vbi aliquoties hoc vocabulum repetit. ¶ Item Nutrix. Θρεπτός, Hesychio. Sic accipi potest apud Hom. Od. τ, Μῦθον πάντα μ' ἐρέεις ὁλόεσσ' οὐ δὲ μ' ἔτρεφες αὐτὴ Τῷ σῷ ὅπῃ μαζῷ: de Euryclea, quam Telemachus quoque suam μᾶαν appellat. Od. β, Θρεπτὰ μᾶ'. Alibi ab eodē cōpellatur Μᾶα φίλη. nam eū μάλιστε Δμωάων φιλέεσκε, καὶ ἔτρεφε τυτθὸν ἐόντα, vt habetur Od. α, sub finem. Plut. quoque eam Telemachi Θρεπτὸν appellat in libro περὶ ἀδολεσχίας. Pollux l. 3, ἡ δ' Θρεπτὸς τῆς κόρης, πθίνη, καὶ ἡ γάλα παρέχουσα, πίτθη καὶ μᾶα. Vbi videtur distinguere inter Θρεπτὸν & μᾶαν: & μᾶαν strictius capere pro ea quæ lactat. ¶ Μᾶα dicitur etiā Auia, Patris vel matris mater, teste Hesychio. Cui adsipulatur qui apud Eust. ita scribit, πθίω οἱ Ἕλληνες τὴν πατρῴαν ἢ μητρὸς μητέρα, οἱ δὲ πάλαιοὶ ἀκύρως μάμμην καὶ μᾶαν. μάμμην δὲ Ἀττικοὶ καὶ μαμμάιαν, τὴν μητέρα καλοῦσι. Μᾶα est etiam σπεσφώνησις σπεσβυτίδος πρεσβυτικῆ, pro ὦ θεά. vt idē Hes. annotauit. sicut Eust. quoque μᾶαν vocari ἀκύρως scribit τὴν σπεσβυτέραν γυναῖκα, vt & πθίω, πθίαν, πθίδιον. Idem alibi, μητέρας (inquit) vocant τὰς σπεσβυτέρας, τὴν ἡλικίαν εἰκάζοντες· τὰς δὲ ἐπ σπεσβυτέρας, μᾶας καὶ πθίας. sicut vicissim senes iuuenes appellant παῖδας & τέκνα. Similiter & τὰς νεῶς ὠδινούσας πεεσώσας, σπεῦς θεραπείαν vocari μᾶας scribit, etiamsi iuniores sint, nō verulæ. ¶ Μᾶα, Maiæ: cācrorū genus. Aristot. Hist. an. l. 4, c. 2, μέγιστον μὲν ἐν [τῷ καρκίνων τὸ γένος] ὅθεν ἃς καλοῦσι μᾶας· δεύτεροι δ' οἱ πα-

πάγουροι καὶ οἱ Ἡρακλεωτικοὶ καρκῖνοι. Plin. l. 9, c. 32, Cācrorūm genera, carabi, astaci, maiæ, paguri, Heracleotici. ¶ Μαῖα, Maia: Atlātis filiarū & Pleiadū vna, Mercurii mater. De qua Hesiod. & Plutar. in Quæst. Rom. de Maio mense loquēs, καὶ δῆλον τὸ ἴσως Ἑρμῆν ἐν αὐτῷ σέβουσι, καὶ Μαῖας ἐπώνυμος ὄν. Pro vna ex Pleiadib⁹ à Virg. quoq; accipitur, quum ait, Multi ante occasum Maiæ cœpere.

Μαιάς, άδος, ἡ, Auia. Nutrix. μάμμη, Θρεπτός, inquit Suidas, locum hūc adscribens, Καὶ σὺ πατράγλωχιν μὴ λοιπὸν μαιάδος Ἑρμᾶ, & exponēs Θρεπτοῦ, μὴ Θῇς. Sed rectius interpretabimur Maiæ filius. nam Μαιάς pro Μᾶα de Mercurii matre apud Hom. quoq; reperitur, Od. ξ, τίω μὲ ἦνν νυμφιδίη Ἑρμῆ Μαιάδος υἷι Θῆκεν ἐπιξάμενος. Horat. Almæ filius Maiæ itidem pro Mercurio dixit. Et Virg. Genitus Maia. Idem, — nil amplius oro Maia nate.

Μαιαπκός, ή, ὁ, Nutritius. v. l. Fortassis à VERBO Μαιάω, quod iisdem v. l. est Obstetricor, Quæro, Inquiro: sed sine autore & exemplo.

Μαιεύω, Obstetrix sum. Obstetricem ago. Pollux sub finē l. 4, de obstetrice, ἑρεῖς δ', μᾶα· μαῖα, μαῖ' ὀς· μαιευτικὴ ἡ τέχνη καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὸ ῥῆμα μαιεύειν, μαιεύεσθαι. quod μαιεύεσθαι frequentius vsurpatum reperitur quàm μαιεύω, in signific. etiam actiua, pro ἐξάγειν τὸ πικτόμενον. Plato Theæt. διαφέρει δὲ τοῦ τε ἀνδρὸς ἀλλὰ μὴ γυναῖκας μαιεύειν, καὶ τοῦ τὰς ψυχὰς αὖ τῶν πικτούσας ὅπῃ ποιοῦσι, ἀλλὰ μὴ τὰ σώματα. Et paulo pòst, μαιεύεσθαι με ὁ θεὸς ἀναγκάζει, γόνιμον δ' ἀπεκώλυσεν. (Et paulo pòst signif. pass.) τὰ ὑπ' ἐμοῦ μαιευθέντα, κακῶς φρόντες ἀπώλεσαν, à me obstetrice in lucem prolata) Allegoricè autem ibi Socrates dicit se μαιεύεσθαι iuuenes: quod quo sensu accipiat, vide infrà ex Plut. in Μαιωπτικός. Et apud Luc. μαιεύειν ἢ Ἄρτεμις, pro Obstetrix est. Μαιεύεσθαι apud Arrop. cum accusatiuo accipi pro Edere obstetricio more testatur B. Et simili signif. apud Philostr. καὶ ἡ δὲ πάσα ἐμπνεῖν μαιεύεσθαι καὶ σεσῆς ὥρας, ante tempus educere partū more obstetricis. id est, excutere & expellere fœtum ante tempus, abortum videlicet conciliando. nam terrefactas mulieres aborcire non est insolens. Suidas μαιεύεσθαι exp. νεοσπορεῖν, in hoc loco quem citat, Εὗρον γυναῖκα ὀνείρατα μαιευομένην. Aliter verò accipi videtur quod ex Piside affert, Μαιεύει σε πᾶν τὸ Ῥωμαίων γένος, Τοῖς σοῖς ἐπίγνοις ὀπτέζον ὡς γάλα. ¶ Μαιεύομαι ab eodem exponitur, ζητῶ, ἐρευνῶντες. quo signif. μαίομαι suprà accipitur. ET Μαιεῶται apud Hes. μαιεύσται. quod erit à Μαιέομαι.

Μαίευμα, ατος, τὸ, Quod ab obstetrice extractum est. i. Partus. τὸ παιδίον. Plato.

Μαίευσις, εως, ἡ, Obstetricis functio & munus. ET Μαιεία, ας, ἡ, pro eodem. Plato Theæt. p. 97, τῇ δέ γ' ἐμῇ τέχνῃ, τῇ μαιεύσεως τὰ, μὴ ἄλλα ἐπιφέρει ἔσα σκέψεις, videlicet τὰς μαίας. quæ verba sequitur locus in Μαιεύομαι citatus. Et paulo pòst, τῆς μὲν τοι μαιείας ὁ θεός τε καὶ ἐγὼ ἄπος, fœtus extractionis, seu Obstetricis operæ.

Μαιευτικός, ός, ὁ, q. d. Obstetricius. Vt μαιευτικὴ γυνὴ, Obstetrix, seu Obstetricis artem callens, Quæ obstetricis modo infantem educere nouit. Et μαιευτικὴ τέχνη, vel μαιευτικὴ, absolutè, Ars obstetricū. Vtrunq; ex Poll. habes in Μαιεύω. At μαιευτικὸν doctrinæ genus, (inquit B.) dicitur Laertio l. 3, p. 33, quod velut incunabula fouet. Sic apud Areop. καταχρώμενοι ὑπὸ τῶν πατρικῶν λογίων μαιευτικῷ. Μαιευτικὸς Platoni, Qui peritus est τῆς μαιείας. Bud. VNDE Μαιευτικῶς, Obstetricū. more. Poll l. 4, sub finē.

Μαιεύτεια, ας, ἡ, Obstetrix. ET Μαιευτεικῶς, Obstetricum ritu. Apud Suid. μαιευτεικῶς, ἰατεικῶς: fortasse pro ἰατεικῶς. Nisi in Μαιευτικῶς error sit, & scribēdū μαιευτικῶς.

Μαιόομαι, οόμαι, F. ώσομαι, Obstetrix fuim, Obstetricem ago. idem quod μαιεύομαι. Construitur cum accus. & aliquando significat Eximo & extraho, veluti obstetrix. Epigr. l. 1, Υἱέας ἀφροσύνῃ μαιόσατο, πόρμα σ' ἔπκτε. Aliquando μαιοῦσθαι parturiērem dicitur pro Eam adiuuare enitentem. Epigr. l. 1, ἔμπαλιν Ἄρης Ἥρκτο μαιοῦσθαι κασέτας ἡμετέρας. Luc. τὰς τε τικτούσας ἐμαιοῦτο. Cornut. λέγεται δὲ ὁ Ἡφαιστος μαιώσασθαι τὸν Δία ὅτε ὠδίνε τὴν Ἀθηνᾶν. Plut. in Quæst. Pl. pag. 606, τί δήποτε τὸν Σωκράτη μαιοῦσθαι μὴ ἐκέλευσεν ἑτέρους, αὐτὸν δὲ γόνιμον ἀπεκώλυσε; respiciens ad locum in Μαιεύεσθαι citatum.

Μαίωσις, εως, ἡ, Obstetricis opera, Obstetricis functio & officium. Idem cum μαίωσις & μαιεία. Plut. Alex.

Μαιωτικός, οῦ, ὁ, idem quod μαιευτικός. vt μαιωτικὴ τέχνη, obstetricum ars. Socrates autē apud Plat. in Theæt. p. 97, μαιωτικὴν τέχνην vocauit ἣν ἐντεθεῖσαν ἔξωθεν (ὥσπερ ἕτεροι τοιοῦτοι τοῖς ἐντυγχάνοιεν, ἀλλ' ἔχοντας αὐτοῖς ὃν ἑαυτῆς, ἀπελῆ δ' οὖν συλλαχοῦσιν τὸ βέφος τῆς ὀδύνας: vt docet Plut. Quæst. Plat. p. 607. nā Socrates ἐνδιδοὺς ἀρχὰς ἀπορίων ὥσπερ ὠδίων τοῖς νέοις, ἐπιχειρεῖ καὶ αὐξάνει τὰς ἐμφύτους κύησις. ‖ At Μαιωτικὴ χώρα, Mæotica regio, Regio Mæotarum. NAM Μαιῶται populi sunt: à quibus DICITVR Μαιῶτις λίμνη, Mæotis palus. Plin. l. 4, c. 12, A Buge super Mæotin Sauromatæ & Essedones: ac per orā ad Tanaim vsq; Mæotæ, à quibus lacus nomen accepit. Idē Mæotas alibi appellat Mæoticos populos.

Μαίωτον, ου, τό, Merces seu præmiū quod obstetrici persoluitur. μαίωβα Suidæ τὰ τῇ μαίᾳ διδόμενα. Luc. p. 29, ὥσπερ ὦ Ζεῦ μαίωβά μοι ἀπόδοσις γίγνοιτο μοι αὐτῇ, de Pallade loquēs in persona Vulcani. B. nā Vulcan⁹ ἐμὰ ὥσπερ τὴν Διός, quū eniteretur Palladem, vt paulo antè habes ex Cornuto.

Μήτηρ, έρος, & ῆος, per syncopen, Mater. Od. ζ, οἷοι πίαν γαίεν μητηρ Κοδρον ἐόντα φεροι. Il. ο, τὸν ἀθανάτη τέκε μήτηρ, vt alibi χείρας μητηρ. Il. ζ, πατηρ δ' ἠδὲ μήτηρ. Od. σ, Μήτηρ ἐμή. Hesiod Erg. Η' δ' ἐμὸς ἐν θαλίῃσι φίλῃ ἐν μητέρι μίμνει. Dem. cōtra Mid. ἡμῖν δὲ οἱ ἀληθῶς μήτηρ, ἡ τεκοῦσα αὐτόν. Et apud Xen. Hell. 3, ἡ μήτηρ dicitur καλεῖν εἰδέναι τὸν πατέρα τὸν υἱόν, sicut apud Hom. Od. α, Telemachus dicit, Μήτηρ δέ τ' ἐμὲ φησι τὸν ἐμμεναι αὐτὰρ ἔγωγε, Οὐκ οἶδ'. Aristot. Pol. 2, c. 2, οὐ μὰν ἀλλ' οὐδὲ δίκαιον τὸ μὴ πάνυ τὰς ὑπολαμβάνειν ἑαυτῶν ἀδελφοὺς τε καὶ παῖδας, καὶ πατέρας καὶ μητέρας, videlicet ob τὰ δμοιότατα, quæ in iis cernuntur. ὁ τῆς μητρὸς ἀδελφὸς apud Herodot. & Xen. Matris frater. i. Auunculus: qui & μήτρως & μηβράς. Itē, μήτηρ θεῶν, mater deorum, apud Athen. l. 10. in quā extat hymnus Orphei. Et σεμνὴ μήτηρ apud Aristoph. ἡ Ρέα. Et ἡ τῆς κόρης μήτηρ, Mater Proserpinæ. i. Ceres. Herodot. τῇ μητρὶ καὶ τῇ Κόρῃ ὀρτάζουσι Ἀθηναῖοι ἄγιστα, Cereri & Proserpinæ. vel Proserpinæ matriq; eius Cereri. ‖ Cæterorum quoque animalium μητέρες dicuntur αἱ τεκοῦσαι, genitrices, quæ pepererunt. Od. λ, de vitulis, ἀδινὸν μυκώμεναι ἀμφιθέουσι Μητέρες, sicut Fœta mater à Statio de vacca dicitur. Et Virg. Georg. 3, — excretos prohibēt à matribus hœdos. X. Cyn. μὴ ἀποτιθέναι ὑφ' ἑτέρας κύνας· αἱ γὰρ θεραπεῖαι αἱ ἀλλότριαι οὐκ εἰσὶν αὐξῆσαι· δεῖ τοῦ μητέρων καὶ τὸ γάλα ἀγαθὸν καὶ τὸ πεδίον, καὶ αἱ θέσεις καὶ φίλαι. In Geopon. λειπόθηλα γίνεται διὰ τὸ δυσκεραίνειν τὸν ἀέρα, καὶ τὸ μὴ μεταλαμβάνειν γάλακτος ἱκανῶς, ἢν μὴ βῶν αὐτὰ διαθρυμβῶν. pro quibus sic apud Varronem, Porci qui nati hyeme, fiunt exiles propter frigora, φ matres aspernātur. (Latinū autem mater de arboribus etiam dicitur.) ‖ Impropriè quoque & metaph. dicitur. Epigr. l. 2, In fures, Τὼ αὐαδυμόθυμω ἀπὸ μητέρος ἀρπ θαλάσσης, emergentem è mari pārente Venerem. nā ex maris spuma nata creditur. Isocr Pan. μόνοις γὰρ ἡμῖν ἡ Ἑλλὰς τὸν αὐτὸν θεὸν καὶ πατρίδα καὶ μητέρα καλέσαι θεσσηκεν, de solo Athenienſiū qui iactabant se esse αὐτόχθονας. Itidem Brutus dicitur τὸν μητέρα osculatus esse. i. matrē omniparentē. Plut. περὶ ἀδροφαγίας 1, initio, βαλαίνων δ' κυσταύλοι καὶ φαγόντες, ἐχέρδ ὑπ' ἡδονῆς περὶ δρῶν πνα καὶ φιλόν, ζεὶ δ' ὠρόν τε καὶ μητέρα καὶ βρεφ. ἀποκαλοῦντες ἐκείνην. Idē De fort. Alex. l. 2, de cyrānide, οὐ κίας μήτηρ ἔφυ. vt apud Cic. Luxuries auaritiæ mater. Et, Sapiētia omniū bonarū rerū mater. ‖ Aliter autē Hesiod. ἡμέρας quasdā appellat μητέρας. i. benignas: quibus opponit μηβριάς, quæ nouercarū modo infestæ sunt & noxiæ: sub finē Dierū, Ἄλλοτε μὴν μὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτης: i. aliquādo ἥπιος καὶ ἀγαθή, veluti mater: aliquādo κακή καὶ βαρεῖα, vt nouercæ: seu (vt Tzetzes expl.) ποτὲ μὲν συμφέρει καὶ ὅσι μήτηρ, ποτὲ δ' ἀναιπόδεται καὶ δοκεῖ μητρυιά. Doricè autem DICITVR Μάτηρ. De etymo ex Eust. retuli in Μάω: cū quo facit lex. meū vetus, in quo ita scribitur, μήτηρ, ἡ μαστεύουσα τὰ τοῖς τὸν θρεψαντῶν κωνθεῖσιν: à μάω, significante τὸ ζητῶ.

C. Μηδοδίδακτος, ου, ὁ καὶ ἡ, A matre edoctus, A matre eruditus. Ita vocatus fuit iunior Aristippus, cuius mater Ἀρήτη filia fuit Aristippi maioris, & eum docentem audiuit, filiumque postea erudiit. Suid. in Ἀρίστιππος.

C. Μηδοκασιγνήτη, ης, ἡ, Matris germana. id est Matertera.

C. Μηδοκτόνος, ου, ὁ, Matricida, Cic. Qui matrē occidit. Apud Sueton. in Nerone, Multa Græcè Latinéque proscripta aut vulgata sunt: sicut illa, Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων μητροκτόνοι. Νεότυμφον Νέρων, ἰδίαν μητέρα ἀπέκτεινεν. Quis negat Æneæ magna de stirpe Neronem? Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem. ET Μηδοκτονέω, Matrem occido. Aristot. Ethic. 3, c. 1, τὴν Εὐριπίδου Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάσαντα μητροκτονῆσαι.

C. Μητροκωμία, ας, ἡ, Vicus aliorum vicorū mater: seu Ex quo coloniæ ducuntur. Sic est (inquit Bud. in Pand.) μηδοκωμία inter vicos vt μηδόπολις inter vrbes, à luisq; colonis vt matrix agnoscitur. ET κωμοπόλεις sunt vici maiores, quasi æmuli oppidorum. Metrocomia legitur in lege vltima De exactoribus tributorum.

C. Μητρομήτωρ, ορος, ἡ, Matris mater, i. Auia materna: quæ & μάτη & μαμμὴ & μαμμὶς & πάππα. Citat Poll ex Pind.

C. Μηδόξενος, Spurius. Poll. l. 3. τὸ δ' ὄνομα, καὶ μηδόξενον ἐνίοι καλοῦσι. Pro quo Doricè DICITVR Μάξενος. vnde μαξένοις παῖδας Hesych. exp. νοθεύοις.

C. Μηδοπάτωρ, ορος, ὁ, Matris pater, id est Auus maternus, sicut πατροπάτωρ, auus paternus: πατροπάτωρ de vtroque: quibus Poll. scribit licere vti, quanuis compositionis forma magis poetica sit. Il. λ, Κιοῦς πάν γ' ἔβρ. ἐν δόμοις ὀνοτηδόν, ἐόντα Μητροπάτωρ.

C. Μηδόπολις, εως, ἡ, Metropolis. i. Vrbs matrix, seu Vrbiū aliquarum mater. Μηδόπολις (inquit Bud. in Pandect.) dicitur vrbs ex qua coloniæ deductæ sunt, quales multæ Athenis & ab vrbe Roma. Sic enim se habet metropolis ad coloniam vt ad filiam. id quod illo Thuc. loco manifestè declaratur, ἀποικία δὲ μὴ πόρρω ἐστὶ πρὸς μητρόπολιν, ἀδικεῖται δὲ ἀλλοτε ἄλλοι, Colonia beneficio quidem affecta, honore metropolin suam prosequitur: iniuria autem affecta ab ea alienatur. Μηδόπολεις (inquit Suid.) dicuntur quæcunque ciuitates colonias deduxerunt. Non igitur metropoleis à mensura vocātur vrbiū, vt Gratian. verbis Isidori dixit Distinct. XXI: alioqui primā breuē natura haberet, quū habeat longā. Melius igitur illud dictum est Distinct. LXIII, ad episcopi electionem sufficere ecclesiæ matricis arbiriū. Matrices n. vrbes Lat. dicuntur quas Græci μητροπόλεις appellāt. Inde ὀπτόμητρα, cortinicū matrix: & πτηνομήτρα, cicadarum: & similia nomina, quæ leg. musa apud Plin. & alios. Suet. Tranq. in Aug. Ex ea arbore cōtinuò nata soboles adeo paucis diebus adoleuit, vt nō æquipararet modò matricē, verùm etiā obtegeret. Vbi matricē arborē dixit ex qua solennes fuccrenerūt. Fuerunt etiam vrbes proprio nomine sic appellatæ, quas Steph. enumerauit. Hæc B. Thuc. l. 3, ξυμπεσόντος αὐτῆς ἡ Δωρίεις, ἡ μηδόπολις τῆς Λακεδαιμονίας, Parens ciuitas Lacedæmoniorū, Aborigines, Creatores: Dorienses à quibus oriundi erāt Lacedæmonii. Sic n. interpret. Μηδόπολις metaph. quoq; dicitur vt μήτηρ. Plut. Symp. 8, de geometria, ex Philone, ἀρχὴ καὶ μηδόπολις οὖσα τῶν ἄλλων, origo & matrix cæterarum. Sic Chrysipp. apud Ath. l. 3, dicit μηδόπολιν εἶναι τῆς φιλοσοφίας τὸν Ἐπικουρον τὸν Ἀρχεδήμου γαστρολογίαν, ὦ παῖπαι οἱ τοῦ φιλοσόφου γαστρίμαργοι θεωρίαν τινὰ αὐτῶν εἶναι λέγειν. Et Pōtianus apud eundem Ath. l. 10, dicit πάντων πύτων τοῦ δεινῶν μηδόπολιν τὸν οἶνον. Hominis autem alicuius μηδόπολις dicitur ciuitas ex qua mater ipsius oriunda est. Athen. l. 12, εἰς τὸν Λοκρῶν πόλιν πορευθεῖν, οὖσαν αὐτῆς μηδόπολιν, (Δωρὶς γὰρ ἡ μήτηρ αὐτῆς τοῦ ὄχλου ὧν Λοκρίς) σκωπτὰς οἴκοι τοῦ ἐν τῇ πόλει τὸν μέγιστον ἐπιμίξεις καὶ ὁδοὺς. Eust. verò hoc μηδόπολις vsurpatum pro ἡ τῆς μητρὸς πατρίς, vult esse καταχρηστικῶς. apud quem quidam dicit Θήβας esse Διονύσου μηδόπολιν, hoc est (inquit) πόλιν τῆς ἐκείνου μητρὸς Σεμέλης. cui synonymum est μητρίς, quod vide. VNDE Μηδοπολίτης, ου, ὁ, Qui ex matrici vrbe est. Et Matrici vrbi præfectus. vt μηδοπολίτης ἐπίσκοπος, Episcopus metropolitan⁹, Qui episcopatu fungitur in vrbe ex qua coloniæ deductæ sunt, quæ & ipsæ suos habent episcopos ei subiectos.

C. Μηδοπόλοι, quæ olim μέλισσαι. Hesych. Dicebātur autē μέλισσαι Matris magnæ antistites: à qua & μητραγύρται.

C. Μητροράστης, ου, ὁ, Qui matri manus infert. ὁ φθείρων τὸν μητέρα. Suid.

C. Μηδοφόνος, ου, ὁ, Qui matrem occidit. Habes ex Epigr. in Ἀνθολόγιον, tomi primi semip. 1500.

C. Μητροφόνος, ου, ὁ, Matricida. idem qui μητροκτόνος. Eurip, ET Μητροφόνης, ου, ὁ, idem, apud eundem Eurip.

C. Μητραγύρτης, ου, ὁ, μηδὸς ἀγύρτης, Qui matri deorū colligit. Μητραγύρται (inquit B. p. 796) Qui stipem cogebāt matri deorum, tympana gestantes: quales hodie cæcos videmus vestibulatim tympana pulsantes & canentes. Quo nomine οἱ φιλοκερδεῖς καὶ ἀπατῶνες significātur, natióque hominū præstigiatrix, & circulatrix & flagitatrix stipis. Plato in lib. 2 De rep. ἀγύρτας vocat: cuius verba à B. ibi citantur. Hos intelligi voluit satyrographus, quum inquit in 6 satyra, — ecce furentis Bellonæ, matrisque deūm chorus intrat. Et paulo pòst, En animā & mentem cū qua dii nocte loquūtur. Cic. De leg. l. 2, citat verba hæc duodecim tabularum, Præter Idææ matris famulos, eósq; iustis diebus, nequis stipem cogito. Aristot. Rhet. 3, ἔφη ἀμάμητον αὐτὸν εἶναι· οὐ γὰρ αὐ μητραγύρτην αὐτὸν καλεῖν, ἀλλὰ δαδουχεῖν. vbi ostendit vitius fuisse ministerium cogere stipem quàm face præluceré. Menander quoq; apud Clement. Alex. in suasione ad Græcos, hoc mendicorū genus religionem mentientium dānat, sic inquiens, Οὐδεὶς μ' πρέσκει τοῦ πατῶν ἔτω θεὸς Μεπὰ γεαὸς, ἡδὴ εἰς οἰκίας παρεισιὼν Ἐπὶ τὸ σανίδιν μητραγύρτης. quib⁹ subiicit ipse, πιστὸν γὰρ οἱ μητραγύρται. Idem scriptor in 3 lib. Pædagog. culpat mulierularum superstitionem hoc hominum genus colentiū, τοῦ φέρον) ἢ αὐτὰ ἀνὰ τὰ ἱερὰ ἐκ θυόμενα καὶ μαντεύόμενα, ἀγύρταις καὶ μητραγύρταις καὶ γεαΐαις βωμολόχοις οἰκοφθορούσας συμπαμπόυσας. In huius Berecynthiæ mysteriis erant purificationes menstruæ, quæ μητρωακαὶ ἁγιστεῖαι dicuntur: quas obseruauisse Proclum, ita scripsit Marinus Neapolit. in lib. de ipsius vita, siue περὶ εὐδαιμονίας, vbi ait, τὰ δ' μηδρωακὰς τοῦ Ῥωμαίοις ἢ καὶ τοῦ πρότερόν ποτε τοῦ Φρυξὶν ἀπουδαζόμενος ἁγιστείας ἐκάστου μηνὸς ἤγαγεν. Solebāt autem hi μητραγύρται μετὰ τὰς γυναῖκας τὴν μητρὶ τῶν θεῶν, vt Suid. tradit, referens quandā fabulā de occiso quodā eiusmodi circulatore ab Athenienſibus. (Vide & Μητραγυρτέω) VNDE Μητραγυρτέω, ῶ, F. ήσω, Metragyrtam ago, Matri deūm cogo stipem, Magnæ matri siue Cybelæ stipem colligo. Athen. l. 11, de infelici exitu Dionysii Siciliæ tyrāni αὐτὸς δ' Διονύσου τέλος μητραγυρτῶν καὶ τυμπανοφορούμενος, οἰκτρῶς τ' βίον κατέστρεψεν. Nā tympanizare (vt Sueton. loquitur) matris deūm ministros cōsueuisse, Lucr. testatur l. 2, vbi ita canit, Tympana tenta tonāt palmis, & cymbala circùm Concaua. Idem & μητραίζειν, quod vide.

Μητράδελφος, ου, ὁ, Matris frater, Auunculus maternus. at ἡ μητράδελφος, Fratris soror, Matertera. Poll. l. 3, ὁ δ' μηδὸς ἀδελφὸς, θεῖος, ἢ μητράδελφος, ἢ μήτρως, ἢ ἐννέος. Et paulo pòst, ἡ δὲ μηδὸς ἀδελφὴ, θεία, ἢ μητράδελφος, ἢ πθίς. AT Μητράδελφοι, Fratres vna eadémque matre orti, Fratres vterini. v. l. quod volunt esse à μήτρα: quemadmodum ἀδελφοὶ à δελφύς.

C. Ἀμήτωρ, ορος, ὁ, Matrē nō habens. Sic Christus, quâ Deus est, dicitur ἀμήτωρ: quâ homo, ἀπάτωρ. Hesych. ἀμήτορες sunt οἱ μὴ ἔχοντες μητέρα. quibus verbis videtur significare orbatos matre. Ἀμήτωρ, pro Matris ignotæ, vel κακομήτωρ, affertur ex Soph. El. Doricè verò pro Ἀμήτωρ DICITVR Ἀμάτωρ, Matre carens.

C. Ἀμφιμήτωρ, ορος, ὁ, Frater ex diuersa matre. ἀμφιμήτωρ inquit Suid.) est ἑτερομήτωρ apud Æschyl. Et Poll. l. 3, οἱ μὲν ὁμόμητρα τοῦ ἀδελφοὶ, διάφορον δὲ μητέρων, ἀμφιμήτορες· οἱ δὲ ὁμόμητρα τοῦ πατέρων, μιᾶς δὲ μηδὸς, ἀμφιπάτορες. quibus opponuntur ὁμομήτορες & ὁμοπάτορες. Pro quo Doricè DICITVR Ἀμφιμάτωρ. Eurip. Andr. οὐδέποτ' ἂν δίδυμα λέκτρ' ἐπαινέσω βροτῶν, οὐδ' ἀμφιμάτορας κόρους, ἔχειν μὴ οἴκων, δις μὴ δεῖ τὸ λύπης. i. (inquit schol.) τοὺς ἐκ διαφόρων μητρῶν, ὧν ἑνὸς δὲ πατρός. Suid. ἀμφιμάτορας diuersa quoque signif. exp. ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντας: aliter tamen accipiens ἀμφιμήτωρ.

C. Διμήτωρ, ορος, ὁ, Bimater. Epitheton Dionysi seu Bacchi apud Diodor. l. 5. ET Διμάτωρ, Doricè pro eodē. Dicitur autem Bacchus διμάτωρ, φ bis genitus duas habuit veluti matres. nā quū à Semele præmaturo partu crudus editus esset, Iupiter femori suo insutū maturauit, & sic iterū genitus fuit. vnde & διθύραμβος quasi ex duab⁹ ianuis egressus: & ab Orpheo in Hymn. Διόνυσος διφυής, Ibycus apud Ath. l. 2, Ὁ γὰρ δίμάτωρ βρόμιος οὐ χαίρει σιωπῶν Ἀνδράσι πονηροῖς. Quid. Metam. Thuráq; dant, Bacchúmque vocant, Bromiúmque, Lyæúmque, Ignigenámq;, satúmque iterum, solúmque bimatrem.

C. Δυσμήτωρ, ερος, ἡ, Mala mater: vel Infesta mater. Eust. scribit δυσμήτωρ nō ita capi vt δύσπαις & πακοῖλιον: sed θυμικώτερον opponi τῷ φίλη μήτηρ. Od. ψ, Μήτηρ ἐμὴ δυσμήτηρ ἀπηνέα θυμὸν ἔχουσα, Τίφθ' οὕτω πάντας νοσφίζεαι indignatur enim Telemachus φ mater erga patrē sit ἀπηνής: quē admodum ipsa paulo pòst dicit, πείθοις μοι θυμὸν ἀπηνέα περ μάλ' ἐόντα. & ideo quum dixisset δυσμήτωρ, seipsum explicans addit, ἀπηνέα θυμὸν ἔχουσα.

C. Μεγαλομήτωρ, Auia. ἡ τῆς μηδὸς μήτηρ, Hesych. Gallicè ad verbum Grand-mere, vel Mere-grand.

C. Ὁμομήτωρ, ET Ὁμομήτειος, Eadē matre natus, Vterin⁹ frater. Poll. l. 3, οἱ μὲν ὁμόμητρα τοῦ αὐτὴν πάντας, ὁμοπάτειοι καὶ ὁμοπάτορες· οἱ δὲ τῆς αὐτῆς μηδὸς, ὁμομήτειοι καὶ ὁμομήτορες. quos & ὁμογάλακτας & ὁμογαστρίους, siue ὁμογάστρας, & ὁμογνίους, ac ὁμοψύχους dici posse scribit. duo tamen posteriora ad vtrunque parentem referri possunt.

C. Παλαμάτωρ, Antiqua parens, Prisca mater. Eurip.

C. Παμμήτωρ, Omnium mater, Omniū parens, Omniparens: vt Virg. dicit, — terræ omniparentis alumnum. Sic & Græcè ἡ παμμήτωρ. Nonn. παμμήτορα κόσμου Ζωΐω.

C. Φιλομήτωρ, ορος, ὁ, Matris amans. Et φιλομήτορες, matris amantes, apud Plut. in Sol. At Ptolemæus, qui octauus fuit ἐπόγονος Ptolemæi Lagi, habuit φιλομήτορος ἐπίκλησιν ὑπὸ χλθυασμῶ, vt tradit Paus. Att. p. 6, addēs, ἡ γάρ πνα θεῶν βασιλέων μισηθεῖσα ἴσμεν ἐς πόσον δὲ ὑπὸ τῆς μηδὸς. Alii quoque Ptolemæi pari χλθυασμῶ dicti fuerūt φιλάδελφοι & ἀνεργέται. licet secundū Pl. in l. De propria laude, ἢν βασιλέων τοῖς μὴ θεοὶ μὴ τοὺς παῖδας θεῶν αἱαστρεῦεδ θέλοντες δηλὰ φιλαδέλφους, ἢ φιλομήτορας, ἢ ἀνεργέτας, ἢ θεοφιλεῖς, οὐκ ἤθελον τοῖς καλοῖς μὲ ἀνθρωπικῆς ὑ θεῶτας πρεσβηρίας πωῦτες. Philometorē de cultura agri præcepisse tradit Pl.

Μήπιρα, ας, ἡ, Mater. μήτηρ: item φρονίμη. Hesychio. Apud Hom. Od. ξ, v. 259, Εἰ μὴ τοῦ μήτειρα θεῶν ἐπάωσε καὶ ἀνδρῶν sed δμήτρα pleraq; exemplaria scriptū habere testatur Eust. sicut & in meo manuscripto Homer. reperio. vbi exponitur δμαίστρια. Verumtamen ἡμήτρα, non autē μήπιρα, maiori eruditorū parti placere, idē annotauit.

Μητέλος, ου, ὁ, Maternus. Ex Epigr.

Μητεικὸς, οῦ, ὁ, Maternus. Poll. μητεικὴ κτῆσις.

ET NOMINA Ἐπνάστος AC Μετανάστος, Qui sedibus suis relictis aliò habitatum se contulit. Exponuntur etiam, Pulsus patria, Profugus, Exul. Item, Peregrinus, Inquilinus. & Græcè μέτοικος, ξένος, φυγάς. Sed rarum est ὀπνάστος, quod ex Apollonio Rhodio affertur. At μετανάστος, ex Nonno. Pro quo vsitatius EST Μεταστάσης. Hom. Iliad. 1, — ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν Ἀτρείδης, ὡσεὶ πν' ἀπίμητον μετανάστην. In vsu est etiam FOEMIN. Μετανάστεια, Quæ commigrat, Profuga. In Epigramm. σκοπέλων μετανάστρια πέρδιξ, Quæ scopulis relictis aliò commigras. Ab hoc μετανάσης factū fuit & VERBVM Μεταναστεύω, Migro, Commigro, Sedibus meis relictis (seu patriis sedibus) aliò habitatū me confero. Synesius, δίφῶ σε μοι δοκῶ μόνην, ὑποδύεσθαι τῆς πατρίδος· κἂν λάβωμαι φολῆς, μεταναστεύσιν. Sed plura de Μεταστάσης & Μεταναστεύω habes suprà post verbum μετανίσταμι, vbi positum fuit sequendo aliam deriuationem, quam & Eustathio placuisse ostendunt quædam eius verba quæ ibi habentur. Hanc tamen ego præferendā illi censeo.

NAῦΣ, αὸς, ἡ, Navis. Sunt autem & alii genitiui videlicet νεῶς & νηός. ex quibus ναὸς linguæ communi, νεὼς Atticæ, νηὸς Ionicæ adscribitur. Quorum genitiuorum meminit Eustathius in hūc versum Odyss. μ, Ἠμὶν δ' αὖ καπέτοιο νεὼς κυανοπρῴροιο. vbi etiā testatur maiorem exemplarium partem & hîc & aliis in locis habere νεὸς per ο. Sic igitur fuerint quatuor genitiui, Ναῦς, & Νεὸς, & Νεὼς, & Νηός. de quibus dicam & infrá. Cæterùm quod ad nominatiuum attinet, annotant quidam apud Homerum vbique ESSE Νηῦς, & ab eo datiuum pluralem νηυσὶ, & tamen vti compositis Ναυσικάα, & Ναυσίθοος, necnon Ναυσίκλυτος, atque aliis. Quod autem illi de his aliisque huiusmodi compositis dicunt, idem & de datiuo ναῦφιν dici posse existimo, atque adeo maiori etiam cum ratione. magis enim mirum videri possit cur non νηῦφιν cum νηῒ idem dicat. Quod porro de nominatiuo νηῦς tradunt, eum vbique apud Homerum legi, non autem ναῦς, id si nequaquam affirmare ausim: sed aut nunquam, aut rarissimè eo vti, hoc verò & ipse pronuntiare non dubitarim. Illud addo, parum mihi placere quod dicunt gramm. ναῦς habere etiam genitiuum Ionicum νηός, quum & ipse nominatiuus νηῦς, à quo regulariter inclinatur νηός, passim inueniatur. Odyss. μ, Τόφρα δὲ καρπαλίμως ὀξὺ κάτω νηῦς ἀνέργνυ Νῆσον σειρωοῖιν. Odyss. η, γλαφυρὴ νηῦς. Od. υ, νηῦς ἑκατόζυγος. & alibi. Sic νηός, & νηί, & νῆα. In plurali νῆες, νηῶν, νηυσὶ, νῆας apud eundem variis in locis. Sed & νέας alicubi, vt νέας ἀμφιελίσσας, Od. ξ. Sic genit. sing. νεὸς de quo suprá.

In soluta autem oratione cum apud alios tum apud Thucydidem, in nominatiuo singulari ναῦς, in genitiuo νεώς, in datiuo νηί, in accusatiuo ναῦν. In plurali autem nominatiuo νῆες, in genitiuo νεῶν, in datiuo ναυσὶ, in accusatiuo ναῦς. Ita enim ille lib. 2, καὶ ναῦς τε νηὶ πρὸς ἐπόντας. Idem libro 8, ἀφικομένης τῆς νεώς. Datiuus autem νηί in loco quem modò protuli, ναῦς τε νηί &c. Accusatiuus ναῦς, libro 2, κατ' μίαν ναῦν στελλόμενοι. Exempla autem declinationis huius nominis in plurali, hæc sunt: in nominatiuo quidem νῆες, vt libro 7, αἱ πρὸς τὸ μαντεῖον νῆες ναυμαχοῦσαι. Eadem pagina ὅπως αὐτοῖς αἱ νῆες ἐντὸς ὁρμοῖεν. Et libro 2, καὶ αἱ νῆες ἐν ὀλίγῳ ἤδη οὖσαι. Genitiuus autem νεῶν. vt lib. 8, καὶ ἅμα νεῶν αἱ ἀρίστα πλέουσαι. Datiuus ναυσὶ, vt ὅπτη γὰρ νεῖ τῇ ναυσὶ τῶν Χίων. Accusatiuus ναῦς, libro 2, ἀλλὰ ξυμπατάσσεσθαι πρὸς ἀλλήλας παῖ ναῦς. Et libro 8, καταλαμβάνει ναῦς ναῦς. Quinetiam alicubi in vna eadémque periodo νῆες quidem in nominatiuo, ναῦς autem in accusatiuo dicit. Ex Thucydide autem libētius quàm ex alio scriptore exempla protuli quòd cæteris antiquior sit, (Herodotum excipio) eúmque illi velut exemplar in huiusmodi præsertim rebus sibi proposuerint.

Ναῦς ab Eust. vno quidem in loco deducitur à verbo νῶ significante πορεύω (vt docui suprà in Ναω significāte Habito) in altero autē idem deducit à νέω, νήσω, quod est κολυμβῶ. in quo etymo melius mihi sentire videtur, & potius assentientem me sibi habet. Sed hoc addo, sequendo hanc etymologiā, prius esse νῆς quàm ναῦς. quū longè aptius à νέω, cuius futurum νήσω, deriuetur νῆς quam ναῦς. Hoc quoque sciendum est, scriptum esse νῶ apud Eustathium, pro quo repono νέω.

Composita quæ à nominatiuo Ναῦς
sunt formata.

C. Ναυαγὸς, οῦ, ὁ, Naufragus. Xenophon Hellen. 1, οὐκ αἰδέλοιπο τοῖς ναυαγοῖς. Et paulo pòst, αἱρεῖσθαι τοὺς ναυαγοῦν. Gregorius, ναυαγοί τε πλήμονες. VNDE Ναυαγία, ET Ναυάγιον, Naufragium. Demosthenes Pro corona, εἶτα χειμῶνι χρησάμενον, καὶ πονησάντων αὐτῷ τῶν σκευῶν ἢ καὶ σωθεὶς ἔπιτον ὅλως, τῆς ναυαγίας αἰτῶν. Plutarchus De Herodoto, διηρημένος συμπεσοῦσαν ναυαγίαν τοῖς βασιλικοῖς ναυσί. Lucianus ναυαγία χρησάμενος, Naufragium passus, Qui naufragium fecerat. Synesius epist. 4, φέρειν δεῖ πρὸς ἐνταφίου τὸν ἐκ ναυαγίας νεκρὸν, cadauer mortuum ex naufragio. Lucianus in Herm. οἱ ἐκ τῶν ναυαγίων ἀποσωθέντες, ex naufragio seruati: vel potius Ex iis quæ naufragio facto peribāt. seu peritura erāt. Et metaph. Luc. περὶ ὀρχήσεως, de Deucalione, καὶ πολὺ μεγάλην ὀπὴ πύπτω τοῦ βίου ναυαγίαν. Et apud Plutarchum in libro περὶ πολυπραγμοσύνης, ναυάγια οἴκων, ἐκπλώσεις ἠγεμόνων. Latini quoque metaph. vtuntur vocabulo Naufragium. nam Cicero dicit Naufragia & bonorum direptiones, Naufragium

fortunarum, Naufragia rei familiaris. ‖ Sed ναυάγιον frequentius accipitur pro fragmento nauis, aut iis quæ facto naufragio reperiuntur & colliguntur, vt sunt tabulæ ex naufragio, apud Ciceronem. Thucydides l.6, τὰ ναυάγια αἱ ἐλῃστριαι τῶν Συρακουσίων. Apud eundem pluribus in locis, τά τε ναυάγια καὶ τοὺς νεκροὺς ἐπεμπον. Sic & apud Xenoph. Hellen. 1, ἀναιρεῖσθαι τὰ ναυάγια. Thuc. lib. 1, τοὺς τὰ ναυάγια καὶ τοὺς νεκροὺς ἐπεμπον, ad nauium submersarum & fractarum reliquias. Et lib. 4, νεκροὺς ἀπέδοσαν, καὶ ναυαγίων ἐκράτησαν. Apud Dionysium Long. τὸν ὅλον τῶν ναυαγίων ἐν ἡμέρᾳ ἅπαν, super tabula ex naufragio. Plutarch. ὅλον λεπτοῦ ναυαγίου ἐξεφερόμενος. Metaphoricè in hac quoque significatione capitur, vt apud Plut. in Polit. præc. Δημάδης τὰ ναυάγια λέγων πολιτεύεσθαι. itidémque apud Soph. Electra, de iis qui in curi. equestri conciderant, τοῦ δ' ὅπλα τε Ναυαγίων Κελεύθου ἱππικὸν πέδον. Chœrilus apud Athen. l. 11, Χέρσῳ ὁλῶν ἔχω κύκλος τρύφος ἀμφὶς ἑαυτῷ, Ἀνδρῶν δ' αὐτοῖσιν ναυάγιον, οἷά τε πολλὰ Πηδῦμα Διωνύσιο θοὴς ὑδρεὸς ἐκέλευ' ἀϊάκτης, de poculis fractis, & hinc inde difiectis veluti naufragio. In eadem τοῦ ναυαγίου significatione Cicero videtur Latinum vocabulum accepisse, quum dixit, Naufragium reipublicæ colligere, ac salutem communem reficere. ET Ναυαγέω, Naufragiũ facio. Cic. pro quo alii & Naufragiũ patior. vt αἰμαρεῖσθαι τοὺς ναυαγήσαντας, Naufragos legere, Naufragorum corpora ad sepulturã conquirere, Naufragos seruare. B. Demosth. ναυαγήσαντα τὸ πλοῖον θραττόμενον ὑπὸ Πανσικάτου. ναυαγήσαντος δὲ τοῦ πλοίου ἀπολλέναι τὰ χρήματα. ‖ Interdum cum accusatiuo construitur in metaph. significatione, & tunc non incõmodè reddi potest Iacturam facio. vel, Naufragio amitto. Greg. ὃν ὀλίγῳ ναυαγήσας τῷ σπουδαίῳ. Idẽ, μὴ δὲ φορτοθῶ ἀφ' πλέον ἢ δυνάμεθα φέρειν, ἵνα μὴ αὐτοῖς ὑμῖν τοῖς βαπτιζομένοις ἀφ, καὶ τὸ χάρισμα ναυαγήσωμεν. vbi Bud. interpr. Ne baptismum obruamus peccatorum pondere.

C. Ναύαθος, In quo naues arserunt. ita dicitur fluuius quidam Italiæ, ab incensis in eo nauibus nomen sortitus. Etymol.

C. Ναύαρχος, ου, ὁ, Nauium præfectus. ὁ τῶν νεῶν ἄρχων, vt Hesych. exponit. Cicero quoque Nauarchũ dicit. Thucyd. lib. 8, ναύαρχος αὐτῆς ἐκ Λακεδαίμονος Ἀστυοχος ἐπὶ δεκάτον ὢν περ ἐγίγνετο ἤδη πᾶσα ἡ ναυαρχία. Aristot. Polit. 2, τὰ περὶ τοὺς ναυάρχους νόμῳ. Rursum Thucyd. lib. 4, pag. 125, ναύαρχος δὲ αὐτῶν ἐπέπλει, Nauium præfectus, seu Classis præfectus. cui subsunt πρωτοναύαρχοι & κυβερνῆται, vt in eadem pag. videre est. Demetrii autem adulatores Ptolemæũ per contemptum vocabant ναυαρχον, sicut Seleucum ἐλεφανταρχῶν, Lysimachum χαλκοφύλακα, Agathoclem νησαρχῶν. nec enim eos regio nomine dignabantur. VNDE Ναυαρχία, ας, ἡ, Præfectura nauium, seu classis. Exemplum ex Thucydide habes in præcedenti Ναύαρχος. Aristot. Polit. 7, cap. vltimo, ναυαρχίαι καὶ ἱππαρχίαι καὶ τοξιαρχίαι: & his specialiores, πεζαρχίαι καὶ λοχαγίαι καὶ φυλαρχίαι. ET Ναυαρχίς, ίδος, ἡ, Nauis qua classis præfectus vehitur. quam sunt qui prætoriam nauem interpretentur. Plutar. τὴν Θεμιστοκλέους ναυαρχίδα κυβερνήσει τοῖς πολεμοῦσι τῆς Ἑλλάδος. Idem in Alcibiade p. 67, ταχὺ δὲ σημεῖον ἦλθε παρὰ τῆς ναυαρχίδος φίλιον, ὥρμησε δὲ δεῖν ὅθεν τοὺς κεραυνοῦντας τῶν Πελοποννησίων. Prætoriam verò nauem (inquit Bayf.) Græci ναυαρχίδα vocant, nostri verò capitaneam. Diodor. lib. 20, καὶ τοῦτο τῶν μόνον ἐπὶ τῆς ναυαρχίδος. Idem autor aliquando σκαπτίδα vocat: vt eodem lib. τοῦ σαγγίλας τοῖς ναυτικοῖς ἀκολουθεῖν τῇ σκαπτίδι νηί. ET Ναυαρχέω, Classium duces. v. lex. ET Ναυαρχῶ, Nauibus præsum, Nauarchum ago, Nauarchi munere fungor. X. Hell. 2, οὐ γὰρ ἱκανοὺς ἀνῆκε δὶς τὸν αὐτὸν ναυαρχεῖν. Cõstruitur cum dat. vt annotat Suid. Item cum gen. vt apud Isocr. τῶν πλείστων ὧν ἐναυάρχει Λακεδαιμονίων.

C. Ναυβάτης, ου, ὁ, Qui nauem conscendit, Qui naue vehitur, Vector. Sophocl. Aiace, ὦ φίλοι ναυβάται, μόνοι ὑμῶν φίλοι, Socii nauales, Amici qui nauem mecum cõscendistis, & vecti mecum fuistis. Apud Suidam, πεζοὶ δὲ αὐτῷ ναυβατῶν περιῴδομος. vbi ναυβάτης exp. non solùm ὁπλίτης, sed & ναύτης. Apud Hesychium scribitur ETIAM Ναυάτης, quod exponit νεώς ὁπλίτης. Citatúrque itidem in v. lex. ex Lycophr. τοὺς δὲ ναυάτας Κρόκαμπα τοξοφόρους. Item apud Pollucẽ, ὁπλίτης, πλωτήρ, ναυάτης: quod magis tragicum esse ait. Quæ scriptura mendo carere videtur: vt ita dicatur ναυάτης pro ναύτης, sicut Nauita pro Nauta.

C. Ναυηγός, οῦ, ὁ, Ionicè pro ναυαγός, Naufragus. vel potius Nauifragus, vt poetico poeticum reddas. In Epigr. ναυηγὸς ναῦς, & ναυηγὸν ἄνεμοι. vt Ouidius, Fretum naufragũ: & Stat. Saxum nauifragum. In iisdem Epigramm. ναυηγὸς αἴσας, naufragũ fatum, quum videlicet aliquis naufragio facto perit. ‖ In prosa autem ναυηγὸς est Nauiũ ductor, Classis præfectus, vt ex Suida patet, qui ait, ναυηγός, ὁ τῶν νεῶν ἄρχων. τοῦτο δὲ κοινῶς· ἢ δὲ ποιητὴς καὶ τὴν ναυαγίαν τὰ οἰκεῖα γράφει. VNDE Ναυηγία, ET Ναυήγιον, Naufragium. poeticè pro ναυαγία & ναυάγιον. Sicut verò Ναυάγιον accipitur pro fragmento aliquo quod ex naufragio colligitur, ita & ναυήγιον. ET Ναυηγέω, Naufragium facio, pro ναυαγέω. quod tamen & apud Polybium habetur. pag. 191, πολλάκις δέ φασι γόντες τὰ μέγιστα πελάγη καὶ τοὺς ὅλους ἐκπλοῦς χειμῶνας, ὅν τοῖς λιμέσι καὶ πρὸς τῇ γῇ ναυηγοῦσι, in portu terramque radentes impingunt naufragiumque faciunt.

C. Ναύκληρος, Qui nauem possidet, Nauis dominus, Nauclerus, Plauto, Nauicularius, Nauiculator, Ciceroni. Plut. in Polit. præc. ἀπαιτεῖ μὲν ἐκλέγειν κυβερνήτης, καὶ κυβερνήτην ναύκληρος. Athen. lib. 5, τοῦ δὲ κατὰ ναῦν ἀδικήματος δικαστήριον καθίστασαν, ναύκληρος, κυβερνήτης καὶ πρωρεύς. vnde patet discrimen esse inter ναύκληρον & κυβερνήτην. est tamen hic ναύκληρος in naue non otiosus. Plut. Sympos. 4. ἀκέρδεστον εἶναι τὸν ναύκληρον καθεζόμενον. Aristot. Rh. 2, ὥσπερ ναύκληρον, ἀργεῖν, ὑπτιάζοντα. Comicus quidã apud Athen. lib. 13, de Phryne meretrice quam Charybdin vocat, τὸν τε ναύκληρον καθεῖσα καταπίνει αὐτὸ σκάφη. Ammonio ναύκληροι sunt non solùm οἰκεῖαι κτήσεις, sed etiam ita vocatos scribit τοὺς μισθωτὰς τῶν οἰκιῶν. vbi potius scribendum μισθωταί, locatores. Hesychio est ὁ οἰκοδόμος τῶν ἐπὶ τῶν ἔργων: vt sit ναύκληρος qui ita hospitibus domum suam quasi locat, vt nauicularius vectoribus. Hyperides verò ναύκληρον vsurpauit ὅτι τὸ μισθωθὲν ὅτι τὰ τοῦ οἰκίου ἐκλέγειν, siue οἰκίας aut οἰκοδομίας. vt annotat Harpocr. quem Hesych. ναυκλαρῶν, alii ναυκλεῖς appellant. Metaphoricè autem paterfamilias dicebatur ναύκληρος. Pollux libro 1, ὁ οἰκοδεσπότης τῆς οἰκίας, πατρῴους· τοῦτο δὲ τοῖς Δικαιοῦσι καὶ Λοιδοῦσι ἱστορεῖται οἰκοδομεῖν, ἔνιοι δὲ αὐτὸ καὶ ναύκληρον ἐκάλουν. Forsan tamen & hic ναύκληρος, idẽ qui paulo antè Ammonio & Hesych. Ναύκληροι Athenis dicebãtur etiã οἱ δημόται. Pollux l. 8. περὶ δημάρχων loquens, οὗτοι οἱ κατὰ δῆμον ἄρχοντες, ἐκαλοῦντο τότε ναύκληροι, ὅπερ καὶ οἱ δῆμοι ναυκραρεῖς. nisi forte ibi scribendum ναύκαροι, aut ναυκλαροι, vel ναυκραροι. nam inter ναυκράρους & ναυκλήρους Ammonius distinguit, & Hesychius inter ναυκλάρους ac ναυκλήρους. Agnoscit tamen & Harpocr. ναύκληρος in hac significatione vsurpatum ab Hyperide. ‖ Item adiectiuè pro Nauticus. nam ναυκληρικὸν πάτωμα, Hesych. exp. τὸ ναυτικόν. VNDE Ναυκληρικός, ου, ὁ, Ad nauiculariũ seu nauclerum pertinens, Nauclerius: vt Plautus dicit Nauclerio ornatu. Alibi Naucleriacus dicit, Ventas huc ornatu naucleriaco. Athen. lib. 5 ἡ δὲ ναυκληρικὴ δίαιτα, κλιῶν μὲν πεντεκαιδέκα, nauclerium conclaue. Et τὰ ναυκληρικά, apud Platonem lib. 8 De leg. Nauclerium vitæ genus. Itẽ ναυκληρικὸς dicitur pro ναύκληρος, vt σκαπανικὸς interdum pro σκαπανεύς. vel Qui nauclerium vitæ genus sequitur. Plutar. an seni capess. resp. Λαμπις ὁ ναυκληρικὸς γέρων πολίτης τῆς ἐκπεσόντος τὸν πόδον. aliquanto post dicit, Λαμπωνα ὁ ναυκληρικὸς: incertum an de eodem. ET Ναυκληρία, ας, ἡ, Naucleriacũ vitæ genus: quo videlicet aliquis nauem possidens vectoribusque eam locãs quæstum facit. Aristot. Polit. 1, περὶ ἐμπορίας loquẽs, quam præcipuam τῆς μὲν χρηματιστικῆς speciem constituit, ταύτης μέν ἐστιν, ναυκληρία, φορτηγία, τοκισμός. quorum summum genus ἡ χρηματιστική. A T Ναυκλήριον, Nauigium, q. d. Naucleriaca possessio. Demosth. in Aristocrat. p. 289, μέχρι τοῦ ναυκληρίου κεκτῆσθαι τῆς Ἑλλάδος, καὶ κατεσκευάκασι τὴν πόλιν αὐτοῖς καὶ τὸ ἐμπόριον. Sic apud Plutar. in Apophth. Lacon. pag. 205, τὸν μακαρίζοντα Λάμπιν τὸν Αἰγινήτην διότι ἐδόκει πλουσιώτατος εἶναι, ναυκληρίας πολλὰς ἔχων, multa nauigia quæ vectoribus elocabat, seu quibus negotiabatur. quem ναυκληρικὸν paulo antè vocat. ET Ναυκληρέω, Nauclerus sum, Nauicularius sum. Construitur interdum cum accusatiuo, interdum cum genitiuo, diciturque de eo qui nauclerus est, & possidet nauem, eiusque dominus est. Demosthenes, Εὐφαικλῆς μὲν τοῦ πατρὸς κυβερνᾶν τὴν ναῦν τοῦ Ἑλλήσπου ἐναυκλήρει. Sic & alibi. Plutarch. εἴδεν ἀμηχάνῳ φορτηγὸν αἰφνίδιον μέλλουσαν, ἧς ἐναυκλήρει Ῥωμαῖος αἰήρ. Hesychius ναυκληροῦμεν exponit ναυπλοῦμεθα. ET Ναυκληρούσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui à nauclero elocatur, specialiter eo qui σαυμεῖχος appellatur. vnde ναυκληρούσιοι σῖτοι apud Hesychium, τὰ πανδοκεῖα, Tabernæ, Diuersoria: quæ & ἐμπορεῖα nonnullis, vt ἐμπορικὸς οἶκος, Stesichoro. potest tamen & nauis dici ναυκληρούσιμος σῖτος: quippe quæ & ipsa à nauclero locetur vectoribus.

AT VERO Ναύκλαροι, SIVE Ναύκραροι, SIVE Ναύκαροι, Athenis dicebantur olim οἱ κατ' δῆμους ἄρχοντες, quos Pollux ναυκλήρους quoque appellatos dicit. Hesychius, ναύκλαροι, δήμαρχοι ὑπηρέται, duodecim ex qualibet tribu, qui ἀφ' ἑκάστης χώρας τοὺς εἰσφορεῖς ἐξέλεγον, postmodum δήμαρχοι vocati. Facitque Hesych. discrimen inter ναυκλήρους & ναυκλάρους: itidémque Ammonius inter ναυκλήρους & ναυκράρους distinguit, ac ναυκράρους esse dicit τοὺς τὰ δημόσια εἰς τεσσαρακοσίους κτήματα. Aristoph. quoq; schol. δημάρχους appellatos fuisse scribit eos qui prius ναύκλαροι vocabantur, siue ii (ναύκλαροι videlicet) à Solone constituti, siue etiam ante Solonem: qui τοὺς ὑποτεταγμένους τῷ ἑκάστῳ δήμῳ χρεῶν, καὶ παρ' οἷς τὰ λιξιαρχικὰ γραμματεῖα τῶν σωμάτων τε τοῖς δημοις ὅτε δέοι, καὶ ψῆφον αὐτοῖς ἐπεδίδοσαν, καὶ ἐνεχωρίαζον, καὶ πῶς πρωτῶν τῶν Γαναξιωτῶν ἐκόσμουν. Aristot. quoque in Rep. Athen. eosdem fuisse δημάρχους & ναυκλάρους, ac mutato tantùm nomine δημάρχους in ναυκράρων locũ à Clisthene constitutos fuisse autor est, ita de Clisthene loquẽs, κατέστησε καὶ δημάρχους πλὴν αὐτὸν ἔχοντας ὁπτμήκειαν τοῖς τέσσαρσι ναυκράροις, καὶ τοὺς δήμους αὐτὸ τοῦτο ναυκραρίων ἐπίσησεν. Sic enim verba eius emendo ex Harpocr. & Aristophanis scholiaste ac Poll. Pro ναυκράροις autem & ναυκραρίοις, vt apud Aristoph. schol. scribitur, apud Harpocrat. habetur ναυκράροις & ναυκραρίων. Cæterùm fuisse ναυκράρων nomen antiquum, & ante Clisthenis tempora, ex Herodoto quoque discimus, qui lib. 5, de Clisthene & Isagora loquens, ait, οἱ πρυτάνεις τῶν ναυκράρων οἵπερ ἔνεμον πότε τοὺς Ἀθήνας. cuius loci meminit & Harpocr. dicens ναυκράροις ibi prisco nomine ab eo vocari τοὺς ἄρχοντας. Ab his siue ναυκλάροις siue ναυκράροις, siue ναυκαροις, paragogica FORMA Ναυκλάριοι, SIVE Ναυκράριοι, SIVE Ναυκάριοι, Athenis dicebantur οἱ δῆμοι, vt tum ex Aristot. loco paulo antè citato cognoscitur, tum ex iis quæ in Ναύκληρος ex Polluce adscripsi. ET Ναυκαρία, ας, ἡ, à nomine ναύκαροι vocabatur duodecima pars tribus. Poll. l. 8, περὶ δημάρχων, post verba illa quæ in Ναύκληρος ex eo citaui, tum de hoc ναυκαρία, tum de ναύκαροι ait, ναυκαρία δὴ λῶ τέως φυλῆς δυοκαιδεκάτον μέρος· καὶ δυώδεκα ναυκάριοι ἦσαν, πέντε τῶν τέτταρα κατ' τὴν εἰσφορὰς τοὺς κατ' δῆμους διεχρόπτοντο οὗτοι, καὶ τὰ δὲ αὐτῶν αἰαλώματα. ναυκαρία δὲ ἑκάστη δύο ἱππεῖς παρεῖχε καὶ ναῦν μίαν. ἀφ' ἧς ἵππος ὠνόμαστο. A nom. ναύκραροι dicuntur ETIAM Ναυκραρία, οἱ ἵππεις ἐν οἷς ἐνέκειντο τὰ κτήματα, vt Ammon. tradit. Loca illa vbi reponebantur quæ à ναυκράροις per singulas ναυκραρίας exacta erant. A T Ναυκρατικά. vide in Ναυκρατικά.

C. Ναυκράτης, εος, ὁ καὶ ἡ, Qui classis præsidio tenet aliquẽ locum, aut etiam occupat, Qui nauium auxilio dominatur alicui loco vel aliquibus. Ex Herodoto, ναυκράτες τῆς θαλάσσης, classe mare occupantes. ‖ Ναυκράτης à quibusdam dicta fuit etiam ἡ ἐχενηΐς, teste Eustath. à retinendis & remorandis nauibus, seu eorum cursu. ‖ Ναυκράτης est etiam nomen proprium. ‖ At Ναύκρατις Ægypti oppidum est, vnde ostium quidam Naucraticum nominãt. cuius gentile nomen Ναυκρατίτης. apud Athenæum sæpe, οἱ ἐμοὶ Ναυκρατῖται. erat enim eius patria Naucratis. Et Apud Plin. lib. 5, cap. 9, Naucratites nomos, seu Præfectura Naucratitis. Pro Ναυκρατίτης dicitur etiã Ναυκρατώτης, forsan à Ναυκρατῶν aut Ναυκρατία, inquit Steph. Ab hoc Ναύκρατις Harpocr. existimat ESSE Ναυκρατικὰ quod apud Demosth. legitur in Timocr. μὴ ποτε βέλτιον φέρῃ ὅπῃ τοῖς Αἰγιναίοις ναυκρατικά, vt sit ὁπὸ Ναυκρατικοῦ πλοίου vel Ναυκρατικῶν ἐμπλεόντων. qui à Ναύκρατις olim erat emporium Ægypti. Si verò (inquit) Ναυκρατικὰ scribatur, fuerint τῶν ἀρχόντων, eo quòd ναύκραροι olim dicerentur οἱ ἄρχοντες, vt ex Herodoti lib. 5 manifestum est. ET Ναυκρατέω, Nauibus obtineo, Nauibus supero seu Superior sum. Pass. Ναυκρατέομαι, Nauibus seu nauali præsidio inferior sum, Classe vincor, seu superor. Xenophon Hellen. 6, κατ' θάλασσαν δὲ οὐδὲν εἰς ἦλθε αὐτοῖς, ὅτῳ τὸ ναυκρατεῖσθαι, eo quòd inferiores essent naualibus copiis, Bud. interprete. ITEM Ναυκράτωρ, Qui classe obtinet, Qui naualibus copiis tenet locum aliquem: vt idem fit cum ναυκρατής. Hesychio ναυκράτορες sunt οἱ τῶν νεωνήρου μέρους, forsan qui suprà ναύαρχοι.

C. Ναύλοχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui naues insidere possunt, hoc est Nauium stationi accommod°. vt λιμένες ναύλοχοι, i. ἐν οἷς ὅτι λοχῶσι, vt Homeri quoque verbis confirmatur quæ mox afferam. Addit Eustathius & alias duas etymologias: vnam à λέχος, videlicet ἐν οἷς ἀνάζον) νῆες: alteram ab ὀχεῖσθαι, pleonasmo literæ λ: vt λιμένες ναύλοχοι sint ἐν οἷς ὀχοῦνται αἱ νῆες, secundum illud Homericum, καὶ λιμένες νηῶν ὀχοί. Sed prius etymon simplicius est & ex Homero confirmatur, qui Odyss. η in fine ait, λιμένες δ' ἔνι ναύλοχοι αὐτῇ Ἀμφίδυ μοι, τὴ τόν γε μένον λοχόωντες Ἀχαιοί. Odyss. κ, Ἔνθα δ' ἐπ' ἀκτῆς νηῦς κατηχεμένη σίωπῇ Ναύλοχον ἐς λιμένα. Et ναύλοχοι θεσπίζουσι apud Euripidem in Hecuba, id est τὰ ναύσταθμα. Et apud Sophoclem in Aiace, ναύλοχος λιπὼν ἕδρας, id est τὸν ναύσταθμον, ἔνθα αἱ νῆες ἵστανται καὶ λόχον, id est καὶ τάξιν, inquit schol. etymon simul exprimens. Idem Sophocles dixit etiam ναύλοχα λουτρά, lauacra maritima, seu nauium stationi finitima, θαλασσαλάσσια, vt scholiast. exponit in Trach. ὦ ναύλοχα καὶ πηγαῖα θερμὰ λουτρά. Intelligit autem ibi λουτρὰ τὰ Ἡρακλεια, de quibus & Athen. Item apud Pollucem ναύλοχοι λιμένες lib. 1, fortasse pro ναύλοχοι, quod apud Homerum habetur. Suidas ναύλοχος videtur etiam substantiuè capere pro statione nauium: scribẽs, ναύλοχος, εὔδιος, ἐν ᾧ αἱ νῆες λοχῶσιν ἢ ἀναπαύσῃ). vbi fortasse scribendum εὔδιος, vt fit adiectiuum, & subaudiatur λιμών. NAM Ναύλοχον potius n. gen. dicitur pro ναύλοχος λιμών, seu ναύλοχος ἕδρα aut ναύλοχος θεσπιῳκός, Statio nauium, Locus quem naues insident, Nauale. Plutarchus De solert. anim. θεσφαιέστα δελφίνα θεσέσεσθεν ὡς τῶν ἐκκαλεῖσθαι καθηγούμενον εἰς τὰ ναύλοχα. Naulochum apud Plinium libro 4, capite 3, est etiam nomen oppidi cuiusdam Locrorum. Idem in fine libri 5, meminit Naulochi promontorii, & lib. 4. cap. 12, Naulochi insulæ, & capite 11, oppidi Tetranaulochi. A T Ναυλοχῶ, In statione maneo, vel Stationem nauium insideo. Apud Suidam, ὁ δὲ νῶς θεσσάτζει ὀν τοῖς ἀγκῶσι ναυλοχεῖν καὶ θάνοντας· ἐπιδὰν δὲ ἀέσωνται, ζῶ γνέν ἀὼν τὸν γόφεραν. Hesychius ναυλοχεῖ exponit ὀν τῇ νηῒ καταπέπαυται. Vbi videtur ναυλοχεῖν deducere à λόχος, quo significatur σώπημα quoddam militare. vt ναυλοχεῖν sit In naui per λόχους dispositum esse. Sed Pollux aliter videtur accipere hoc ναυλοχῶ, videlicet pro Classe insidias struo, Naue aliquem locum insidens, aduersarium obseruo. ait enim τὸ δὲ φυλάττειν πιαὶ, ἐφορμεῖν καὶ ναυλοχεῖν. vbi etiam reddere posses, In statione nauium manens obseruo & insidior. Et id colligitur etiam ex loco quem é Suida citaui, qui paulo post ναυλοχῶ exponit τὸ πὰς ναῦς ὀνεδοβύω. Sic accipitur & apud Thuc. l. 7, p. 235, ἑκοσι ναῦς, αἷς εἴρητο θεῖ τε Λοκροὺς καὶ Ῥήγιον καὶ τὴν θεσσβολὴν τῆς Σικελίας ναυλοχεῖν αὐτοῖ. vbi nota casum accus. quo cum construitur. Apud Hesych. habetur etiam ναυλοχῶντων, quasi à ναυλοχάω, quod exp. ὑποδεχομένων τοὺς ναῦς. dubium an pro Excipere ibi accipiat (eo modo quo hostem in insidiis aut etiam irruẽtem excipere aliquis dicitur) an verò pro Excipere, hoc est In stationem recipere. Suidas ναυλοχῶ exponit τοὺς ναῦς ἀναπαύω καθεστῶν.

C. Ναυμάχης, ου, ὁ, ET Ναυμάχος, ου, ὁ καὶ ἡ, E naui dimicãs,

Nauale præliũ cõmittens. vt ναυμάχος ἀνὴρ, apud Suidã. A Sed ναυμάχης ex Chrysost. affertur pro Classe decertãs.

A T Ναύμαχος proparoxytonως, Quo dimicatur, ex nauib⁹, Nauali prælio apt⁹. Il.o, Μακροῖσι ξυσῖσι θοὰ σφ' ὄβριμα ναῦσιν ἔκιχε Ναύμαχα κολλήεντα κυ᾽ σῶμα εἰ μθία χαλκῷ. ὠκὺς ναυμαχίαι ὀβριμόθυμος. In eodẽ lib. aliquãto pòst, Νώμα δὲ ξυσὸν μέγα ναύμαχον ὀν παλάμησι, Κόλλητ᾽ ὀλής θροισ. Itidémque apud Herodotum ναύμαχα δόρατα quæ Homerus hic ναύμαχα ξυσὰ appellat, Hastæ ad nauale præ lium accommodæ, seu Spicula nautica, vt vulg. lex. interpr. B V N D E Ναυμαχία, ας, ἡ, Certamen seu prælium nauale, Pugna naualis. Naumachiam nũnulli etiã inter Lat. dixerũt, vt Plin. & Velleius. Et Suet. Naumachiam committere. Thucyd. lib. 1, μιᾷ τε νίκῃ ναυμαχίας κυ᾽ τὸ εἰκὸς ἀλίσκονται. Et libro 2, ἀνάγκη αὖ ἐπὶ πλῶ ναυμαχίαν πεζομαχίαν καθίστασθαι. Idem lib. 1, ναυμαχίαν πνὰ θεραχῖαν ἐποιήσαντο. Plutarch. De Herodoto, ναυμαχίαις αὐτὸς κεκρατωῦτας τὴ Ἑλλῆνας. Demosth. Philipp. 3, καὶ οὔτε ναυμαχίας οὔτε πεζῆς μάχης οὐδεμιᾶς ἠτήσατο. vbi opponit ναυμαχίαν & πεζῶ μάχῳ: sicut Pro corona, ναυμαχίας & πεζᾶς στρατείας. Aristot. De arte poetica, ὅτε ἡ ὀν Σαλαμῖνι ἐγένετο ναυμαχία. Rursum Thucydides dicit ναυμαχίαν ἀπωσάμενα τοῖς Κορινθίοις, pro κυ᾽ ναυμαχίαν, id est Prælio nauali. A T Ναυμάχιον dicitur Mulcta quam persoluit is qui prælio nauali non interfuit, Mulcta quæ exigitur ab eo qui à pugna nauali abfuit. τὸ ὄφλημα τοῦ μὴ ναυμαχῆσαι, Suid. I T E M Ναυμαχέω, Prælio nauali confligo, Naumachiam committo, vt Sueton. loquitur. Xenoph. Hellen. 1, ὅτε ἀνάγκη ἐπὶ καὶ ναυμαχῖν καὶ πεζομαχῖν καὶ τειχομαχῖν. Thucyd. libro 3, καὶ δὲ ὑπειρῶσαι ὄντες ὀναυμαχήσαμθρ ἐπ' Ἀρτεμισίῳ. Construitur etiam cum dat. personæ, vel cum præpos. πρὸς suum regente casum. Thucyd. lib. 1, Φοίνιξι καὶ Κυπρίοις καὶ Κίλιξιν ὀναυμαχῆσαι καὶ ἐπεζομάχησαν ἅμα. Et lib. 2, πρὶν πᾶς αὐτὰ ἡμέρας τρὶ ὀν Σπράτῳ μάχης ναυμαχῆσαι πρὸς Φορμίωνα. Vsurpatur etiã simpliciter pro μάχομαι, i. Pugno. Aristoph. Vesp. κακοῖς τοσούτοις ναυμαχεῖν ὀσημέραι, cum tot malis depugnare. Ab hoc ναυμαχέω est desideratiuum V E R B. Ναυμαχησείω, Nauale certamen inire gestio, Nauali prælio con currere cupio. πρὸς ναυμαχίαν ἐπίμως ἔχω, ἐρῶ τοῦ ναυμαχῆσαι, ὅθ' θυμίαν ἔχω ναυμαχίας, vt Suidas exponit. Thuc. lib. 8, pag. 287, πρὸς ἠδυνατο τὸ αὐτοῖς ὀν τῆς Μιλήτου ναυμαχησείοντας. Sũt & quædam bicomp. huius verbi ναυμαχέω. P R I M V M, Διαναυμαχέω, Nauali prælio decerno, Naua li prælio decerto. I ſocr. S E C V N D. Ἐνναυμαχέω, Pugna nauali dimico in. T E R T. Καταναυμαχέω, Naua- li prælio oppugno, Nauali certamine adorior aut inua do. Apud Suidam, πρὸς τὴν βασιλικὴν κατεναυμάχησε τόλον. Sed videtur nõ tam significare Naualibus copiis adorior & oppugno quã etiam expugno, Nauali præ lio supero. quod & ναυκρατέω. Lucian. De hist. scrib. ὥσπε καὶν καταναυμαχῶν, πότε οὐκ ὀκεῖνος ὁ καταδύων ὄβ' καὶ φθύρων, οὐκ ὀκεῖνος ὁ διώκων. qui enim nauali prælio inferiores sunt, aut καταδύνσιν, aut φθύρωσι. Q V A R T. Προναυμαχέω, Prior nauale prælium ineo. Nauale certamen auspicor. vel etiam Nauali certamine propugno, Herodot. πρὸς ναυμαχήσας Πελοποννήσου, pro Pelopõnéso nauali prælio dimicabis. In v. l. perperam scribitur πρὸς ναυμαχήσας. Q V I N T V M Συνναυμαχέω, Vnà nauali prælio decerto, Naualis belli seu certaminis socius sum.

C. Ναυπηγός, οῦ, ὁ, Qui naues compingit, Nauium fabricator, Naupagus seu Naupegus. (nam & his quidam ex Latinis vsi sunt, Chalcidius & Iul. Firmicus) Thuc. l. 1, Ἀμεινοκλῆς Κορίνθιος ναυπηγός. V N D E Ναυπηγησία, ας, ἡ, Nauium compactio seu fabricatio. Thucyd. lib. 4, pag. 156, ναυπηγίαν πεπόρευν παρεσκευάζετο, ad compingen das triremes se accingebat. Idem lib. 8, p. 265, πλῶ πρόσαξιν τῆς πόλεσιν ἐκπὸν νεῶν τῆς ναυπηγίας ἐπιοῦσῶ. Et paulo pòst, παρεσκευάζετο ἡ ναυπηγίαν, ξύλα ξυμπεσσάμενοι. E T Ναυπήγιον, ου, τὸ, Locus vbi naues compinguntur. Officina in qua naues fabricantur. Aristoph. ὀν ναυπηγίῳ. E T Ναυπηγικός, Ad nauium fabricationem seu fabros pertinens. At ναυπηγική, sc. τέχνη, Ars fabricandi naues. I T E M Ναυπηγέω, Naues fabricor. In passiua significatione apud Xenoph. Hellen. 1, ὅπως ἄλλας ναυπηγηθείσας. Plutarch. De fort. Rò manorum, ὁ καὶ ἡ πεντήρης ναυπηγεῖται μὲ ὑπὸ πλήθῶν καὶ ὕλας πολλῆς, σφύραις καὶ πρίσι ἀεκαστ, ἀδῆν καὶ γομφώσασι καὶ πρίσι καὶ πελέκεσι. Actiua quoque significatione ναυπηγεῖσθαι dicitur pro ναυπηγεῖν, & cum accusatiuo construitur. Æschines, πάφοις ὑξεργάζεσθαι, ἢ πεντήρεις ναυπηγεῖσθαι. Polybius, ναυπηγεῖσθαι σκάφη. Arrian. ναυπηγεῖσθαι ναῦς μακράς. itidémq; Isocr. in Euagora, πεντήρεις ὀναυπηγήσατο, triremes fabricandas curauit, vt Bud. interpr. pag. 762. vbi & alia exempla affert.

V N D E Ναυπηγήσιμος, ου, ὁ ἢ, Naubus fabricandis apt⁹, Compingendis nauibus accommodus. vt ναυπηγήσιμος ὕλη apud Theophr. Hist. plant. libro 4, cap. 6, Materia fabricandis nauibus idonea, qua χρῶνται πρὸς τὰς πεντήρεις, vt ibidem loquitur. Ex Liuio interpretari possum⁹ Naualis materia: qui ait, Ære prætere a, ferroq; & linteis & sparto & nauali alia materia ad classem ædificandam. Thuc. l. 7, p. 156 & 240, ξύλα ναυπηγήσιμα. quo vtitur & Xenoph. Hellen. 5. Et ναυπηγήσιμος πόλις, in v. l. Commoda ad naues ædificandas. B I C O M P. Προσναυπηγέω, Insuper classem ædifico. In v. l. πρὸς ναυπηγεῖσθαι νέας simpliciter exponitur Naues exædificari.

C. Ναύποδα Hesychio μακροπόδα.

C. Ναυσταθμος, ου, ὁ, Nauium statio. pro quo Sophocles dicit ναυλόχους ἕδρας. Lucian. ὑπὸ τὸ ναυσταθμῶ καθίσας ἑαυτὸν, supra stationem nauium. Strabo libro 14, ὧν τὸν ἕτερον κλεῖσὸν πεντηκόν καὶ ναυσταθμῶν ναυσὶν εἴκοσι. vbi πεντηκόν vocat nauale ad triremes recipiendas: vnde intelligere potes ναύσταθμον esse maiorum nauium capacem, πεντηκόν autem longarum. Naustathmus est etiam portus cuiusdam nomen in Sicilia. Plin. lib. 3, cap. 8. Et in v. lex. Africæ promontorium & castrum. Ναύσταθμος dicitur etiam ὁ ναυπηκὸς στρατὸς, nauales copiæ, vt Suid. scribit, respicit autem ad locum quẽdam Aristoph. in quo pro ναυφράκτῳ quædam exemplaria habent ναυσταθμῷ. Reperitur E T I A M Ναυσταθμος, ου, ἡ, itidem pro Statio nauium. Thucydides, ναυσταθμοὶ δὲ μᾶλλον ἦσ αὐτῆς ἡ Μαλέα, Statio nauium erat eis Malea. Plut. ναύσταθμα πεζικά.

C. Ναυστολέω, ῶ, F. ήσω, Naui veho seu duco, Naui deduco, Exempla ex Eurip. & Alciphr. & Athen. habes apud B. pag. 871, & 872. Et metaphorice apud Athen. lib. 14, ex Euripide, Οἰκεῖόν σ' ἐστὶ, καὶ τὰ ναυστολούμενα ἔσω δόμων σύζυγα, quæ importantur. Item Classe peragro, Naui permeo. Sophocles apud Athenæum libro 11, ἵππῳ τὴ κώμασιν ναυστολῶ χθόνα. Accipitur etiã pro Nauigo, vt apud Ciceronem Tusc. 3, pro his Euripidis in Thes. Καὶ μὴ μακρὰ δὴ σῆμ' πόντου ἐναυστολοῦμ, Nec tam arumnoso nauigassem solo. Item, Naui peto, Classe contendo. & interdũ simpliciter pro Proficiscor. Lucian. Lexiph. ναυστολῶν εἰς τὸ βαλανεῖον. Item Rego & guberno veluti nauem. vulg. lex. ex Euripide, ναυστολῶ πλῶ πόλιν, gubernabis ciuitatem. Quibus ex Aristophane addunt ναυστολῶ πῶ πέρυγι, de remigio alarum.

V N D E Ναυστολία, ας, ἡ, Nauigatio, Profectio quæ naui fit. πλοῦ, Hesychio & Suidæ.

C. Ναυφθορία, ας, ἡ, Naufragium.

C. Ναυφράκτης, ου, ὁ καὶ ἡ, Nauibus septus, seu circunseptus, Nauibus armatus & munitus. vt ναυφράκτῳ στρατεύματα. apud Euripidem, Nauales copiæ, seu Nauticus exercit⁹. Sic Aristoph. Equitibus, Οἵπνες πεζῆς μάχαισιν ἔτι ναυφρεφάκτῳ στρατῷ Πανταχοῦ νικῶντες ἀεί. id est, πῷ συμπεφραγμένῳ καὶ σωτεπαγμένῳ ναυτικῷ. Ab eodem ναύφρακτος vsurpatur etiã pro ναύφρακτος στρατὸς, seu ναυτικὸς, vt scholiastes annotat, in Acharn. Πρὸς τοὺς θεῶν αὐθρῶπω ναύφρακτον βλέπεις. vbi addit, scribi etiam ναύσταθμον, quod & Suid. habet. Ναύφρακτος Hesych exp. ναύσταθμος, λιμένα. Composita à datiuo plur. Ναυσί.

C. Ναυσίθοος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui in nauibus seu ex nauibus viuit. Alciphr.

C. Ναυσικλυτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Nauibus seu re nauali inclytus, Clarus rebus naualibus. Od. ζ, κούρη ναυσικλείτοιο Δύμαντος. E T Ναυσίκλυτος pro eodem. Od. ο, Φοίνικες ναυσίκλυτοι ἀνδρες. id est κυ᾽ πᾶς ναῦς ἔνδοξοι.

C. Ναυσιπέδη, ης, ἡ, q.d. Nauium pedica, seu Quod nauibus pedicæ loco iniicitur. Funis aut catena qua nauis in littore religatur. Luc. Lexiph. ἔκπεσὼν πνὰς ἀμφιγόμοις καὶ ἐσχάδας σιδηρᾶς ὀφεῖς καὶ ναυσιπέδας, αἷς χαλῶ τὸ δρόμου τὸ ῥόθιον. vbi etiam de anchora intelligi potest.

C. Ναύσιπόδες dicuntur homines insulares, quia in mari nauibus ceu pedibus vtuntur. Eust. ναυσίποδες, οἱ νησῶται ὡδὰ τοῖς παλαιοῖς, ὡς ναυσὶ χρώμενοι πρὸς τὸ δῆθ' θαλάσσης ὁδοιδόειν ὅσα καὶ ποσί.

C. Ναυσίπορος, ου, ὁ ἢ, ὁ, q.d. Nauibus peruius, Nauibus meabilis, Nauigabilis. vt ναυσίπορος πλοῦς, ὁ ὑπὸ νεῶν περαιούμενος. Herodianus lib. 6, οἱ ἥρωες μὲ ναυσίπορον ἔχουσι τὸ ῥεῖθρον δῆθ' βάθος τε καὶ πλάτος, æstate nauigabiles. A T Ναυσίπορος, q.d. Nauigradus. (ea forma qua dicitur Pontigradus) Naui permeans. Exponitur & actiuè, naues seu nauem aliquò permeare faciens, seu traiicere. vt ναυσίπορος πλάσας apud Euripidem.

C. Μυριόναυς, infinitis nauibus instructus. in Epigr. μυριόναυν ἀρὴν, Martem seu bellum cui sunt infinitæ naues. Compos. à genit. Νεὸς, siue Νεώς.

C. Νεολκία, ας, ἡ, Nauis tractio. (In vulg. lex. exponitur Naua le, perperam. id enim νεόλκιον dicitur) E T Νεολκίω, Nauem traho, seu attraho, Nauem subduco. Apud Athenæum libro 8, Stratonicus rogatus à quodam πόνα ἢθ' πλοίων ἀσφαλέστατά δοι τὰ μακρὰ ἢ στρογγύλα, respõdit τὰ νενεολκηθθία, quæ in nauale seu portum subducta sũt. Pro his tamen νεολκία & νεολκίω scribitur etiam νεωλκία νεωλκέω, quæ scriptura magis placet. Affertur tamẽ νεολκέω, ex Polybio quoque. Sic scribitur & apud Alciphr. ep. 1, τὸ πρεσῶν νεολκηθὲν σκαφείδιον ἀπουδῆ κατεσύρεμθρ. I T E M Νεόλκιον, Nauale, Locus in quem naues subducuntur. per hoc Hesych. exp. νεών.

C. Νεουργὸς, ου, ὁ, Nauium fabricator. Idem cum ναυπηγός. sed φιλοπμότερον esse hoc vocabulum Poll. annotat. Aliàs Νεουργὸς significat Nuper factus, νεωστὶ εἰργασμθρος, à νέος.

C. Νεωλκὸς, ου, ὁ, Qui naues in stationem seu portum attrahit. vel potius Qui è portu nauẽ extrahit & super phalangibus statuit. Pollux, νεωλκοῦ δὲ σκεῦη, φάλαγγες, φαλαγγία, ὅλκοι. Helciarii à Martiale appellantur qui naues in portum attrahũt & è portu in aridam, puluinos supponentes, rursumque ab terra in mare moliuntur. qui Helciarii ab ἕλκειν dicuntur, perinde vt νεωλκοί.

V N D E Νεωλκία, ας, ἡ, Nauiũ tractio, seu attractio. duobus enim modis accipi potest, vel pro illa helciariorũ qua in portum & è portu in terram subducitur aut deducitur: vel pro ea tractione quæ fit cessante vento. Sũt qui interpr. Subductio, ex Cæs. lib. 5 De bello Gallico. Theophrastus, πλῶ δὲ ὅθ' πνοιῶσι, πεντήρεσι μὴ δρυΐνῳ, ἵνα αἴτεχῃ πρὸς τὴν νεωλκίαν. vbi de helciariorum attractione intelligitur. E T Νεωλκίω, Nauem traho, seu attraho, & subduco. Polybius lib. 1, pag. 8, πεισαμθροι δὲ ἢ ὀπόβασιν ὀν τῶν τὰ καὶ νεωλκήσαιτες, ἐπ δὲ πάφρω καὶ χάεσι κεκελαδόντες τὰ ναῦς, ἐγίνοντο πρὸς τὸ πολιορκεῖν αὐτῶν. Lucianus, ὡς δέκα ὅλων ἐτῶν μηδὲ νεωλκῆσαι μηδὲ δῆθ' ψῦξαι τὸ σκαφίδιον. Et in pass. apud eundem, νενεωλκημθρον ἀκάπον καταστάσας. itidémque apud Athen. & Diogenem Laert. νενεωλκημθρα πλοῖα, nauigia in terram subducta. Item apud Pollucem, νεωλκημθρα, sine augmento, ἡ οὐκ ἐπ πλέουσα, αὐτελκωσμθρα, δῆθ' ψυχομθρα, sc. ἀῶς. vbi cognoscitur νεωλκεῖσθαι dici naues quum per helciarios subiectis puluinis & phalangibus ex aqua in terram subducũtur ac exterguntur, ne à salsedine ligna putrefiant. A T Νεώλκιον, Nauale, Locus in quem subduciuntur naues. νεῶν, νεώσοικος. Pro quo apud Hesych. in Νεῶν, scribitur Νεόλκιον.

C. Νεωποιὸς, οῦ, ὁ, Qui naues fabricatur. idem cum ναυπηγὸς & νεουργός. vocabulum à recentioribus φιλοπμότερον vsurpatum, sicut & νεουργὸς, teste Poll.

C. Νεωρέω, Naues custodio. Eust. pag. 1562, λέγεται δὲ τὸ ὄθ' πίστον, (Ionicè ab ἱστία pro ἑστία) καὶ νεώριον ἢ νεῶν πρὸς ἐκπῶς, καὶ νεῶν οἴκοι. καλοῦνται δὲ καὶ οἱ ἁλμαλοὶ νεῶνες ἢ νεῶν οἴκοι. Ἄλλος δὲ Διονύσιος λέγει ὅτι Ἴωνες μὲ νεῶνας φασιν, Ἀττικοὶ δὲ νεωσοίκους ἢ νεώρια. οἱ δ' αὖ τὴ ἢ νεωρεῖν φασι τὸ ναυφυλακεῖν. est igitur νεωρεῖν vox Attica. E T Νεώριον, ου, τὸ, Nauale, Locus in quo naues custodiuntur. Accipitur tam pro statione nauium quàm pro loco in quem subducuntur. Synonymum est νεώσοικος, νεώλκιον, νεών. vide præcedens verbum Νεωρέω. Xen. Hell. 6, Τυδῶ ὄ, ἔνθα τὰ νεώρια τοῖς Λακεδαιμονίοις ἦν, καὶ πρεσβεύειν τρεῖς ἡμέρας. Synes. Euoptio, καὶ ναῦς ὁλόκληρος ἐσμθρ ἔσλος ὀν νεωρίῳ μικρῷ. Item, ἐμπορεῖσθαι νεώρια, Incendere loca illa custodiendis nauibus ædificata. Aristoph. Acharn. de thryallide, Αὔτη γὰρ ἐμπορεῖσθαι αὖ τὸ νεώριον. i. τὸν τόπον τὸν πρὸς ἔχοντα τὰ πλοῖα ἡνίκα αὖ ἐλκυσθῶσι. Itidémq; apud Dem. Pro cor. ἐπαγγελλόμθρος Φιλίππῳ τὰ νεώρια ἐμπορεῖσθαι τὰ ὑμέτερα. Apud Æschinem in Ctesiph. reperio etiam νεωρίων ἀρχὴ, vbi ait, ἦρχον δὲ τῶν ἢθ' ἀποδεκτῶν καὶ νεωρίων ἀρχῶν, καὶ σκευοθηκῶν ὠκοδόμουν. Sed eo in loco præcedens vox ἀποδεκτῶν me monet vt scribendum existimem νεωρῶν, à νεωρός. est E N I M Νεωρὸς Hesych. νεωροφύλαξ, Cui nauale custodiendum committitur. vt νεωροῖς ibi vocet quibus naualis ædificandi & nauium farciendarum cura incũbebat, sicut aliis ἡ τῆς σκευοθήκης οἰκοδόμησις, ar mamẽtarii publici ædificatio. Annotat Harpocr. videri νεώρια dici τὴν τόπον ἅπαντα εἰς ὃν αἱ ἑλκονται αἱ πεντήρεις, καὶ πάλιν ἐξ αὐτῆ καθέλκονται, idque ὑποσημαίνειν Lycurgum & Andocidem.

C. Νεώσοικος, ου, ὁ, Nauiũ domus, Nauale. Frequentius plur. num. dicitur νεώσοικοι, νεώρια, νεῶνες, & diuisim quoq; νεῶν οἶκοι, vt patet ex iis quæ in νεωρέω ex Eustathio & Æl. Dionysio adscripsi. Hesychio νεώσοικοι sunt τὰ νεώρια ἔνθα ἡ ναῦς χειμῶνος εἰς φέρεται: Suidæ, οἰκήματα πρὸς τῇ θαλάσσῃ οἰκοδομούμθρα εἰς ὑποδοχὴν νεῶν ὅτε μὴ θαλασσεύοιεν. Sunt igitur Domicilia in littoribus aut portibus, in eũ finem ædificata vt naues eò recipiantur & subducantur quum non nauigatur. Thucydides libro 7, οὔτε ναῦς ὀν τοῖς νεωσοίκοις ἄλλας ὁμοίας τοῖς δὲ ὑπελείπετο. Vtitur & Lucianus in Anach. Et Demosthenes Pro corona, ποῖαι πεντήρεις; ποῖα θέλκη, ποῖοι νεώσοικοι; τίς ὀθπσκευὴ τειχῶν; ποῖον ἱππικόν; Bayf. videtur νεωσοίκοις distinguere à νεωρείοις, & νεωσοίκοις vocare etiam singularum aut binarũ nauium capacia domicilia, vt quum dicit in magnificentissimo Venetorum nauali quod arsenale vocant, esse νεωσοίκοις circiter sexaginta, id est nauium tecta, in quibus triremes reliquæque naues longæ ædificantur à fabris naualibus, quibus ibi perpetuò stipendia de publico procedunt. Esse autem νεωσοίκοις capaces singulos triremis vnius, vniusque biremis, & fabrorum naualium qui eas commodè vel ὀκ δρυόχων ædificent vel conquassatas reficiant. Itaque exactius loquendo ὀν νεωρείῳ siue νεῶν, i. in nauali, erunt νεώσοικοι siue νεῶν οἶκοι, domicilia vnius alteriùs siue nauis, sicut οἶκοι in domo aliqua ampla dicuntur domicilia singulorum aut etiam plurium.

C. Λειπόνεως, Qui naues aut nauale certamen deserit. λειπτάκτης, vt Suidas exponit in Πεείνεως. qua significatione dicitur & λειπναύτης.

C. Πεείνεως, Superfluus vector, Vector qui in ministerio nauis non est. Thucydides lib. 1, πεείνεως δὲ οὐκ εἰκὸς πολλοὺς ξυμπλεῖν, verisimile non est vectores vnà multos nauigasse qui nõ essent in nauis ministerio: seu πεῖ πεείνοὺς τῇ νηῒ ὀθπθάτας, ὦ δούλους, vt scholiastes exponit & Suidas: vel πεῖ πεείνοὺς καὶ ὄλλω τῶν ὑπηρεσῶν, vt idẽ Suidas. Apud Philostratum in Heroic. πλῶ κυβερνήτου ἢ πεείνεω, redditur Præter gubernatores ac seruitia. Rectius tamẽ singulari numero, Præter gubernatorem & seruum. Est autem Atticum hoc πεείνεως, ac pro eo in cõmuni lingua D I C I T V R Πεείνεος. cuius hoc apud Suidam habetur exemplum, πολλοὶ δὲ φθειρομθρῶν ὀν τῇ ναυαγίᾳ σκαφῶν ἀπεκολύμβησαν, οἷς ἐς τὸ ναυπήκον ὁλίγαν δρομὸν κατέπαξεν. οἱ δὲ ναῦται, καὶ ὅσοι πεείνεοι, οὐκ ἀνέξομθροι δῆλοι ἦσαν. Apud Hesychium autem πεείνεως ὁδεύεται ἰσὸς dubium est qua significatione accipiatur, quum nec ipse quoque exponat.

C. Πρωτόνεως, Qui nunc primùm nauigat aut naui in aliquem locũ peruehitur. πρωτόνεω, inquit Suidas, οἱ πρῶτον πλέοντες, ἢ πρῶτον εἰς τινα τόπον καταπεπλευκότες. Apud eundem habetur E T I A M Ἀρχένεως. quod non exponit, ac dubium est an accipiatur pro πρωτόνεως, an verò pro ναύαρχος.

C. Μεσόνεοι apud Aristotelem in Mechan. pagina 4, Remiges qui in media naui sedent. Bud. Dicitur autem μεσόνεοι ea forma qua πεείνεοι. Verba Aristotelis sunt, δῆθ'

τὰ οἱ μεσόγειοι μάλιστα τῶν ναῦν κινοῦσι. Et paulo pòst, sub finem quæstionis, διὰ τοῦτο οἱ μεσόγειοι μάλιστα κινοῦσι. μέγιστον δὲ ὂν μέσῃ νῆί τὸ ἀπὸ τοῦ σκαλμοῦ τῆς κώπης τὸ ἐντὸς κινοῦσι.

C. Ἐπίνειον, ου, τὸ, dicitur πόλισμα παραθαλάσσιον ἔνθα τὰ νεώρια τῆς πόλεως ἦν, vt Piræus Atheniensium, Nisæa Megarensium, Cyllene Eleorum. Sic apud Thucydidem libro 1, καὶ Κυλλήνην τὸ Ἠλείων ὄπίνειον ἐνέφηναν. Nec ausim affirmare id Latinum nomen habere. Naualia enim sunt ea quæ Græcis νεώρια dicuntur. Cic. lib. 1 Offic. Muri, naualia, portus, aquarum ductus. Hæc Bayf. ex Thucydidis schol. qui annotat etiam, ὄπίνειον vsurpari posse ὄπὶ παντὸς ἐμπορίου καὶ παραθαλασσίου, & suo tempore à vulgo καπάβολον id appellatum fuisse. Idem schol. in hunc locum libro 2, pag. 76, ὁκ Παταῶνές Κυλλήνην τὸ Ἠλείων ὄπίνειον, annotat, ὄπίνειον vocari τὸ ἐμπόριον, vel παρὰ τὸ ὀπηνήχεσθαι αὐτῇ τῇ θαλάσσῃ, vel παρὰ τὸ ἐν αὐτῇ πολλὰ ἀδρὰ νήχεσθαι ἢ ὀκέλλειν. Suidæ ὄπίνειον est παραθαλάσσιον χωρίον ἢ πρεσσομηνίον, ὁ λεγόμενος καπάβολος, citanti hunc ex Polybio locum, οἱ Ῥωμαῖοι πολὺ ναῦς ἐνεώλκησαν· ἐν τῇ Ταρακῶνι σωαθροίσαντες, ὁκ πολὺ προσχωρόντων ἐλαπωμένοι ὄπίνειον ἐπίνησαν, ὅπὶ πολὺ πρεσσκαθίσαντες ὅπὶ δ' ἀβάσεως ἀβαφυλάξαι τοὺς συμμάχους. Cæterũ ὄπίνειον rectè expo ni emporium, vt Thucyd. schol. paulo antè annotauit, manifestum fit ex Strabone etiam, qui libro 6 ait, ὃν δὲ πολὺ παραπλησίως πόλιν πλησίον ἔχουσα ὄπίνειον καλούμενον ἐμπόριον. Et libro 5, de Puteolis, ἷν δὲ πρόσπορον μὲν ὄπίνειον Κυμαίων, ἐπ' ὀφρύος ἱδρυμένον, καὶ τὴν Ἀννίβα σεσαπαν σωφίκησαν Ῥωμαῖοι καὶ μετονόμασαν Ποπόλους, id est emporium Cumanorum, paulo pòst enim ait, ἡ δὲ πόλις ἐμπόριον γεγένηται. Et referri huc potest quod Cic. l. 5 ep. ad Att. dicit, Quum per emporium Puteolanorum iter facerem. Idem in eodem lib. κατὰ δὲ ὄπινείῳ χρῶνται οἱ τὰ Πελιγνοὶ καὶ οἱ Μαρρουκῖνοι. ‖ Hesychio ὄπίνειον est μικρὸς λιμήν. Ionicè verò pro ὄπίνειον DICITVR Ἐπινήιον.

Composita à genit. Νηός.

C. Νηοπορέω, Nauibus permeo, Nauigo. Epigr.

C. Νηοσσός, SIVE Νηοσσός, ου, ὁ καὶ ἡ, Nauium seruator. Epitheton Dianæ & Apollinis. Ex Apoll.

C. Νήαιθος, ου, ὁ, Fluuius Crotoniensis: à nauibus incensis sic dictus. v. l. Suprà ναύαιθος ex Etym. Neæthus, Plin.

C. Ἀκρόνιον, ου, τὸ, Summa seu extrema nauis pars. τὸ δ' νεώς ἄκρον. Suid.

C. Ἐπινήιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui super naui est aut fit. Ex Epigr. ὀπινήιος χοροτυπίν, tripudiatio in naui.

C. Ἐχενηΐς, ίδος, ἡ, Naues retinens & remorans. vt ἐχενηΐς ἄγκυρα in Epigramm. quæ anchoræ itidem ab ἔχειν dicuntur ἔκπρες ἀμφίσταμοι & ἰκάδες, vt paulo antè in Ναυσιπέδη videre est. ‖ Est & pisciculi cuiusdam nomen. Aristot. Hist. animalium libro 2, cap. 14, ἔστι δὲ ἰχθυδιόν τι τῶν τῶν ἀνω ὁ καὶ λοδόν τινες ἐχενηΐδα, καὶ χρῶνται τινες αὐτῷ πρὸς δίκας καὶ φίλτρα. Vnde Plinius lib. 9, cap. 25, Est paruus admodum piscis, assuetus petris: echeneis appellatus. hoc carinis adhærente, naues tardius ire creduntur: inde nomine imposito. quam ob causam amatoriis quoque veneficiis infamis est, & iudiciorum ac litium mora. Idẽ c. 1, l. 32, Omnia hæc paritérque eodem impellentia, vnus ac paruus admodum pisciculus, echeneis appellatus, in se tenet. ruant venti licet & sæuiant procellæ, imperat furori, viréſque tantas compescit, & cogit stare nauigia: quod non vincula vlla, non ancoræ pòdere irreuocabili iactæ. Et paulo pòst, E nostris quidam Latinis remoram appellauere eum.

Deriuata à Ναῦς, circa compositionem.

Ναύτης, ου, ὁ, Nauta: pro quo poetæ, tragici præsertim, ναυάτης dicunt, vt Latini Nauita pro Nauta. Iliad. τ, — ὅταν ἐκ πόντοιο σέλας ναύτῃσι φανείῃ Αἰθομένοιο πυρός. Plutarch. Pol. præc. ναύτας μὲν ἐκλέγεται κυβερνήτης, καὶ κυβερνήτην ναύκληρος. Xenoph. Hellen. 1, ναύτας ὁπλίσας. Metaphoricè autem συμποσίου ναῦται dicuntur, sicut κωλίκων ἐρέται, de compotoribus. Dionys. Chalcûs apud Athenæum lib. 11, Κἂν τινες ἦσαν ἄγοντες ἐν εἰρεσίᾳ Διονύσου Συμποσίου ναῦται καὶ κωλίκων ἐρέται. ‖ Item in Epigramm. ναύτης δρόμος adiectiuè de itinere nauali, seu cursu (vt ita dicam) nauali. ET Ναύτρειαι, mulieres nauticam exercentes Pollux libro 7, ναῦται, καὶ αἱ παρ' Ἀριστοφάνει ναύτρειαι, καὶ πάθ' ὅσα ἐκ νεῶν ὑπηρετικὰ εἴδη πεζῶν. Scribitur autem ναύτρειαι per ει in penult. sicut apud eundem alibi μαθώτρειαι. Sed videtur potius scribendum ναύτειαι, habent enim hæc duo ναύτης & ναύτειαι verbalium quorũdam formam.

C. Ναυπδίκαι Hesychio sunt οἱ ὅπὶ τοῦ ἐμπορίου δικασταί· ἐφ' ὧν καὶ αἱ τῆς ξενίας ἐκρίνοντο δίκαι. propriè igitur sunt iudices nauticis litigiis cognoscẽdis deputati, seu ἐμπορικῶν δικῶν iudices: sed frequentius in posteriori significatione ναυπδίκαι dicũtur οἱ παρὰ ξενίας δίκας εἰσάγοντες, vt Pollux exponit, prioris nullam faciens mentionem. Et sic accipitur in hoc loco Carteri, quem Harpocr. ex l. 4, Psephismata citat, ἐὰν δὲ τις ἀξιώσῃ ξένον γεγονὸς φεύγειν, δίδωσιν τοῦ βουλομένου Ἀθηναίων οἷς δίκαι εἰσὶ, λαχεῖν δὲ τὴν ἐνιαυτὸν καὶ νέα πρὸς τοὺς ναυπδίκας.

C. Ἀεὶναῦται, q. d. Sempernautæ. Magistratus quidam apud Milesios, inquit Hesychius. Plutarch. in Quæst. Græcanicis, ait apud Milesios ita vocatos fuisse quosdam ex potentioribus, qui conscensis nauibus consilia de maximis rebus agitabant procul à terra: deinde quum ratã habuissent aliquam sententiam, reuertebantur.

C. Ἀναυπα, Nautis carentia. vel Nauibus imperuia, ἠπειρωτικά, Hesychio: qui à Tarentinis pro παραχῆμα quoque accipi tradit.

C. Λεπναύτης, ου, ὁ, Qui nautas socios deserit. Apud Suidam, ἐδεσμαπποιήσαντο δὲ ὅτι τῶν Ἑλλάδα λεπναύτας γενόμενοι αἰαζήσασι, καὶ τὰς χεῖρας ἀποκόψαι πάντων. ET Λεπναύτου, Nautarum sociorum desertio. Eodẽ nomine vocabatur & his quæ intẽdebatur iis qui nautas socios vel sociam classem deseruissent: nam perinde in eiusmodi desertores animaduertebatur vt in desertores militiæ, qui λειποτάκται vocabantur. Pollux, λειποναυτῆσ μὲν ὠκέλλετο τοῦ τῶν ναῶν ἐλλείπων, ὥσπερ ὁ τοῦ τάξιν, λειποτάξιον. (A T Ἀναυμάχιον dicebatur Desertio pugnæ naualis, hoc est, Quum quis ad nauale prælium non venerat vt debebat. & εἰαυμαχίας δίκη, lis quæ in eiusmodi deserto res instituebatur. Pollux, εἰαυμαχίου δὲ τοῦ τῶν ναῦν μὴ λιπὼν, μὴ μὴν ἐναυμαχήσας. qui pendere cogebatur τὴν μάχον)

Ναυπκός, οῦ, ὁ, Nauticus. Aristot. Polit. 5, ναυπκὸς ὄχλος, vt pubes nautica apud Silium. Et ναυπκὴ ἀστρολογία apud Plutarch. in Alcibiade. Item ναυπκὰ χρήματα, quæstus nauticus. Demosth. μέτεια δ' ἔχων, πύπτις πειρᾶται ναυπκοῖς ἐργάζεσθαι, pecunia autem non grãdi quam habeo, quæstum facere cœpi fœnore nautico occupata. Bud. Et ναυτικὴ ἀπόβασις, in v. l. Descensus è naui. Et ἡ ναυπκὴ, sc. τέχνη, vel ἐμπειρία, rei nauticæ peritia. Item τὸ ναυπκὸν, Res nautica vel Copiæ nauales, Classis. Pro Res nautica accipitur in hoc loco Thucydidis libro 1, πλέον γὰρ ἡμεῖς ἔχομεν τοῦ κατὰ τὸν ναυπκοῦ ἐμπειρίας, ex re nautica seu nauali. Sed frequẽtius capitur pro copiis nauali bus seu classe. Thucyd. l. 2, οὐ παρεμένας τὸ ἀπὸ Κορίνθου ναυπκὸν, nõ expectata Corinthia classe. Eodem lib. τὸ ναυπκὸν, ἢ περ ἰσχύοιεν, παρασκευάσασθαι, classem parare, qua re plurimum pollent. Eodem libro, οὔπω ναυτικὸν ἐν τῷ πρόσθεν ὑπάρχον ἐν αὐτῇ οὐδέν. Et lib. 1 de Corcyra, μὴ πρότερον τῆς Κορινθίοις ναυπκὸν ἔχουσιν πόσον πέν. Eodẽ libro, ἀφ' ὧν τὸ ναυπκὸν τρέφεται. Et l. 8, pag. 272, ὅπὶ τὴν Μιλήτου τοῦ ναυπκοῦ ἐφορμεῖν. Et libro 3, κινοῦντες τὸ ὅπὶ Λέσβῳ ναυπκὸν, reuocata quæ ad Lesbum erat classe. Similiter apud Xenophontem Hell. 1, τὸ ναυπκὸν ὁ ἡγεμὼν ἀπὸ τοῦ συμμάχου. Et Aristot. Polit. 6, τέταρα δὲ τὰ χρήσιμα πρὸς πόλεμον, ἱππικὸν, ὁπλιτικὸν, ψιλὸν, ναυπκόν. (Plutarchus verò τὸ ναυπκὸν & τὸ στρατιωτικὸν in quodã loco dicit ipsos nautas & ipsos milites) Eadem significatione in plurali τὰ ναυπκά. Thucyd. l. 1, τὰ μὲν ναυτικὰ τῶν Ἑλλήνων πιεῦσται ἦσαν, huiusmodi erant Græcorum copiæ nauales, seu Græcorum classis. Ibidem, ναυπκὰ τε ἐπηρτύετο ἡ Ἑλλάς, classem parabat, vt suprà τὸ ναυπκὸν ἐξαρτᾶσθαι. Et libro 4, pag. 146, πείθει τὴν Πελοποννησίοις ὠφέλειαν ἐς τὰ ναυτικά. ‖ Ναυπκὸς dicitur etiam qui exercitatus est in re nautica, seu Peritus rei nauticæ. Thucydides libro 1, καὶ ἀνασκευασάμενοι, ἐς τὰς ναῦς ἐμβαίνει, ναυτικοὶ ἐγένοντο, rei nauali periti euaserũt. Eodem libro, aliquãto pòst, καὶ ἀνὴρ ναυτικοὶ γεγενημένοι, μέγα τοσφέρειν ἐς τὸ κτήσασθαι δυνάμιν. Sic apud Athenæũ l. 7, de Glauco, ex Mnasea, ναυπκὸν ἦν αὐτὸν καὶ κολυμβητὴν ἀγαθὸν γενόμενον, πίνειν καὶ ἐσθίειν. Itẽ ναυτικὴς πολύπους apud Aristot. l. 9 Hist. anim. Polypi genus alio nomine ναυπίλος nuncupatũ, & πεμπίλος, vel quòd nauigãtes imitetur, vel quòd nauium cursum comitetur. VNDE Ναυπκῶς, More nautarum. Apud Suid. Zeno dicitur cum grandi pecunia in Græciã venisse, eâmq; δανείσας ναυπκῶς. qui & à Plut. dicitur nauticum fecisse quæstum antequam ad philosophiam se contulisset.

Ναυπίλος, ου, ὁ καὶ ἡ, idẽ cũ ναυπκὸς, Nauticus, vel q. d. Nauigatorius. (Suidæ ναύτης) Euripid. apud Arist. in Ran. de Ægypto, siue Danao, Ξὺν παισὶ πεντήκοντα ναυπίλῳ πλάτῃ Ἄργος καταρχών. idem ἱαυσπόρους πλάτας alibi dicit. ‖ Ναυπίλος dicitur etiam polypi species quædam, vt Athen. tradit libro 7, ex Aristot. De hist. anim. quanuis idem Aristot. apud eundem dicat, nõ esse polypum, sed similem polypo καὶ πλεκτάνας. de quo tum alia multa ab ipso Athenæo referũtur, tum in eleganti Callimachi epigrammate hæc habentur verba, Ναυπίλον, ὅς πολάγεσιν ἐπέπλεον· εἰ μὴ ἀῆται, Τένας ὠκείων λᾶφος ἀπὸ ποσὶ τόνων· Εἰ δὲ γαλωάων, λιπαρὴ θεὸς οὖλος ἐρέσσων Ποσί. De hoc lege Plin. lib. 9, c. 29. Vide & quæ de nauplio pisce in sequenti cap. refert. ET Ναυπλία, ας, ἡ, Nauigatio. vocabulum tam poetis quàm prosæ scriptoribus vsitatũ. Hesiod. Erg. Ἐν δέ τε ναυπλίης δυσπεμέλου ἵμερος αἴρῃ. Herodot. ναυπλίῃσι μακρῇσι ὅπηθεσθαι, lõgis nauigationibus. Apud eundem ἱαυπλίῃσι χεῶνται Valla vertit Nauicularium exercent. Plut. Quæst. Rom. ναυπλίης φανείσης καὶ κομιδῆς καὶ θαλάσσης. vbi signif. potius Opportunũ nauigationi tempus. Et Luc. De luctu, μαθὼν ναυπλίας vocat naulum seu mercedem pro vectura seu traiectu. Item VERB. Ναυπλόμαι, Nauigo. cui fortassis aliquis inter hæc primum dare locum malit, & duo præcedentia in de derinare. Od. ξ, Αἴγυπτον δέ με θυμὸς ἀνώγει· ἀυπλεόμαι. Od. ο, Ὡς αὖ θεσπεσίως ναυπλέεται εἵνεκα πάντων. Vtitur hoc verbo & Luc. De hist. scrib. circa finem, de turri in Pharo ædificata, è qua noctu suspendebatur lucerna, ὡς πυροεύοιτο ἀπ' αὐτῆς τοῖς ναυπλομένοις.

¶ Ναυπία, ας, ἡ, Nausea, propriè ea qua nauigantes in mari corripiuntur. Ναυπια (inquit Gorr.) nausea: est depraua tus motus facultatis expultricis, quo nititur per os excernere quæ ventriculo sunt molesta. Pertinet verò ad ventriculum, nec eum quidem totum, sed partem eius superiorem, quemadmodum & vomitio. Non est autẽ aliud nausea quàm inanis quidam conatus vomendi. Plura vide apud Gorr. Plut. de loquacitate, τῆς γαστρὸς βαρύτερος, τῆς ναυπίας ἀνδέστερος. Idem alibi, παχὺ πλησμονὴν καὶ ναυπίαν τὸ πρεῦμα παρέχει. Diosc. l. 3, de fœniculo, ὀνυρετοῖ τε ναυπίαν καὶ καῦσιν στομάχου παραμπίπτει. vnde Plin. lib. 20, cap. 23, itidem de fœniculo, Nauseam ex aqua tritum sedat. ‖ Quanuis verò nausea propriè ventriculi sit, attamẽ per metaphoram de venis etiam sanguinem fundentibus Hippocr. in lib. περὶ αἱμῶν, dixit ναυσιῶν & ναυπίαι, quum illæ veluti nauseabundæ sanguinem expuunt, & quodammodo vomunt. quod vitiũ idem paulo antè in venis ἐκχύμωσιν appellauerat, vt annotat Gal. comm. 2 εἰς τὸ περὶ αἱμῶν. Gorr. VNDE Ναυπιώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Nauseosus. Plut. De virt. morali, ἔμπροσθεν καὶ ὀφθαλμοὶ ναυπιώδεις. Idem Sympos. 4, βαρεῖς τῇ κεφαλῇ τοῖς πίνουσι καὶ ναυπιώδεις. ET Ναυπιάω, ῶ, Nauseo. Luc. in Lexiph. ἐγὼ γοῦν ἤδη μεθύω σοι καὶ ναυπιῶ. Plut. Polit. præc. οἱ ναυπιῶντες ἀλμυρὰ δὲ ἀς διώκουσι. Metaph. quoque accipitur pro Respuo, quasi nauseans, Respuo quasi nauseabundus. Plut. Pol. præc. Et Demetr. Phal. οἵ τε ἀκούοντες ναυπιῶσι, δίκῃ τὰ ἀπίθανον. VNDE Ναυπίησις, εως, ἡ, Ipsa actio nauseandi vel Nausea.

Κατανόησις, εως, ἡ, Animaduersio, Deprehensio. Item Cognitio. vt ἡ δ' ἀληθὴς κατανόησις, quod affertur ex Gregorio. At ex Plutarcho, κατανόησιν ἴσως δ' πολλῶν παρέχει, pro Multa ingenii sui documenta præbet. Ad verbum, Multā sui cognitionem. Id est, Multos modos cognoscendi sui: & perspiciendi.

c. 2. Ἀκατανόητος, ου, ὁ & ἡ, Qui animaduerti non potest, seu perspici, aut intelligi. ET Δυςκατανόητος, Qui nō facilè animaduerti potest, seu intelligi. Vel, Qui vix potest animaduerti &c. ITEM Εὐκατανόητος, huic cōrrarū.

C. ΜΕΤΑνοέω, ῶ, Post intelligo, Post sapio. Id est, Postquam res est facta, tum demum intelligens & mecum reputans qualis ea sit, meam de ea sententiam muto. Sed breuius reddi potest, Sententiam muto, seu Mentem muto. (nam & Latini Mentem interdum pro sententia dicunt) Xenoph. in suæ παιδείας præfatione, ὁκ πύτου δὴ ἰδιωτικῶς ζόμενα μετανοεῖν, μὴ οὖν τὰ δ' ἀνάπαυν, οὔτε τῶν χαλεπῶν ἔργων ἡ τὸ ἀνθρώπων δρόμον, ἵν' πς ὀπίσω μόρφος τῶν τρεφεῖν. Hic tamen nō tam est Mutare sententiam, quàm Sententia mutata cogitare. (dixerat autem in initio illius periodi ἐπειδὴ δὲ ἐνενόησα, ὡς ὁ Κῦρος &c.) Interdū verò Μετανοεῖν, Me pœnitet. Lucianus De salt. ἢ αὐτὸν μὲν τοῦ φασὶ τὰ ἀνήφαντα οὔπω μετανοῆσαι ἐφ' οἷς ἐπίνοιεν, ὥστε καὶ νοῆσαι ὑπὸ λύπης. Synesius, οὐ μετανόουν ἐφ' οἷς δὴ πεποίηκεν ἀνδρα. [redacted]

Redditur etiā Ad sanam mentē redeo. (vide in Μετάνοια cum alia, tum ea quæ ex Lactantio afferam) Matth. c. 3, initio, de Ioane Baptista, κηρύσσων ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς Ἰουδαίας, καὶ λέγων, Μετανοεῖτε· ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. vbi vet. interpres reddit Pœnitentiam agite: Erasmus, Pœnitentiam agite vitæ prioris. [redacted]

[redacted] Sic & apud Marcum. At verò Act. cap.8, præpositioni ἀπὸ iungitur, μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας. In Apoc. c.2. cum ἐκ. Inuenitur autem & μετανοησάντων ὅτι τῆ ἀκαθαρσία apud Paulum, 2 ad Cor. cap.12. quæ constructio durior est.

Μετανοῶ oppositum τῷ φρονῶ, vide in Προνοῶ.

Μετάνοια, ας, ἡ, Mutata mens, seu sententia, Alia mens quàm antea. (Quò pertinet quod apud Rutilium Lupum legitur, μετάνοιαν esse schema, quum ipse se qui loquitur reprehendit, & id quod prius dixit, sententia posteriori commutat) Sed vt plurimum redditur, [redacted] Pœnitentia. Lactant. lib.6, cap.24, Is enim quem facti sui pœniter, errorē suum pristinū intelligit. ideóque Græci melius & significantius μετάνοιαν dicunt, quam nos Latinè possumus Resipiscēciam dicere. resipiscit enim ac mentem suam quasi ab insania recipit quem errati piget, castigátque seipsum dementiæ, & confirmat animum suum ad rectius viuēdum: tum illud ipsum maximè cauet, ne rursus in laqueos inducatur. (Vnde apparet & μετανοεῖν aptè reddi Resipiscere) quanuis autem in multis Test. noui locis aptè reddatur Resipiscentia, est tamē & vbi ponatur pro Pœnitētia, quæ alioqui dicitur potius μεταμέλεια. Sic certè & apud profanos scriptores vtrāque signif. habet. Plut. De discern. adul. ὅταν οἱ ἁμαρτάνοντες καὶ πληρμελοῦσιν, ὁ μὲν ἐλέγχων καὶ φόβον ἐνδιδοὺς ἐμποιῶν καὶ μετάνοιαν, ἐχθρὸς ὁ κακὸς καὶ κατήγορος. Idem in Pericle, μετάνοια δεινὴ τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ τῷ Κίμωνος. Idem plurali vtens dixit Sympos. lib.7. σαφρονισμοῖς ποιεῖ μετανοίας τῶν νέων. Pausan. Atticis, ἐς ποσὸν μετανοίας ἐλθεῖν.

Ο. Ὁμονοέω, vide cum Ὁμόνοιαι & Ὁμόνοια.

Ο. ΠΑΡΑνοέω, ῶ, q.d. Extra mentē sum. Sæpe redditur Deliro. Aristoph. Nub. ἐμοὶ δοκοῦσι παραφρονεῖν. Ex Eurip autem pro Perperam intelligo. ΙΤΕΜ Παραφοία, Dementia, Delirium. Aristoph. Nub. & Plat. De leg.

Ο. ΠΕΡΙνοέω, ῶ Mente complector, Animo concipio. Bud. ex Plut. Item pro Comminiscor & Excogito. Item pro περιπτῶς νοῶ, vide exempla apud Bud. pag.422.

ΣΤΟ Περίνοια. Mentis conceptus, seu comprehensio. Et Solertia, Vafrum commentum. Item Intelligentia singularis. Vide ibidem.

Ο. ΠΡΟνοέω, ῶ, vel potiùs voce passiua Προνοοῦμαι, ὦμαι, Ante percipio mente, animo prouideo, Futurum prouideo, seu euenturum. πρότερον νοῶ, vt in hoc Plat. loco in Gorgia, vbi φρονεῖν & μετανοεῖν inter se opponuntur, ἅτοπα γὰρ φρονήσεσι νῦν, ὦ ἄνθρωπε, μετανοήσεσι δέ, αἰσχρά. Sic autem dixit Thucydides ante Platonem, καὶ φρονήσας βεβαίως τὰ ἐξ αὐτῆς ἐπιτηδεύματα. (Alibi autem vtitur potius pro Cōsiderare) Sed ponitur sæpius pro Prouideo, id est Prospicio, Prouidentiam ago, Curam gero, Consulo commodis alicuius. Lucianus, καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ἐπιμελουμένου, καὶ τῶν γερόντων φρονοῦντος. (Vsus est & Philo De mundo, item Paulus ap.) Nullū verò ex antiquioribus testimonium affert Bud. inuenitur tamen non semel apud Xenophontem: vt Pæd.8, εἰπὲ γὰρ τί παῖς φρονῶν τῶν τοιούτων. Ibidē, ἑαυτῷ τοι κινδυνεύει ὁ φρονῶν ἀδελφός. Sed in hac signif. multo est frequentior passiua vox φρονοῦμαι. Thuc. lib.6, pag.200, ὃς αὖ καὶ τὸν πόλεμόν τε καὶ τῆς οὐσίας φρονοῦμαι. (Idem vtitur & sine casu pro Consulere) Sic φρονοῦμαί σου, Consulo commodis tuis Bud. pag. 722 ex Xenoph. vbi tamē & accus. rei habet, ἅτοπα ἃς φίλου ὄντος σου φρονούμην. At verò apud Paulum Ad Rom.12 & 2 ad Cor.8, φρονεῖσθαι καλά. vbi potius reddi videtur Procurare quàm Prouidere. Neq; enim Prouidere res honestas, seu quæ honesta sunt, dici æquè commodè potest ac dicitur Prouidere frumētum, seu pabulum. ¶Προνοεῖσθαι sunt qui posse etiam verti existimēt Præcauere: ex hoc Dioscor. loco, φρονοῦσι δὲ καὶ τὴν ὠφέλειαν τῶν ἀνθρώπων, ὅτι πρὸς τὸν πολέμιον κίνδυνον, οὐχ ἧττον τῶν ἄλλων φαρμάκων. vt sit, Præcauēdum etiam ab iis quæ &c. At Ruell. ita, Prouidendum etiam iis. Ego malim Cautione vtendum. Quæ interpretatio eo etiam magis mihi placet, quòd videam Ciceronem cautionem & prouisionem copulare.

Προνοοῦμαι, Prudens & sciens facio. Vel, Proposito [redacted]

& de industria facio, Consultò aggredior, vt Budæus pagina 722, apud Lysiā exponit. Dicitur & ἐκ φρονίας ποιῶ.

Προνοητής, οῦ, ὁ, Prouisor. (quo nomine vsus est Horatius, Vtilium tardus prouisor) Gregor. φῶς φιλοσοφ. p.69. φρονητὴς ὁ θεὸς τοῦ κόσμου οὗ καὶ ποιητὴς ὄντι.

Προνοητικός, οῦ, ὁ, Prouidēdi solertiam habens, vel Ad prouidendum propensus. In v.l. φρονητικὴν δ' ὡάμις, q.d. Prouisoria facultas. τὸ φρονητικόν, pro eodem. At φρονητικὸς λόγος ex Thucydide, Prouida ratio. sic Προνοητικῶς, Prouidē. vel Prospicienter, ex Gellio.

Πρόνοια, ας, ἡ, Actio ipsa antè percipiendi aliquid mente, & prouidendi. vnde redditur etiam Prouisio, ex Cicerone (qui interdum copulat hoc nomen & cum Cautio) Thuc. lib.6, pag.202, γνοντες ὅτι ὀλιγωρίᾳ μὲν ἐλάσσω καταρτῶντο, πρόνοια δὲ πλείω. Idem alibi, βουλήσει ἀσαφεῖ & φρονίᾳ ἀσφαλεῖ inter se opponit. Sed multò frequentius redditur Prouidentia, quo nomine Cicero quoque illud interpretatus est. Dicitur autem sæpe vel θεία φρόνοια (vt idem Cicero sæpe dicit diuinam prouidentiā) vel φρονία sine adiectione. Herodian. lib.3, ὡς φρονίᾳ θείᾳ ὁδηγούσῃ. Idem lib 4, οὐτω δὲ ἔλεγον καὶ θείᾳ τινὶ φρονίᾳ τοῦ ὑπ' αὐτῶν ἐπιβεβλῆσθαι τῷ Πρόκοπίῳ ῥεύματι. Et θεῶν φρόνοια apud Plut. apud quem & φρονία sine adiectione, sicut & apud alios. At φρονία ἀνθρωπίνη, Xenoph. quod existimo aptissima periphrasi reddi posse, Quantum mens hominis prouidere potest.

Πρόνοια cum genitiuo, item Πρόνοιαν ποιεῖσθαι, Πρόνοιαν ἔχειν, Πρόνοιαν τιθέναι. Herodian. 2, οὐχ ὅτι φρονίᾳ τῆς ἐκείνου σωτηρίας, non tam vt saluti suæ prouideret. (Ita enim reddere malo magis ad verbum, quum præsertim & Cicero ita sit loquutus: quàm cum Politiano, Non de salute sua magno; ere solicitum) Πρόνοιαν ποιεῖσθαι redditur nō solùm Prouidere, sed & Rationem habere: vt videbis apud Bud. p.722. At φρονίαν ἔχειν τινὸς dixit Thucyd. Prouidētiam habere, ad verbum, pro eo quod est Prouidere. Affertur verò & ex Isocrate, ὁ δαίμων ἔχει αὐτῷ φρονίαν, pro Deus ei prouidit, Deus ei prospexit, seu consuluit. Πρόνοιαν τιθέναι, Sophocl. Sed dicitur etiā passiuè φρονία τινός, Cura qua rei alicui prouidetur, seu quæ de re aliqua geritur. vt Herodian. lib.1, καὶ δίχα πάσας εἰς κίνδυνον ἀφικνεῖσθαι τῷ Ἴσῳ τῷ φρονίᾳ. Itidem φρονία τῶν χρημάτων apud Chrysost.

Ex φρονίας τινὸς ποιεῖν dicitur qui prudens & sciens aliquid facit. Qui facit de industria, seu Dedita opera, aut Cōsultò. & quod vulgò in Gallia dicimus De gueri pens. Plato De leg. lib 9 p.315 ἐκ φρονίας κτείνων. Hinc βάυμα ἐκ φρονίας, vt apud eundem pag.317, βάυμαπα ἑκούσιόν τε καὶ ἐκ φρονίας ἠργασμένον. Sic in cuiusdam orationis Lysiæ titulo, περὶ τῆς αὐμαπος ἐκ φρονίας. (vtitur autē & datiuo φρονίᾳ ipse in oratione pro eodem) Vide & Budæum pag.668, & 722.

Πρόνοια dicta cognomēto Ἀθηνᾶ (id est Minerua) apud Delphos, vt testatur Æschines in Ctesiph. idque vel quia φρονοῦσα ὅπως πεσεῖ ἡ Λητώ, vel διὰ τὸ φρονεῖν τὰ καθ' ἑαυτόν. vtrāque autem etymologiam refert Harpocr. sed in hac posteriore (cui tamen ille priorem dat locum) confundi puto Πρόνοια cum ΝΟΜ. Προναία, quod habet Hesych. vel potius à quo Hesychius habet genitiuum Προναίας. De Πρόνοια Ἀθηνᾶ lege & Eustathium.

ΑΤΣωφρονέω ΕΤΥπνοέω vide in Indice.

¶ Ἀγνοέω, ῶ, q.d. Non intelligo, vel Non perspicio, aut etiam Non cognosco. pro οὐ γνῶ. pleonasmo τοῦ γ, litera α significante priuationem. Sed aptius vno verbo redditur Ignoro, ac tum præsertim cum accusatiuo rei iūgitur. Demosth. Pro corona, τὸ δ' ἄπορον οὐκ ἀγνοῶ, Rationem non ignoras, vel Nō incognitam habes. Isocr. Ad Dem. πολλοὶ τῶν μὲν ἀλήθειαν ἀγνοοῦσι, τοῖς δὲ τῶν δόξαν ἀπβλέπουσι, Veritatem ignorant, Veritatem non cognoscunt, seu non norunt. Ex eodem in or. De pace affertur cum περί, vbi scribit, περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς κατὰ θάλασσαν ἀγνοοῦσι, καὶ μάχονται πρὸς ἀλλήλους. At cum accus. personæ apud Homerum pro Nō agnosco, Od. ω, vbi ὅπη γνοίην & ἀγνοίην inter se opponit, Αἴκ' ἐμ' ὅπη γνοίη καὶ φεύσεται ὀφθαλμοῖσιν, Νέ κεν ἀγνοίην πολιὸν χρόνον ἀμφὶς ἐόντα. Apud eundem tamen capitur & pro Non

cognosco, Non noui. (Animaduertendum est autem interiici τοῦ ab Homero, sicut & à cæteris poetis, metri causa) Dicimur etiam ἀγνοεῖν τινα cuius ingeniū perspectum non habemus, seu cuius mores sunt nobis incogniti, aut etiā vitæ conditio. Xenophō autem videtur dixisse ἀγνοῶν ἔμαυτὸν eo sensu quo Cicero Ignoratio sui. Ita enim ille Pæd.7, vbi Cræsum inducit his verbis vtētem apud Cyrum, pag.108, ἀγνοῶν δρᾶ ἐμαυτὸν, ὅτι σοι αὐτοπολεμεῖν ἱκανὸς ὤμην εἶναι. πρῶτον μὲν &c. Cicero autem sic Pro Cluentio, Quod erat odium, dii immortales, quæ superbia, quanta ignoratio sui, quàm grauis atque intolerabilis arrogantia. Ideo autem hosce locos inter se confero quòd in vtroque ignoratio dicatur de eo qui seipsum non satis cognitum habens, aut suas vires, seu conditionem suam, inde ad superbiam & arrogantiam prolabitur. Nam ad Ciceronis quidem locum quod attinet, ignorationem sui eo sensu ibi dici dubitari non potest, quum proximè præcedat Quæ superbia, & proximè sequatur, Quàm grauis arrogantia. In Xenophonteo autē illo, præcedentia hæc verba id ostendunt, ὑπὸ τοιούτων δὴ λόγων ἀναφυσώμενος, &c. Sic certè Galli quoque vtuntur verbo Mesconnoistre, quod ad verbum sonat ἀγνοεῖν, id est Non agnoscere. adeo vt ἀγνοῶν ἐμαυτὸν ibi reddi possit itidem Me mesconnoissant. Vbi animaduertendum est etiam opponi ἀγνοῶ ἐμαυτὸν, & γινώσκω ἐμαυτὸν. quod γινώσκω sumptū est ex illo celebri dicto Delphici tēpli foribus inscripto, γνῶθι σεαυτόν.

Ἀγνοεῖν τῷ ἁμαρτάνειν dicitur qui peccatum cōdonat, inquit Bud. non afferens vllum huius loquendi generis testimonium. Sed non dubito quin hoc verbo in ista signif. aliquis ex veteribus etiam scriptoribus vsus sit, atque adeo id imitati Latini dixerint eadem forma Ignoscere peccatum. Planè enim existimo dici ignoscere peccatum, quasi Non agnoscere peccatum.

Ἀγνῶν interdum redditur Per ignorantiam, seu Per imprudentiam. vt quum dicitur ἀγνῶν ἔπραξα. vel πράττω. Interdum verò & vice versa verbum ἀγνοῶ in participium mutatur: veluti si dicam, πράττω ἀγνοῶν. quo dictum est modo, ἀγνοοῦντες λαμβάνουσιν, pro Per imprudētiam, vel imprudentes accipiunt. Quod elegantēr etiam per nomen ἄγνοια exprimitur: vt δι' ἄγνοιαν λαμβάνουσι. Nonnūquā tamē ἀγνοοῦντα ποιεῖν & δι' ἄγνοιαν ποιεῖν distinguuntur: vt docet Aristot. Ethic.3 & 5. Inueniuntur autem opposita ἀγνοῶν & εἰδώς: vt apud Aristotelem Rhet.1, ἢ καὶ ἀγνοοῦντος, ἢ ἄκοντος· ἢ ἑκόντος καὶ εἰδότος. Cæterùm de differentia verborum ἀγνοεῖν & ἀμφιγνοεῖν, vide in Ἀμφιγνοῶ.

Ἀγνοέομαι, οῦμαι, Ignoror. Æsch. contra Ctesiphontē, ἠγνοημένος ὅς τις καὶ πῶς ποτε ὑπὸ βεβιωκώς. quo in loco de persona dicitur. At de re apud Demosth. Pro corona, τὸν ἑκάστου κομρὸν οὐ παρεθέντα, οὐδ' ἀγνοηθέντα. Apud Isocratem ἀγνοούμενον opponitur τῷ φανερῷ, in Archidamo, καὶ τοῦ μὲν ὄντος φανέρου, τοῦ δὲ ἀγνοουμένου.

Dici autem ἀγνοῶ tanquam à νοῶ, per pleonasmum literæ γ, docui paulo antè, sequēs vulgò receptā sententiam. sed hoc sciendum est, Eustathium tradere Æolicum esse γνοῶ pro νοῶ, vnde fit hoc ἀγνοῶ. Sed quid de ἄγνοια ille respondebit?

Ἄγνοημα, ατος, τὸ, Ignoratio. Gregorius, ἄγνοημα ἠγνόησε τὸ οἰκείας ἀσεβείας ἀνάξιον. Sic in loco incerti autoris apud Suidam, ἄγνοημα τοσοῦτον ἠγνοηκότας, ὅσον &c. Sic autem dicitur ἀγνοεῖν ἀγνόημα, vt νοσεῖν νόσον, & Latinè Dolere dolorem. ¶Aliquando significat peccatum per ignorantiam siue per imprudentiam commissum. & ita nō semel vsurpatur à Dionysio Areopagita.

Ἄγνοια, ας, ἡ, Ignoratio, cum genitiuo. vt apud Demosth. Pro corona, ἀγνοίᾳ τοῦ συνιστάμενου καὶ φυομένου κακοῦ. Sic Dion historicus, ἀγνοίᾳ τῆς χωρίων, ob ignorationem locorum. Sic δι' ἄγνοιαν, ob ignorationem, Plut. De musica, non semel. Item Ignorantia, siue Imprudentia, sine casu fa pissime. vt Contra Midiam, Ὁ τὸν θεσμοθέτην παπάξας βῆς ἔχῃ πρόφασις, μέθυε, ἔρωτα, ἄγνοιαν. Sic δι' ἄγνοιαν apud eundem pro Per imprudentiam: oppositum habens ἐξεπίτηδες: contra Philipp.3, ἢ γὰρ ἐξεπίτηδες, ἢ δι' ἄγνοιαν εἰς χαλεπὸν πρᾶγμα ἔπεσε τῆς πόλεν. id est, aut dedita opera, aut per imprudentiam, siue imprudentes. Pro δι' ἄγνοιαν dicitur etiam ἀγνοίᾳ. Xen. Pæd. 3, ὁπόσα δὲ ἀγνοίᾳ ἀνθρωποι ἐξαμαρτάνουσι.

Ἄγνοια (inquit Suidas) est habitus quidam prauus & ex falsitate. quòd siquis ἄγνοιαν appellat scientiæ priuationem, errat. Hæc ille. videtur tamen apud Athenæū hoc modo vsurpari lib.6, vbi dicitur, ὧν ἴσως εὕσπλ πλὴ ἄγνοιαν οὐδὴ Ἀσκληπιάδας τῶν γε νομίζω δεδόσθαι. Præterea Hesychius ἄγνοιαν non solùm ἀγνωσίαν exponit, sed & ἁμαρτίαν. Cæterùm quāuis ἄγνοιαν propter significationem subiunxerim verbo ἀγνοῶ, verbale tamen non est (sicut & de aliis plerisque suprà admonui) sed vt ἀγνοέω fit à νοέω, præfixo α priuatiuo, & inserto γ, νοέω autem fit à νοῦς: sic ἄγνοια factum fuisse manifestum est ad exemplum eorum quæ à νοῦς deriuātur, veluti ἄνοια, ἀπόνοια. Vide quæ nostrum paulo antè de Ἀγνοῶ ex Eust.

¶ ΑΜΦΙγνοέω, ῶ, Aliqua ex parte cognosco, sed non omnino. ita vt dubitē an sit quod esse puto. (nā ἀμφὶ in isto composito sonare puto tale quid quale apud Latinos Circiter) Huius autem expositionis occasionem mihi præbet & Hæsychius, ἀμφιγνοεῖν εἶναι δικῶς τὸ μὴ ἀκριβῶς γινώσκειν. Redditur aliqui vnico verbo, videlicet Dubito, seu Ambigo: & quidem siue accusatiuo iunctum, siue præpositioni περὶ habenti suū genitiuum. Plut. in Pelopida, 92, περὶ Σπαρτιατῶν ἀμφιγνοούντων τὸν τόπον, dubitantibus de loco, vt vertit Bud. vbi tamen putem reddi etiā posse Non satis cognoscentibus. At iuncto præpositioni περὶ huic verbo non itidem conuenire hæc mea interpretatio possit: sed reddendum potius Dubito, vel Ambigo. Isocr. ad Nicoclem, ἵνα περὶ ὧν αὐ ἀμφιγνοῆς, ἔχῃς τοὺς σωφρονιμάζοντας. Plato autem dixit ἀμφιγνοεῖν ὅτῳ τινος, in Gorgia, ἀμφιγνοῶ μὲν τῷ Πώλε ἐφ' οἷς λέγεις. Sine præpos. & sine casu in hoc Agathiæ loco, apud Suidam, καὶ ὅπου δὴ ἕνεκα τῶν δράσειν ἀμφιγνοοῦντων. Cui loco subiungit, esse igitur ἀμφιγνοεῖν, vel ἀγνοεῖν, vel ἀνδοιάζειν: sed nequaquam illi assentior ἀμφιγνοεῖν confundenti cum ἀγνοεῖν. quum ex iis quæ modò dicta fuerunt, non parum esse inter hæc discriminis manifestum sit. quod tamen Ammonius non satis aptè enucleare videtur, quum ἀμφαγνοεῖν exponit ἓν πρᾶγμα δοκιμάζειν. Vbi obserua etiā ἀμφαγνοεῖν à ΤΗΕΜ. Ἀμφαγνοῶ, quod & alibi inuenitur pro ἀμφιγνοῶ. Animaduertendum est autem, ἀμφαγνοῶ eādem significationem habere cum ἀμφιγνοῶ, licet hoc ex ἀμφὶ & γνοῶ, (pro νοῶ) illud ex ἀμφὶ & ἀγνοῶ compositum sit. Hoc autem ideo fit quia qui ex parte aliquid cognoscit, ex consequenti ignoret etiam ex parte: & qui dicitur ignorare seu incognitū habere aliquid ex parte, is itidem ex consequenti, ex parte cognoscere intelligatur. Potest tamen & suspectum esse hoc ἀμφαγνοῶ.

ΝΟΌΣΟΣ, ου, ἡ, Morbus. Galen. Meth. med. lib.2, cap. 3, πλὴν ἐναντίαν ὑγείᾳ δύναται, ὑφ' οὗ ἐνέργειαν λέγομεν βλάπτεσθαι, νόσημα (siue νόσον, vt in lib. De sympt. diff.) μόνον πεσσαρρθόμενον, εἴτε πολυχρόνιος εἴτ' ὀλιγοχρόνιος, εἴτ' ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ γίγνηται. Demosth. Epitaph. νόσων ἀπαθεῖς τὰ σώματα, καὶ λυπῶν ἄπειροι τὰς ψυχάς. Xen. Pæd.8, νόσων φάσκων ἐμπεπλωκέναι τοῖς κτηνέσιν. Simili loquendi genere, sed metaphorico, dixit Theodor. Histor. Eccles. lib.5, πλὴν Μαρκίωνος νόσον κόμαις ποιῆ ὑπεσκῆψαι μαθών, Marcionis pestem incubuisse & graffari: de hæresi loquens. Thucyd. lib.7, ὁρῶν δὴ ὡς ἐξάκειμαι ὑπὸ τῆς νόσου. Herodian. lib.3, ὑπὸ τῆς ἀρθίπδος νόσου κάμνων. Synes. epist.37, νόσῳ χαλεπῇ πεσεπάλαισεν, graui morbo conflictatus est. Aristoph. Nub. Νόσος μ' ἔπεψεν ἱππικὴ, δεινὴ φαγεῖν. Plut. De sera num. vind. ἀψαμψὴν νόσος καὶ καταμιμηθεῖσα τοῦ σώματος. Idem eodem libro, νόσου ἄλλος ἄλλον οὐ παύει θεραπευόμενος. Xenoph. Hellen. 5, νόσων θεραπείαις. Idē, νόσου ἐξαλυθείσης, soluto morbo. Xen. Pæd.5, νόσου ἀπαλλαφθῶσι. Isocr. ἠδένησε τοῦτον πλὴν νόσον ὑπὸ τῆς ἀπέθανε. Herodian. νόσῳ φθαρεὶς; morbo absumptus. Ita enim malo quàm cum Politiano, Morbo interceptus. Et ἱεραὶ νόσοι apud Plut. Sacri morbi. Peculiariter autem ἱερὰ νόσος dicitur epilepsia, de qua in Ἱερά. ¶Metaph. accipitur pro Vitium. Eurip. Oreste, Ἀνάλωσον ἔρα γλῶσσαν αἰχμὴν νόσον. Luc. Lexiph. ξένῃ πεῖ πλὴν φωνὴν νόσῳ ξύ-

νόντα. Eurip. apud Suidam, νόσον ἔχειν pro φαῦλον ἦθος ἔχειν. Et apud Herodianum lib. 4, εἰς ἀνανδρίαν καὶ θηλείαν νόσον διέβαλλεν, de animo effœminato. Quum de malo grauiori dicitur, reddi potest Pestis. vt paulo antè in loco Theodoreti, vbi hæresin vocat νόσον. Plato in Sophista νόσον & φθορὰν idem esse dicit, vt & in νοσέω infrà reperetur.

C. Νοσογνωμονικὴ, sub. τέχνη vel ἐπιστήμη, Peritia cognoscẽdorum morborum, Cognitio morborum. A Platone apud Diog. Laert. statuuntur τῆς ἰατικῆς εἴδη πέντε, ἡ μὲν φαρμακευτικὴ, ἡ δὲ χειρουργικὴ, ἡ δὲ διαιτητικὴ, ἡ δὲ νοσογνωμονικὴ, ἡ δὲ βοηθητικὴ: quam νοσογνωμονικὴν dicit ἰᾶσθαι τοὺς ἀῤῥώστους ἀξιοῦντες γνῶναι τὸ ἀῤῥώστημα. pag. 167, & 168. B

C. Νοσοκόμος, ου, ὁ, Qui ægrotos curat. vel Ægrotis curandis præfectus. vt valetudinarii medici iurisconsultis.

ET Νοσοκομέω, Ægrotos curo, vel Ægrotis curandis præsum, vt valetudinarii medici, & ministri etiam qui ægris adsunt & subseruiunt. Diog. Laert. in Bione, pag. 207, de ipso Bione qui in morbum inciderat, ἀπορία δὲ καὶ τῶν νοσοκομούντων δεινῶς διεπέπει, ἕως Ἀντίγονος αὐτῷ δύο θεράποντας ἀπέστειλε. Et Νοσοκομοῦμαι, Ægrotus curor ab eo seu aliis qui ægrotantium curam gerunt, aut etiam ab alio quolibet. ac Synes. epist. 67, καὶ νοσοκομούμενον ἐπὶ τὸ σῶμα πρὸς τοὺς πόνους ἐκδιασάμενος, γέγονα κατὰ Παλαίστικαν. Ex quo intelligitur infirmum adhuc. C

ITEM Νοσοκομία, ας, ἡ, Ægrotorum curatio: de iis qui ægris subseruiunt. seu Infirmæ valetudinis cura. Greg. ἰατικὴν μὲν ἡ τῶν σώματος ἀῤῥωστία καὶ νοσοκομία αἰσαῖς καὶ αὐτῷ πεποίηκεν.

ET Νοσοκομεῖον, ου, τὸ, Locus in quo ægroti curantur, Valetudinarium. vt Columella, Si alter languidior est, in valetudinarium confestim deducat. Vtitur hoc vocabulo Hieron. in Epist. D

C. Νοσοποιὸς, οῦ, ὁ, Morbum afferens, Morbum incutiens, vt Plaut. & Lucr. loquuntur. Ad verbum, Morbum seu morbos faciens, vt Clef. dicit, Interest enim, fatigatio morbum, an sitis, an frigus, an calor, an vigilia, an fames fecerit, vt νοσοποιὸς αἰτία apud Alex. Aphrod. Causa morbi, seu quæ morbum fecit. Et νοσοποιὸς χυμὸς, succus qui morbum fecit. vel Morbidus, vt Lucr. dicit, —fit morbidus aër. ET Νοσοποιέω, Morbum seu morbos facio, Morbos affero seu incutio, In morbum coniicio, seu iniicio. Ceb. Theb. ἐκβάλλειν πάντα τὰ νοσοποιοῦντα, quæ morbum aliquem facere possint, Omnia morbida seu Omnes morbi causas. Νόσον ποιεῖν diuisa voce in ea significat. dicit Plato lib. 4 Polit. cui opponit ὑγίειαν ποιεῖν. E

C. Νοσοτροφία, ας, ἡ, Morbi nutritio: quum quis morbum, curando corpore, producit. aut Longus morbus. Plato lib. 3 De rep. Idem lib. 6, ἡ δὲ τοῦ σώματος νοσοτροφία, ἀπίρρουσα αὐτὸν τοῦ πολιτικῶν κατέχει. Bud. F

C. Ἄνοσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui nullo tentatur morbo, Qui morbidus seu morbosus non est, Immunis à morbis. seu (vt Cic. interpr. pag. 19 mei Lex. Cic.) Qui omni morbo caret. Athen. lib. 12, ἰῶ δὲ ἰσχνότατος ἄνοσος ἀξιοπαλέσας, de Panareto quodam. Philo De mundo ex Plat. τὸν κόσμον ἄνοσον εἶναι καὶ μὴ φθαρησόμενον, ægrotationis expertem, vt Bud. interpret. Videtur autem Philo intellexisse locum illum qui habetur pag. 18 mei lex. Cicer. ἵνα ἀγήρων καὶ ἄνοσον ᾖ, quæ Cic. ita interpr. Nequis morbus eum possit aut senectus affligere. Thuc. lib. 2, τὸ μὲν γὰρ ἔπος (ὡς ὡμολογεῖτο) ἐκ πάντων μάλιστα δὴ ἐκείνου ἄνοσον ἐς τὰς ἄλλας ἀσθενείας ἐπυξάνεν ὄν, Minimè morbidus (vt Lucretio Morbidus aër) seu Salubris. In quo posteriori loco ἄνοσος opponitur τῷ νοσοποιῷ. In v. l. ἄνοσος κακῶν, A malis alienus. G

C. Βαρώνοσος, Graui morbo implicitus: vel Graues morbos incutiens.

C. Ἐπίνοσος, Morbis obnoxius. oppositum τῷ ἄνοσος. vt ὅλον νοσον σῶμα, quod etiam νοσηματικὸν & νοσηματῶδες, morbidum seu morbosum. Aristot. Ethic. 3, cap. 4, ὡς γὰρ καὶ ὅλῳ τῷ σώματι, τοῖς μὲν οὐ δυσκινήτοις ὑγιεινά ἐστι, τὰ κατ' ἀλήθειαν ποιοῦντα οἷα· πῖς δ' ὀλίγον νόσος, ἔπεσα. vbi opponuntur τὰ οὐ δυσκίνητα σώματα· & τὰ ὀλίγον νοσα. VNDE Ἐπίνοσος, More eorum qui morbis tentantur. Poll. H

C. Μακρονοσία, ας, ἡ, Morbus longus seu diuturnus. A

Νοσώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Morbosus, Morbidus: cui opponitur ὑγιεινός Ab Aristot. Dicitur verò tam de persona aliqua quàm de re. Plut. Apophth. Μακεδόνων τοὺς νοσώδεις καὶ αἰσχρὰ πάσχοντας. Idem De sera num. vind. ἐὰν ὁ φαῦλος γένηται χρηστὸς ὥσπερ ἀνεκπλῆκτος ὁ νοσώδους. Idem in Lyc. λέγεται δὲ ἐξίστασθαι τὰ ὀξυπλήκτικα καὶ νοσώδη πρὸς τὴν ἄκραιν ἀποσφαλίζοντα· τὰ δὲ ὑγιεινὰ, μᾶλλον ἐρωμένα, καὶ κρατύνει τὴν ἕξιν. Idem De orac. Pyth. νοσώδη χλωρότητα καὶ φθορὰν ἀκαλλῆ. Idem τὸ νοσῶδες quasi dicas Morbositas. de iis qui sunt νοσώδεις, id est Morbosi. Plut. Symp. 4, καταγορεῖ δὲ αὐτῶν καὶ ἡ βραχύτης τοῦ βίου τὸ ὀλίγιστον καὶ νοσῶδες, quam sint exposita & obnoxia morbis. Locus etiam aliquis νοσώδης dicitur pro νοσοποιός, Morbidus, vt Morbidus aër Lucretio. Isocr. τὸ χωρίον ἐπιφθονέστερον νοσῶδες ᾖ. Sic Plut. τὰ νοσώδη χωρία φυλάττεσθαι. Idem περὶ πολυπραγμ. de Empedocle loquens, διαστρέφεσθαι βαρυνόμενος καὶ νοσώδη κατὰ τὴν πεδίον τὸν τόπον ἐμπίπτουσαν. Ibidem dicit δυσχίμερον οἰκίαν, ἢ νοσώδη. VNDE Νοσωδῶς, More eorum qui morbosi seu morbidi sunt & valetudini obnoxii. Quod aduerb. Polluci videtur esse δυσκίνητον, vt in Νοσερῶς dicetur.

Νοσέω, ῶ, Ægroto, seu Ægrotus sum, (vt Cicero interpr. pag. 61 mei lex. Cic.) Æger sum, Malè valeo. Plut. πολλοὶ ἰατρῶν βούλονται μὴ μὴ νοσεῖν τὸν ἄνθρωπον, νοσοῦντα δὲ μὴ ἀγνοεῖν ὅτι νοσεῖ. Idem, φάρμακα προσπάλλουσι τοῖς νοσοῦσιν, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ μὴ νοσῆσαι. Idem, ὀκνοῦσι μὴ νοσῆσαι. Idem, ὀκνοῦσι μὴ νοσῆσαι· ὅτι νοσοῦσιν ἀθανάτοι ὄντες. (sic Herodian. libro 5, νοσῶν χαλεπώτατα) Idem in Sympos. 8, ἐκ πόνων νοσοῦσιν εἰς ἡδονὴν. Luc. ἀφ' ἵππου κατέπεσε, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας ἀπέθανε. Idē De saltat. νοσῆσαι ὑπὸ λύπης. vbi etiam reddi posset In morbum incidere. Rursum Plut. Pericle, ἀπέθανεν ὑπὸ τοῦ λοιμοῦ νοσήσας. Idem, νοσοῦντα καὶ τὰ ὦτα καὶ τὰ ὄμματα. sicut Aristot. libro 3 De part. νοσοῦσι τοῖς νεφροῖς, renum morbo seu vitio laboro. Et in particip. οἱ νοσοῦντες, Ægri. Plutarch. ex poeta quodam, Διαφέρουσι οἱ νοσοῦντες. Athen. libro 2, παρηγορεῖσθαι πρὸς νοσοῦντας. Accipitur etiam metaphor. Dicitur enim & mens νοσεῖν. Hippocr. ὁκόσοι πονέονται περὶ τοῦ σώματος, τὰ πολλὰ τοῦ πόνου οὐκ ἀθάνατοι, ἀποθνήσκουσι ἢ γὰρ μὴ νοσέει. id est, Celso interprete, Quibus causa doloris, neque sensus eius est, his mens labat. Aliàs de leuiore quoque animi ægritudine dicitur, vt apud Isocr. De pace, νοσοῦντας ψυχὰς οὐδὲν φάρμακα πλὴν νόστος. Diphilus apud Athen. libro 6, νῦν δὲ καὶ κακοξία τὴν ὑποδέδυκε τοὺς ὄχλους· αἱ κρίσεις δ' ἡμῶν νοσοῦσι. Sed & is qui hæresin aliquam imbibit, νοσεῖν dicitur. Chrysostom. in 1 ad Corinth. 15, ἄξιον δὲ ἀκοῦσαι τοῦ θαυμαστοῦ λόγου τοῦτο τὰ Μανιχαίων νοσοῦντες. Idem pagina 239, ὥσπερ μανέντες καὶ τὰ τοῦ πιαῦτα νοσούντων, qui errore isto laborant, vel etiam sequuntur. Aliquando νοσεῖν accipitur pro Insano studio flagrare, teste Bud. qui ex Plat. Phædro affert, ἀπαντήσας δὲ τοῦ νοσοῦντος περὶ λόγων ἀκοῆς, ἥδιστον ἔξει συγκορυβαντιῶντα. Sic Plut. De laude propr. τῆς περὶ δόξαν νοσοῦσι. Νοσεῖν dicitur etiam ὅτι τοῦ φορυβεῖσθαι καὶ θεραπεύεσθαι, vt Poll. testatur: apud Demosthenem pro Intestinis discordiis laborare, & malis consiliariis vti, magistratibusque corruptis: de ciuitatibus, pagina 99, αἱ δὲ πόλεις ὀνόσουσιν, τοῦ μὲν ὀνόματος τοῦ πολιτεύεσθαι καὶ πράττειν δωροδοκούντων καὶ διαφθειρομένων ὅτι χρήματα. Hæc Bud. Sic apud eundem Demosth. Phil. 3, πανθάνεσθαι γὰρ αὐτοὺς ὡς νοσοῦσι καὶ ταραττόμενοι ἐν αὐτοῖς. Aliquanto post, ἐπιδεῖν τοῦτο κρατοῦν πρὸς νοσοῦντας ἐν αὐτοῖς καὶ παρεσκευασμένους πρὸς πόσιν. Plato quoque in Sophista, p. 136, νόσον & νοῦσον idem esse dicit. atque Hesych. quoque νοσοῦν exp. ταραττόμενον. (qui tamẽ infinitiuus est à VERBO Νοσόω) His addenda sunt & hæc de perturbato & malo vrbiũ aut regionũ statu. Thuc. lib. 2, ἀκμαζούσης ἐπὶ τῆς πόλεως καὶ ὥσπερ νενοσηκυίας, necdum labefactata. Demosthenes Philipp. 3, ὑφ' ὧν ἀπώλετο καὶ νενόσηκεν ἡ Ἑλλάς. vbi nota eum præponere quod maius & grauius est, postponere quod leuius & ordine prius. Apum quoque aluearia νοσεῖν dicuntur, quum cibus eis deficit: vt ex Plinio cognoscitur qui hunc Aristotelis locum, ἢν δὲ νοσήσωσιν τινος σμήνους ἢ λιμόν τινες ἢ ἀλλόφυλον, καὶ μαχόμενοι νικῶσαι ἐξέφερον τὰ μέλι, ita interpretatus est, Quod

si defecerit alicuius aluei cibus, impetum in proximas faciunt rapinæ proposito. A

Νόσημα, ατος, τὸ, Morbus. idem cum νόσος, vt ex Galeni verbis in νόσος citatis manifestum est. In definit. Stoicis, ἀῤῥώστημα, ὅτι νόσημα μετὰ ἀσθενείας, id est (interprete Cicerone) Ægrotatio, morbus cum imbecillitate. Plutarch. τοῦ τὸ σῶμα νοσημάτων. Sic Isocrat. De pace, τοῦ περὶ τὸ σῶμα νοσημάτων πολλαὶ θεραπεῖαι. Rursum Plutarchus Sympos. 8, καινὰ καὶ ἀσυνήθη νοσήματα φέροντα, morbos nouos & insolentes afferunt. Luc. De hist. scrib. Ἀσθενείας ἐμπεσεῖν τι νόσημα. Isocr. Panath. ὀλιγωρούμενόν μοι νοσήματος. Xenoph. Pæd. 5, ὡς μὴ ἀθεραπεύτους ἀόνους γενόμενοι νοσήματα περιπίπτωμεν, in morbum aliquem incidamus. Xenoph. De re equestri, ἀρχόμενα πάντα ἀνιαρότερα ἢ ἐπειδὰν ὀνοκιῤῥωθῇ τι καὶ ἀθεραπευθῇ τὰ νοσήματα. Plut. σκαμμωνίῳ λύσαι τὸ νόσημα τοῦ κάμνοντος. Idem de curiositate, πολλοὶ ἀποθανεῖν αἱρετώτερον ἢ δεῖξαί τι τῶν ἀπορρήτων νοσημάτων ἰατῆς. Plin. Ægrotationem vertit, pro his Theophrasti, καὶ τὰ μὲν νοσήματα ἀχθὸν ἄτοπα, καὶ ὀνόματος, dicens, Et ægrotatio quidem ferè in iis est: de arborum & seminum morbis. Metaph. quoque capitur vt νόσος & νοσέω. Plutarchus Pericle, ἔοικε δ' ὥσπερ συγγενικὸν αὐτῷ πρὸς τὴν φθόνον νόσημα τὸ φιλαρχεῖν. Idem in Lycurgo, τὰ πύτων ἐπὶ πλεῖστον ἐπρεσβύτερα καὶ μείζω νοσήματα πολιτείας, πλοῦτον καὶ πενίαν, ἀξελαύνων. Et de amore frat. φθόνος ἐμποιοῦσι καὶ ζηλοτυπίας, ἀίδιοι νοσήματα καὶ κήρας. Idem De orac. Pyth. πάντες οὐκ εἰσὶν, οὐδὲ πυρετνίδες, οὐδὲ ἄλλα νοσήματα καὶ κακὰ τῆς Ἑλλάδος. Thucyd. verò lib. 2 dixit etiam ἀῤῥωστίας τὸ νόσημα. Et Plato epistola 8, εἰς τὸ τοῦ πατρὸς νόσημα ἐμπίπτειν, in maiorum vitia incurrere. Item in placitis Stoicorum, νόσημα, οἵησις σφόδρα δοκοῦσα ἀίρεσιν. quod Cic. ita interpr. Animi ægrotatio, opinatio vehemens de re non expetenda tanquam valde expetenda sit, inhærens & penitus insita. VNDE Νοσηματικὸς, οῦ, ὁ, ET Νοσηματῶδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Morbosus, Morbidus. idem cum νοσῶδης. quod vide. Plut. De virtut. mul. τοῦ σώματος νοσηματικὴ, corpore valetudini obnoxio, seu morboso, vt Varro dicit morbosum pecus, & morbosum seruum Cato: morbidas apes Varro: morbidum corpus, Plinius. Νοσηματῶδη dicuntur etiam accidentia quæ ex ægrotatione manant, seu Quæ causam habent & originem à morbo. Exempla duo ex Aristot. habes apud Bud. pag. 132. Sic idem Aristot. Ethic. 7, cap. 5, οἱ δὲ διὰ νόσους, [θηλεώδεις γίνονται] οἷον τοὺς ὀλιγοφρενικοὺς, ἢ μανίας νοσηματῶδεις. A νοσηματῶδης est ADVERB. Νοσηματωδῶς, More eorum qui valetudini obnoxii sunt, More eorum qui sunt corpore morboso seu morbido. vt νοσηματωδῶς ἔχειν apud Aristot. Ethic. 7, quod Poll. dicit ὀλιγόνοσος ἔχειν. A νόσημα autem est & DIMIN. Νοσημάτιον, ου, τὸ, Morbus leuior. Aristot. lib. 3 Rhet. de ὑποκορισμῷ loquens ὃς ἐλαττον ποιεῖ τὸ κακὸν καὶ τὸ αἰσχρὸν, ex Aristophanis Babyloniis, αὐτὸ δὲ λοιδορίας, λοιδορημάτιον, καὶ νοσημάτιον. A

C. Ἀνόσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem cum ἄνοσος. v. l.

C. Ἀνανοσία, Rursus ægroto, Denuo ægroto, In morbum recido.

Νοσηλεύω, F. εύσω, Ægrum curo & ei subseruio, officia necessaria præstans: νοσοῦσιν ὑπηρετῶ, vt Hesych. exponit. idem cum νοσοκομέω. sic accipitur & θεραπεύω, vt suprà docui Tomi 1, col. 1540, litera H. Isocr. Æginet. ὀνοσήλευον αὐτὸν μετὰ παιδὸς ἑνός. Et paulo antè, ἐπειδὴ ἠδένησε τοῦτο τὸ νόσον ἐξ ἧς ἀπέθανεν, οὕτως αὐτὸν ἐθεράπευσα ὡς οὐκ οἶδ' εἴ τις ἄλλος πώποτ' ἔπραν. quam aliquento post dicit se λεπτοψυχοῦσα ὑποκομίσαι ὅτι τὸ πλοῖον, μετὰ τοῦ θεραπεύοντος τὸν ἑαυτοῦ, φέροντα ὅτι τοῦ ὤμων. Sic & apud Theodor. lib. 5 Histor. Eccles. de vxore Theodosii, τοῖς κλινοπετεῖς δι' ἑαυτῆς ὀνοσήλευεν, αὐτὴ τὴν χύτρας ἀπομύσσουσα καὶ ζωμοῦ χευσαμένη καὶ τρυβλίον προσφέρουσα. Pass. νοσηλεύομαι, Æger curor ab eo qui ægrotantibus subseruire & necessaria officia præstare solet: vt νοσοκομοῦμαι. Itē pro Ægroto. Appian. ὁ δὲ Καῖσαρ πολλὰς ἡμέρας ὀνοσηλεύσατο. frequens apud eum scriptorem, teste Budæo. Νοσηλεύω idem Budæus ex Celso interpr. Infirmo, & Valetudinarium reddo: citans eius signif. vsum ex Chrysost. comment. in epistolam ad Hebr. pagina 194. VNDE Ἐκνοσηλεύω, Ægrum curo. idem cum νοσηλεύω: vel potius Ægrum diligenti cura & obsequiis officiisq; necessariis è morbo ad pristinam valetudinem reduco. Theod. Histor. Eccles. lib. 5, ἵν' ὥς τάχιστα ὀνοσηλεύσαιμι τὸν μικρὸν ὑπὸ μελαγχολίας τὸ σῶμα τοῦ ὀνοσηλεύσαντος, πρὸς τὴν ἀρχαίαν τῆς ἀσθενείας ὑγίειαν ἐπαναγαγεῖν. Hesychio ὀνοσηλεῦσαι est ἀπαῤῥῶσαι. Ab νοσηλεύομαι autem est VERBALE Νοσηλεία, ας, ἡ, Ægrotatio in qua necessaria ægro officia præstantur: ATN σήλεια, ῶς, ipsa illa officia aut remedia quæ in eiusmodi curatione ægro adhibentur. Suidas, νοσηλεία, ἀσθένεια· νοσηλεία δὲ, φάρμακα, τὰ θεραπευτικά. Est autem νοσηλεία à νοσηλεύομαι significãte νοσῶ οὐκ ἐπαχθῶς, vt idem Suidas exponit. Veruntamen actiuè etiam accipitur pro Curatio ægroti qua debita ei officia præstantur, sicut θεραπεία. Et est ab actiuo νοσηλεύω, quod idem Suid. exponit, νοσοῦντα θεραπεύω, vt apud Plut. in Lycurgo, pagina 14, μακρῶν μὲν ὑπνων, θερμῶν δὲ λουτρῶν, πολλῆς δὲ ἡσυχίας καὶ τοῦ περὶ νοσηλείας καθηκουσῶς δεόμενον. Pro ægrotatione capi potest in hoc eiusdem Plut. loco in lib. An seni capess. resp. ὀκνοῦσι μακρᾶς οἰκουρείας, ὡς τοῦ νοσηλείας, ἀξιοῦσθαι μόνον καὶ κινούμενον γέροντος ὅτι ῥαστωνίαν ἢ θεραπείαν. ex longo morbo seu diuturno. Sic & apud Soph. in Philoct. initio, ἀλλ' πεται Ῥάκη βαρείας τῆς νοσηλείας πέα, id est νόσου βαρείας πεπληρωμένα, siue νοσοκομίας, vel τῆς ὀνόσου ἀκαθαρσίας. tot enim modis schol. exp. B

Νοσηρὸς, οῦ, ὁ, Morbidus, Morbosus. idem cum νοσῶδης, νοσηματῶδης, νοσηματικὸς & ὀλίγονοσος. ac sicut suprà νοσῶδη χωρία habuimus ex Isocr. & Plut. sic apud Xenoph. Pæd. 1, πρὸς τὴν τῶν νοσηρῶν χωρίων καὶ τῶν ὑγιεινῶν. Poll. lib. 3, νοσηρότερον. ὅθεν καὶ νοσηρὸν χωρίον καὶ νοσῶδες. τὸ δὲ νοσταλεῦν, ἐφάπτως κωμικόν. Est autem hoc νοσηρὸς à νοσέω, futuro verbi νοσέω, AT Νοσερὸς, ab ipso νοσέω, teste Eustathio. quod νοσερὸς eiusdem cum νοσηρὸς significationis est. Plut. Lyc. pag. 18, ὡς ἡθῶν οὐκ αἰσθανόμενοι πονηρῶν ἢ σωμάτων νοσερῶν ἔξωθεν ἐπισύντων. suprà νοσῶδη & νοσηματικὰ σώματα, quæ Plinius morbida, Cato & Varro Morbosa. C

VNDE Νοσερῶς, More eorum qui valetudini obnoxii sunt & morbidi. Poll. lib. 3, κακοπαθῶς, ἀῤῥώστως, νοσερῶς, ὀλιγόνοσος· τὸ δὲ νοσωδῶς, οὐκ ἀνήκοον. Aristot. Polit. lib. 6, τὰ νοσερῶς ἔχοντα τοῦ σωμάτων καὶ τοῦ τοῦ πλοίων ὀκνελευθέρα. D

AT Νόσιμος quod in v. l. exponitur Ægrotus, mihi equidem suspectum est.

Νοσταλεῦρος, οῦ, ὁ, idem cum νοσηρὸς & νοσερὸς, Morbidus, Morbosus. quod licet Pollux ἐφάπτως comicum esse dicat, reperitur tamen apud Aristot. Polit. 3, cap. 4, de auaris qui magistratus habent quæstui, βούλονται σωσεχῶς ἄρχειν· οἷον εἰ σωσέβαινεν ὑγιαίνειν ἀεὶ τοῖς ἄρχουσι, νοσταλεῦρος οὖσι, valetudinariis seu valetudini obnoxiis. E

Νοσάζω, Ægrotum reddo, Ægrotum facio: cui oppositum ὑγιαζω. vt apud Galenum αἴτιον νοσάζον, causa morbi, quod & νοσῶδες & νοσοποιὸν dicitur: oppositum habens τὸ ὑγιάζον, vt Bud. tradit. Themist. in 5 Phys. ἐναντίον γὰρ δοκεῖ τὸ ὑγιάζεσθαι τοῦ νοσάζεσθαι. Idem Bud. habet ET Νοσίζω, Ægrotum facio. ex Gazæ interpr. cui itidem opponi dicit τὸ ὑγιάζω. F

Νοῦσος, ου, ἡ, Morbus: Ionicè pro νόσος. Od. λ, δολιχὴν νοῦσον, Longus morbus seu diuturnus, Aretæo χρόνιον πάθος. Hesiod. Asp. Νούσων τ' ἀῤῥαλέων ἄτ' αἰῤῥάσι χῆρας ἔδωκαν. Od. ε, ὃς ἐν νούσῳ κεῖται, κρατερ' ἄλγεα πάσχων, Δηρὸν πηκόμενος. Il. ν, Νούσῳ ἐπ' ἀῤῥαλέῃ φθίσθαι. φ suprà νόσῳ θείρεσθαι. Od. ο, Πείνη δ' οὔ ποτε δῆμον ἐσέρχεται, οὐδέ τις ἄλλη Νοῦσος ὅτ' συγκρὴ πέλεται, δειλοῖσι βροτοῖσι. Od. λ, Οὔτέ τις οὖν μοι νῦσος ἐπιλυθεν, ἥτε μάλιστα Τυκεδόνι συγκρῇ μελέων ἐξείλετο θυμόν. Et Il. α, de peste (vt & apud Thuc. suprà νόσος) Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν· ὀλέκοντο δὲ λαοί. Od. ι, Νοῦσόν γ' οὔπως δῶ Διὸς μεγάλου ἀλέασθαι, morbum à Ioue immissum: seu νόσον λοιμικήν. Frequens apud Hippocr. & Herodot. G

C. Νουσοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, Morbos afferens: νοσήματα φέρων, vt Plut. loquitur. Extat in Epigr. H

C. Νουσαχθὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Morbo grauatus, Æger. Oppian.

C. Ἄνοσος, Omni morbo carens, pro ἄνοσος. Odyss. ξ, ἀσκεθὲς καὶ ἄνοστι.

C. Βαρώνοσος, ου, ὁ καὶ ἡ, Graui morbo laborans.

C. Νουσαλέος, ου, ὁ, Morbidus, Morbosus, Valetudinarius.

Aut ſimpliciter Ægrotus. Nonn.

NOΣTE'Ω, ῶ, F. ήσω, Redeo. Il. σ, οὐδέ με νοήσαντα Δέξε) ἐν μεγάροισι γέρων ἱππηλάτα Πηλεΐδ. Il. ρ, καὶ αὐτὸ Χάρμα φίλοις ἑταίροισι ζωόμεθα νοήσαντες. Od. υ, πόδε κέρδιον ἦεν Εἰ νόστησ' Ὀδυσεὺς καὶ ὑποπτέρου ἵκετο δῶμα. Νῦν δ' ἤδη πόδε δῆλον ὅτ' οὐκέτι νόστιός ἐστιν. Et paulo antè, ἐώλαπει Νοήσαι Οὐ δυνήσῃ πολύφρονα ὄνδε δόμονδε. Plutarch. Hellen. Μήποτε νοήσαιτο φίλων ἐς ἅπαν εἶδος χάριν. quē verſum ſcribit Ζεὺς ἀπίχρωτας εἰς Καστοπαίαν τ' Βοῶν, ὃς Αἴνου παῖς παρθένος ὡς πεμπούσας ſolitas fuiſſe ἐπάδειν ἄχει θρόων. ‖ Aliquādo capitur pro Eo, Proficiſcor, ſicut & νέομαι & νείσομαι, vnde ipſum deriuarūt quidā. Odyſſ. ο, οὐθ' ἑὸς δόμος ἀμφεκάλυψεν Κεῖσέ με νοήσαντα, Illuc profectū, Quum eò veniſſem. ‖ Interdū & Aduenio. Plato Epiſt. 7, νοστεῖν de mortuis dixit huc & illuc euntibus ac redeuntibus ſeu errantibus, ὑπὸ γῆς νοήσαι πορείαν ἄπιμόν τε καὶ ἀθλίαν παντοῖαν. vbi exponitur, Sub terra paſſim turpiter miſeréq; omnino circūferri.

Ἀνόστιος, ου, ὁ καὶ ἡ, Vnde rediri nequit, Vnde aliquis redux eſſe ſeu fieri nequit. Epigr. lib. 3, Ἐς τὸν αὐτὸν πάλιν χῶρον ἔσῃς ἀνέρων, irremeabilem, Virg.

Νόστος, ου, ὁ, Reditus. quod quidam grammatici exiſtimāt eſſe verbale à νέομαι ſiue νείσομαι, id eſt Redeo. vnde alii ipſum verbum deduxerunt, vt dictū eſt. Odyſſ. α, Ἀχαιῶν νόσον ἄειδε, reditum Græcorum ex bello Troiano. Od. σ, οὐδὲ νέεσθαι Οἴκαδ' ὅπῃ οἱ νόστος, nec redire domum quò redire animus ei eſt. Od. γ, Νόστου μιμνήσκεσθαι, reditus meminiſſe. pro quo Il. ι dicit νόστ μετὰ φρεσὶ βάλλεσθαι de reditu cogitare. Od. λ, νόστοιο μέδεσθαι. Od. α, νόστου κεχρῆ μόρος. pro quo Od. λ, μάλα πᾶν νόστοιο χαπίζων. Od. ο, οὔτι σ' ἔγωγε πολὺ χρόνον ἐνθάδ' ἐρύζω Τέρμιον νόστοιο. Od. ψ, Νόστον ἑταίροισιν διζήσομαι ἠδ' ἐμὲ αὐτόν. Od. ι, Μήποτε τις λωποὶ φαγὼν, νόστοιο λαθηται, reditus obliuiſcatur. Od. ψ, de Vlyſſe, Ὤλεσε τὴν δ' νόστον Ἀχαιΐδος, ὤλεσε δ' αὐτῆς, reditum in Græciam. Od. ξ, ἢ δ' τόγε κῆρ νόστον ἔδησεν. Od. μ, Κύμασιν ἐμφορέοντ' θεὸς δ' ὑποπάντυπο νόστον, adimebat eis reditum: de ſociis Vlyſſis è naui in pelagus delapſis. Cōtrà, Od. ζ, Νόστον Ὀδυσσῆϊ μεγαλήπορι μηπόδωσα. Il. β, Ἀχαιοῖσιν ὑφέμορα νόστος ἐπύρθη. Et νόστον ἀποίσεται apud Eurip. Reditum auferet, hoc eſt, Reditum nanciſcetur, Redibit. Interdum additur epitheticōs φίλος aut γλυκερός: vnde factum eſt vt νόστιμος aliquando pro γλυκὺς ſiue ἡδὺς accipiatur. Od. χ, Τηλοῦ ἐμοὶ νόστοιο τέλος γλυκεροῖο γένοιτο. Il. π, μὴ δὴ πυρὸς αἰθομένοιο Νῆας ἐνιπρήσωσι, φίλον δ' ἀπὸ νόστον ἕλωνται, reditum adimant. vt paulo antè, ἀποπάντυπο νόστον. Et Od. λ, Νόστον δίζηαι μελιηδέα φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ, Τὸν δέ τοι ἐξαλέεσθαι ὀίομαι θεός. Extant & libri tum poetarum, tum proſæ ſcriptorum περὶ νόστων, vt teſtatur Suid. Sic apud Athen. lib. 11, Ἀντικλείδης ὁ Ἀθηναῖος ἐν ὀκτὼ καὶ δεκάτῳ Νόστων. Et apud Heſych. Νόστοις, βίβλοις οὕτω καλουμένοις.

Νόσος accipitur alicubi pro Dulcedo, Suauitas. Euſt. p. 1383, οἱ δὲ μὲν Ὅμηρον καὶ βρῶμα φασὶ νόστιμον, καὶ νόστον δὲ τὴν ἡδύτητα, ὅθεν τὸ ἡδὺ τῶν Ὁμηρικῶν νόστου. Præterea Heſychio νόσος eſt non ſolùm ἡ εἰς τὸν οἶκον ἀνακομιδὴ ſiue ἐπάνοδος, ſed etiam ἡ ἀνάδοσις τῆς γλύκυτος. Et apud Suidā, νόσος παρὰ τῇ συνηθείᾳ γλυκασμὸς, ὅθεν τὴν ἐδεσμάτων, ὡς ἀπὸ τῆς οἴκαδε ἀναστροφῆς καὶ ἀνακομιδῆς, παρὰ τὸ τῆς παρίδος γλυκύ. Idem tamen huic poſteriori νόσος primum locū etiam tribuit. ait enim, νόσος, ἡ οἴκαδε ἐπάνοδος, παρὰ τὸ τῆς πατρίδος ἡδύ: ſed minus rectè.

Νόσος habet & aliam ſignif. Athen. lib. 14, ex Tryphone, ἰμᾶτος, ἢ ὀθόνιον καλουμένη, (videlicet ὡς ἡ λῶ πα ἐπὶ τοῖς ἀλέσεσι ἡδὺ ἔστως ἀπὸ ἱμαλίδος. ἱμαλὶς δὲ ὅτι παρὰ Δωριεῦσιν ὁ νόσος, καὶ τὰ ὀθόνια παρὰ ἀλέσιν. quem locum quum citaſſet Euſt. p. 1885, ſubiungit, λέγει δὲ νίσον ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ Ὀμηρικὸν καὶ σωνῆθη, ἀλλὰ πνα δαίμονα ὀθόνιον, ἔφορον παρὰ ἀλεσιν, ὃς καὶ Εὔνοσος ἐλέγετο. ἢ παρώνυμον τὸ νόσιμον. Idem Euſt. p. 1383, καὶ νόσον δὲ τὴν ἡδύτητα, (ſubaudi appellant poſteri Homeri) ὅθεν τὸ ἡδὺ τοῦ Ὁμηρικοῦ νόσου. ὅθεν καὶ Εὔνοσος, φαῦλόν φασιν ἀγαλμάτων παρὰ τοῖς μύλωσιν ἢ (ὡς ἐν ἑτέρῳ ῥητορικῷ λεξικῷ κεῖται) Εὔνοσος, θεὸς δημύλιος, δοκοῦσα ἐφορᾶν τὸ μέτρον τῶν ἀλεύρων. Eſt igitur ſiue Νόσος SIVE Εὔνοσος deus deáve, vel dei ſimulacrum quod molendinis appoſitū, farinæ menſuram inſpicere ac velut ei præeſſe credebatur. Idē & Heſychius teſtatur, apud quem ita habetur, Εὔνοσος, ἀγάλματον ἀπελὲς ἐν τοῖς μύλωσιν ὃ δικεῖ ἐφορᾶν τὸ ὀθόνιον τῶν ἀλεύρων, ὅπερ λέγεται νόσος.

C. Ἄνοστος, ου, ὁ καὶ ἡ, Reditus expers. Eurip. Iphig. Taur. Ἄνοστος εἶμι. ‖ Item Dulcedinis ſeu ſuauitatis expers, Inſuauis: à poſteriori νόσος. Theophr. De c. pl. lib. 4. de leguminibus loquens, ἐπὶ δὲ τῶν ἰσχυροτέρα καὶ ἀχυλότερα, καὶ νοσιμώτερα καὶ ἡδυσοτέρα, καὶ ὡς τὶς τῶν σίτων βελτίω καὶ ἥρω, τὰ μὴν τῶν τοιοῦτο διαφέρει. vbi Gaza etiam vertit, Quædam ſuauiora, quædam inſuauiora.

B Νόστιμος, ος, ὁ καὶ ἡ, Rediturus, vel Qui redire poteſt. Exemplum habes paulo antè in νοστέω: vbi νοήσαι & οὐκέτι νόστιμον τοῖ ſibi opponuntur. Sic Od. δ, ad Penelopen, ἐπὶ νόστιμός ἐστι Σὸς παῖς, adhuc filius tibi ſupereſt qui redire poſſit. de Telemacho qui peregrè iuerat de patre reſciturus ex commilitonibus an adhuc viueret & reditum pararet. Sunt qui interpretētur Redux: quod tamen potius de eo dicitur qui reductus eſt ſeu rediit. Cic. Reducem me eſſe voluiſtis: de exilio ſuo loquens. Terēt. Reducem me in patriam facis. Virg. — tibi reduces ſocios claſſemque relatā Nuntio. Dicitur & νόστιμον ἦμαρ, τὸ φοίκαδε ὑποστροφῆς, dies reditus, hoc eſt Dies quo aliquis domum ſuam reuertitur. ſeu (vt Heſych. exp.) τὸ ὑποπτεμον καὶ αἰακομιστικόν. Od. θ, Οἴκαδέ τ' ἐλθέμεναι καὶ νόστιμον ἦμαρ ἰδέσθαι. Od. α, τῷ δ' ὤλετο νόστιμον ἦμαρ. pro quo dicit Od. ψ, Ὤλεσε τηλοῦ νόστον Ἀχαιΐδος, ὤλεσε δ' αὐτῆς. Et Od. α, Οὐδ' Ὀδυσεὺς εἷς ἀπώλετο νόστιμον ἦμαρ Ἐν Τροίῃ, πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι φῶτες ὄλοντο. Od. α, αὐτὰρ ὁ πῖσυρ ἀφέλετο νόστιμον ἦμαρ. pro quo Od. μ dicit, θεὸς δ' ἀποάντυπο νόστον. Et Il. π, ἀπὸ νόστον ἕλωνται: accipiēs nimirum νόστον & νόστιμον ἦμαρ pro eodem. Item lib. 3 Epigr. νόστιμος ἄπτολις. Eurip. verò dixit etiam νόστιμον δόμον, de domo in quam quis redit. in Alceſtide, Ἀλλ' ἄπτοιμι, νόστιμον δ' ἐλθοῖς δόμον, faxit Deus vt proſpera vtaris fortuna domūmq; redeas.

Νόστιμος ex poſteriori ſignif. πόνος accipitur etiam pro Suauis, Dulcis, vt & Suidas teſtatur, quum ait, ὃν δὲ πόνον καὶ σωνῆθειαν, νόστον (quod videlicet pro Dulcedo vſurpatur) καὶ νόστιμον, τὸ ἡδύ. Euſtathius pagina 214, de Homerico νόστος loquēs ſignificāte Reditus, ἀφ' ἡδὺ τῆ πάντα νόστου, καὶ νόστιμον ἐδέσμα λέγεται τὸ ἡδύ. Idem pag. 1383, Ὅμηρος μὲν ἦμαρ νόστιμον, τὸ τῆς οἴκαδε ὑποστροφῆς λέγει· οἱ δὲ μετ' Ὅμηρον, καὶ βεῦμα φασὶ νόστιμον, καὶ νόστον δὲ τὴν ἡδύτητα. Occaſionem igitur Homeri poſteri huius vocis ita vſurpandæ ex ipſo Homero ſumpſerunt, qui νόστ modò γλυκερὸν vocat, modò μελιηδέα, vt ſuprà quoque dixi. Sic νόσιμα ἐπέρματα apud Theophraſt. quæ alibi γλυκέα, quibus opponit τὰ αὔεσα, vt videre eſt in loco quem ſuprà citaui ex libro 4 De cauſis plātarum, capite 14, Ibidem, νοσιμώτερα ἐκ τῆς αὐτῆς ὡδῆ πολὺ τὸ ἀέρος κρᾶσιν. οὐ γὰρ πάντως ὅταν πλεῖστος καὶ ἀφίστατο γένηται, καὶ νοσιμώτατος. Ibidem, δοκεῖ δὲ μεγάλα συμβάλλεσθαι καὶ ἡ σκάλωψ ὡς τὸ νοσιμώτερον ποιεῖν καὶ τὸ ἐγγύτερα θερίζειν, ad ſeminis ſuauitatē, vt Gaza interpr. (In quibus tamen locis νοσιμώτερος & νοσιμώτατος per o ſcribuntur in antepenultima) Sic & apud Plut. accipitur Sympoſ. 5, probl. 9, vbi quæritur quare ficus, quū ſit ἀριμωτάτη arbor, ferat γλυκύτατον fructū. ὡς ὅθεν γὰρ τὸ ἦπαρ, εἰς ἕνα τόπον τὰ χυλώδεις ἀποκρίνεται. αὐτὸ γίνεται γλυκύτατον, ὑπὸ τῆ συκῆν εἰς τὸ σῦκον ἀπαν τὸ λιπαρὸν καὶ νόσιμον ἀφιέναι, αὐτὸ ἄμεστον τῆ γλυκύτητος. vnde patet & ipſum accipere νόσιμον pro γλυκύ. Dicitur etiā νόσιμον in aliqua re quod veluti eius medulla & ſucc⁹ eſt, ſeu melior pars & veluti flos: cui plerunque opponuntur ſordes & excremēta. Lucianus de luctu, ὅθεν τὴν καθαρμοῦ τὸ μὴν νοσιμώτατον τοῦ παρεκβυασμένου καὶ πόνος παραλαβὼν αὖθις εἰς τὴν οὐρανὸν οἴχεται· τὸ δὲ καταπεπόμενον, ἡ κόνις, ἀχρεῖον. Vbi tamen Eraſmus vertit, Id quod ex apparatu potiſſimum ad nos redire debuerat. Dioſc. libro 1. ὅταν δὲ μαλακὸς γένηται, δεῖ παρατέως τὸ ὕδωρ ἐκχεῖν χωρὶς τὸ κινεῖν, ἵνα μὴ συνεκκλύζηται τὸ νόσιμον. vbi Marcell. vertit, Ne ſimul quod quæritur vtile, effluat. Rurſum Dioſcorides libro 3, capite 97, de purgatione galbani, οὕτω γὰρ τὸ νόσιμον ὑποτακήσεται ὡς δι' ἡθμοῦ· τὰ δὲ ξυλῶδες ὂν τοῦ ὀρνίθου μένει. vbi Marcell. iterum vertit, Quod vtile eſt. Et libro 5, capite 85, de lotura pompholygis, οὕτω γὰρ τὸ μὲν ἰλυῶδες καὶ νόσιμον αὐτῆς ἀπορρύσεται, τὸ δὲ σκύβαλον παν ὀνπαῦ ὀρνίου μένει. vbi iterum Marcellus vertit, Quod in ea limoſum eſt & vtile: non ſequēs eos qui interpretati ſunt Pars dulcior, Pars ſapida. ac reuera ea interpretatio magis conſentanea loco illi videtur. ‖ Νόστιμος ab Heſychio exponitur ὠφέλιμος.

C. Ἀνόστιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui non rediturus eſt, Cuius res eo loco ſunt vt redire nequeat. ὁ νόστιμος, vt Homerus ſuprà loquitur. Odyſſeæ α, Ὃς (videlicet Deus) κεῖνον δ' ἱστάνον ἀνόστιμον οἶον ἔθηκε. quod ipſe aliis verbis diceret, Ὃς κείνῳ δ' ἐς τέλος ἀφέλετο νόστιμον ἦμαρ, vel ἀπὸ εἵλετο νόσον, aut ἀποάντυπο νόσον. ſic enim ſuprà loquitur, vt prædixi.

B C. Παλινόστιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, Iterum rediturus. vel Reuerſurus, Qui reuerſurus eſt, ſeu reuerti poteſt. Idem cū νόστιμος. nam πάλιν abundat.

C. Ἀπόνοστέω, Redeo, ſeu reuertor alicūde. Il. α, Ἀτρείδη νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀίω Ἀψ ἀπονοστήσειν. Vtitur & Arrianus hoc verbo, atq; adeo eiᵒ VERBALI Ἀπονόστησις, pro reditu.

C. Παλινοστέω, Redeo, Reuertor. Idem cum νοστέω, adeo vt πάλιν ſuperuacuum ſit in hoc compoſito, niſi eſſe dicatur à νοστέω ſignificante ſimpliciter Eo, ſeu Venio. vt ſit quaſi Rurſum eo, Reuenio. quo vtitur Cic. poſt Plaut. Sed & Redeo dicitur quaſi Reeo. apud Suid. παλινοστήσας, ἐπανεληθών. VNDE Παλίνοστος, Qui redit ſeu reuertitur, Recurrens, Reciprocus. vt παλίνοστος πορεία apud Nōnū, Reciproca via ſeu iterata. Et παλίνοστος θυμὸς ἐιδεμ, Partus iteratus. Apud eūdē παλινόστοισι κωπέλοις, reciprocātibus poculis. De Παλινόστιμος autem paulo antè dictum eſt.

C. ΠΕΡΙνοστέω, Circumeo & oberro. Annotat Ariſtophanis D ſcholiaſtes proprié hoc verbo ſignificari τὴν ἀπὸ ἀλλοδαπῆς οἴκαδε ἄφιξιν καταχρηστικῶς autem, τὴν ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετὰ βάσιν καὶ πορείαν. proprié igitur περινοστεῖν de iis dicetur qui vt domum redeant, omnia loca peerrant, & qua ſibi via domū redeundū ſit, explorāt. ſed frequētius accipitur pro Vagabundus circumeo & obambulo. Plutarch. de Chryſippo & eius aſſeclis, οἷονται φαῦλα δαιμόνια περινοστεῖν οἷς οἱ θεοὶ δημίοις χρῶνται, per orbē terrarum circumire, & omnia perluſtrare. Demoſth. De malè geſta legatione, κἂν πλείστον λαθὼν ὅτι πολὺ κεφαλὴν περινοστῇς, καὶ ἐμοὶ λοιδορῇ, Oberres, Obambules, Expatieris per vrbem. Syneſ. Theophilo, de vagis ſacerdotib⁹, qui ſtipendia ſua ſequebantur, ſacerdotia commutantes, καρποῦνται δὲ παῖς πλαῖς, ὀκεῖ περινοστοῦντες ὅπου κερδαλεώτερον. Idem cū accuſatiuo iūxit, περινοστεῖ πολὺ Αἴγυπτον μετ' ἐκείνου. Idem epiſt. 67, περινοστοῦσί τινες βακαυτίδοι παρ' ἡμῖν, oberrant & vagantur quidam homines vacantes. Ii etiam περινοστεῖν dicuntur qui aliquid in orbē luſtrant & inſpiciunt. Plutarch. Symp. ſept. ſapientum, τὰ πεκτόνων καὶ λιθοξόων ἔργα περινοστεῖς, luſtras & circumſpicis. Herodian. l. 8, de Aquileienſibus obſeſſis, ἐνυβρίζειν παῖ Μαξιμίνῳ περινοστοῦσι, obeunti mœnia Maximino.

C. ΥΠΟνοστέω, Retrorſum abeo, vel Clam me recipio. vnde ὑπονοστήσας Heſychio ἐπανεληθών, ὑποστρέψας. Dicuntur etiam ὑπονοστεῖν ea quæ ſubſidunt, ſeu ſidunt. Thuc. libro 3, p. 113, καὶ κυμα πολὺ θεῖσα, (videlicet ἡ θάλασσα) ἐπὶ πλεῖστον τῆς πόλεως μέρος τι, καὶ τὸ μὲν κατέκλυσε, τὸ δὲ ὑπενόστησε. vbi poſterius τὸ nominatiuus eſt, non accuſatiuus, vt præcedens, ac dicitur ibi pars quædam illius ſoli ὑποκαθεσθεῖσα καὶ παπεινοτέρα γένεσθαι, vt ſchol. annotat. Sic apud Phil. De mūdo, τὰ μὲν χιμάρροις ἀπερράχθαι, τὰ δὲ ὑπονοστήσαντα κεκαλάσθαι, alia ſuopte nutu ſubſidentia peſſum iuiſſe, B. interpr. de montibus excelſis. Et Ariſtot. Meteor. 3, de motu terræ, ἐὰν δὲ τούτῳ συμβαίνοντος ὑπονοστοῦσιν πολλαχοῦ φαίνεσθαι τὴν γῆν. Suidæ ὑπονοστήσαι eſt ὑποκαταβῆναι. Pro Retro abeo accipitur apud eundē Ariſtot. in hoc loco, τὴν ἥλιον ἀγχυλοῦσθαι καὶ ἀμαυρὸν αὐαίνεσθαι εἰς ὑπονοστεῖν ἀρχομένου τοῦ πνεύματος εἰς τὰ γένη. ceſſim eunte. Pro quo ibidē dicit, μεταῤῥοίας εἶσιν γινομένης πνεύματος. Ac H cipitur pro Retro abeo & vertor, in alio quoq; loquēdi genere. Plut. Pol. præc. p. 159, καὶ τὸ θαυμαζόμενον αὐτοῦ ἐν ἀρχῇ τὴν ὀπτηλείας, εἰς χλευασμὸν ὑπονοστεῖ καὶ γέλωτα, in riſum abit, ſeu cōuertitur. VNDE Ὑπονόστησις, εως, ἡ, qua quid retrorſum abit, & ſe clanculū recipit aut ſubſidit. Plut. in Anton. p. 292, de Serbonide palude loquēs, ἡ δ' ἐρυθρᾶς θαλάσσης ὑπονόστησις εἰς δοκεῖ καὶ διάθησις. i. inquit. Budæus, Maris rubri ſubterraneus meatus vel reciprocatio latens.

NO'ΣΦI, SIVE Νόσφιν, Seorſum, ſeu Seorſum ab. Il. β, Ἦν τ' αὐτὸς ἀπὸ νόσφι καθῆσθαι. Il. λ, Ἠῶθεν δ' ἀπὸ νόσφιν ἔειν πεπνυμένα θυμῷ, Seorſum ab aliis ibat, hoc eſt Secedebat. Aut etiam Procul ab aliis ſecedebat. Sic apud Heſychium νόσφιν ἐκεῖ, pro χωρὶς ὑπάρχων. Il. ω, Δμῳαὶ δ' ὀκναλέστας λοῦσαι κέλετ' ἀμφί τ' ἀλεῖψαι, Νόσφιν ἀπεσάσας, ὡς μὴ Πείσαιτο ἴδοι υἷόν, seorſum. Il. ο, νόσφιν ἀπ' ἄλλων, ſeorſum ab aliis. Il. α, Αἰνότατε φίλον ἐστὶν ἐμοὶ ὑπὸ νόσφιν ἐόντα Κρυπτάδιον φρονέοντα δικαζέμεν, ſeorſum à me. Odyſſ. κ, Ἀμφὶ ἐμ' οὐρόμενοι ὅτε περ σύ γε νόσφι γένοιο, te abſente. Iungitur & cum genitiuo pro Sine. Il. ξ. de ſubulco ædificante ſtabulum ſuo gregi, Νόσφιν δεσποίνης καὶ Λαέρταο γέροντος. At ex Nonno, νόσφι δόμου, extra domum. Heſychius νόσφι exponit non ſolùm χωρὶς, κάθω, δίχα, ὀκτός: ſed etiam λάθρα, μακρά.

Νοσφίζομαι, Sum ſeorſum, pro νόσφιν εἰμί. Odyſſ. ψ, Τίφθ' οὕτω πόθεν νοσφίζεαι, οὐδὲ παρ' αὐτὸν Ἕζεσθαι, μύθοισιν ἀνέρεαι οὐδὲ μεταλλᾷς; quid ita à patre te ſegregas? ſeu (vt Euſtathius exponit) νόσφι γίνῃ, χωρίζῃ. Sic & Odyſſ. λ, Μή μ' ἄκλαυτον, ἄθαπτον ἰὼν ὄπιθεν καταλείπειν, Νοσφιθείς, idem exponit, νόσφι γενόμενος, χωρισθείς, ὑποχωρήσας. Idem Auerſor. Sic Iliad. α, Ἀτὰρ οὐδ' ἄρ τοι φαίδιμε, καὶ νοσφιζόμεθα μᾶλλον, i. Magis auerſaremur, Magis ab eo credēdo abhorreremus, ſeu μᾶλλον χωρίζοιμεθα τῆς πίστεως πόδ' ὀνείρου, vt in meo Hom. manuſcripto exponitur. Sic poſſet & in præcedenti loco capi. ‖ Item Deſtituo, Deſero, & quaſi ſeorſum relinquo. Odyſſ. τ, Τῷ κεν ἄμ' ἑσπόμεθα νοσφισαμένη τόδε δῶμα. Sic Helena Odyſſ. δ, Παῖδά τ' ἐμὸν νοσφισαμένη, τάλαμόν τε πόσιν τε. Odyſſ. τ, ὅτε περὶ πόντον Κρήτης ὄρεα νιφόεντα Νοσφισάμεθ', ὅθι νῆες ἐμαν δολιχοπρύμνοιο, reliqui. Quibus addi poteſt ex Sophocle Œdip. tyr. εἰ νοσφίζομαί σε. vbi ſcholiaſtes, οὐ συγχίνομαί σοι, te deſtituo: & εἴ σε ἀκηρέπομαι, vel ἀποκρύπομαι. exponit etiam, εἰ ἀλλότριόν σε καὶ οὐκ οἰκεῖον νενόμικα. AT Νοσφίζω Homero ignotum eſt: νοσφίζεσθαι autem ab eo vſurpari non tam pro νόσφι καὶ χωρὶς γίνεσθαι καὶ ἀφίστασθαι, quàm etiā actiuè pro χωρίζειν ac νόσφι καὶ πόρρω ποιεῖν, annotat Euſtath. In qua poſteriori ſignificatione accipi poteſt apud Dionyſium De ſitu orbis, vbi de Achæis ad Troiam obſidendam proficiſcentibus ait, Τοὺς πετ' ἀπὸ Ξάνθοιο καὶ Ἰδαίου Σιμόεντος Ἠνοιὰ νοσφίσαντο νότοιό τε καὶ βορέαο. Vbi idē Euſtathius exponit, νόσφι καὶ χωρὶς καὶ μακρὰν ἀπήγαγον καὶ ἀφωρίσαντο, ſepararunt ſeu ſeiunxerunt. Citatur pro actiua voce ex Apoll. Arg. libro 2, ἀνόσφισαί μ' Ἡρακλῆος, ab Hercule me ſeparārūt: item ſine expoſitione, ex Euripide, νοσφίσας με ἄπο δόμων. vbi videtur accipi pro Deferens, vt παῖδα ἐμὴν νοσφισαμένη paulo antè: id tamē incertum eſt, quia integer locus non adſcribitur.

C. Ἐνοφθαλμίζω, Inoculo. Theophr. de caus. plantarum l. 5. ὡς ὅταν εἰ τις ἐνοφθαλμίσῃ δένδρον ἐν ὑπὸ πλειόνων δίφφόρων. Et l. 1. c. 6. τὸ τοῦ μαραύλας ἐνοφθαλμίζειν τοῦ τελεοπάτας καὶ νεωπάτας. Est autem ἐνοφθαλμίζω, siue Inoculo, Gemmam cum exiguo cortice in delibratam arboris partē insero, vel Aperto in arbore oculo, cortice nimirum excisō, semē includo: vt colligitur ex his verbis Theophrasti loco citato, nimirum lib. 1. De caus. plan. cap. 6, circa finem, ὑρῶσι ἢ εἰς τὸ δίμπρεῖν ἀφαιρῶν τὸν ὀφθαλμὸν καὶ τὸν φλοιὸν, τὸ ἐνθεμα οὕτως ἀποξύειν ὥστε μὴ ἀπτομένου τοῦ μύτρου. VNDE Ἐνοφθαλμισμός, οῦ, ὁ, Inoculatio. Theophrastus initio capitis paulo antè citati, λοιπὸν δὲ ἐπεῖν ὑπὲρ τοῦ ἐν ἄλλοις χρεστῶν, ὡς τὸ κῆ τὰ ἐμφυτείας καὶ τοῦ ἐνοφθαλμισμοῦς. Et mox, καὶ φυτεία δέ τις καὶ ὁ ἐνοφθαλμισμὸς, οὐ μόνον τοῦ ῥεῦξαι. Idem l. 1 Hist. plant. αἱ δὲ ἐμφυτεῖαι καὶ ἐνοφθαλμισμοὶ καθάπερ μίξεις τινές εἰσιν, ἢ κατ' ἄλλον τρόπον χρῆσις. Columella non modò inoculationem vocari scribit, sed & emplastrationem, vt l. 5. c. 11, de tribus insitionum generibus: Vnum, quo resecta & fissa arbor, resectos surculos accipit: alterum, quo resecto inter librum & materiam semina admittit: (quæ vtraque genera verni temporis sunt) tertium, quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolæ emplastrationem, vel (vt quidam) inoculationem, Et l. 11. c. 2, His quidem diebus arbores ficorum inoculantur: quod genus insitionis emplastratio vocatur. Plin. tamen discrimē facit inter inoculationem & emplastrationem, l. 17, c. 16. at c. 13. inoculationē paulo aliter definire videtur quam Colum. fic. n. ait, Hinc nata inoculatio furoriæ simili fistula aperiendi in arbore oculū cortice excisō, seméque includendi eadem fistula sublatū ex alia. Et mox, Virgiliana quærit sinum in nodo gemmæ expulsi corticis, gemmámque ex alia arbore includit. Quū verò aliquanto post dicit, Calami exacutio medullam ne nudet, videtur apud Theophr. in loco quodam paulo antè citato, pro ἀποξύειν legisse ἀποξωΐειν.

Ὀπώρα, SIVE Ὀπωρὴ, Ionicè, Autumnus. Eust. verò alicubi exp. τὸ τελευταῖον μέρος τοῦ θέρους, siue ἡ μετὰ τὰ θέρος ὥρα: alicubi τὸ μεταξὺ τοῦ θέρους καὶ φθινάδος ὥρας. Od. μ, οὔτ' ἐν θέρει οὔτ' ἐν ὀπώρῃ, nec æstate, nec autumno. Od. ξ, Καὶ φάτ' ἐλθοῦσαν ἢ εἰς θέρος ἢ εἰς ὀπώρην. Il. ρ, Ὅς ῥα τ' ὀπώρης εἶσιν, autumno, sicut θέρος dicitur Vere, & θέρος æstate. Dicitur & παλαιὰ ὀπωρὴ, quod interpretari queas Pomifer autumnus. Od. λ, ἐπὴν ἔλθῃσι θέρος παλαιά τ' ὀπώρη. Vtuntur & prosæ scriptores pro autumno. X. Hell. 3. ἀπεπέλεσε ἢ τὸ τεῖχος ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ ἠρινοῦ χρόνου μέχρι ὀπώρας. Aristot. Hist. l. 9. πλεῖ πλεῖ ὀπώραν, autumno, vt Plinium interpretari videbis in Φθινόπωρον. At, ἀμφὶ τὴν ὀπώραν apud eundem Bud. interpr. Ante autumnum, Gaza Æstate. Ibidē, ὀπώρης οὔσης, Tempore autumnali, seu Tempore fructuum. Et in l. De mūdo, αἴτε καρπὸν ὀπώρης ἡδὺ, ἄλλως ἢ δυσθηπαύστοιον, φέρουσι ὄχναι καὶ ῥοιαὶ καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι, quæ autumni tempore fructum suauē fundunt, sed conditu difficilē. Vbi ὀπώρης dicitur pro ἐν ὀπώρῃ, sicut θέρους pro ἐν θέρει, itidem vt in loco quodam Homeri paulò antè citato, & in hoc Theophr. Hist. pl. l. 9, c. vlt. ὀπώρας τέμνεται, autumno secantur. Et ἐν ἀρχῇ ὀπώρας, ineunte autumno. At νέα ὀπώρα dicitur Extrema æstas, Senescens æstas, Æschyl. apud Aristot. Hist. an. l. 9, c. 4, de vpupa, — ἀπὸ Νέας ὀπώρας λοῖκ' αὖ ξανθοὶ τάχις. dixerat verò paulo antè ἦρι. Bud. autē ὀπώρα interpr. etiam Æstas in loco quodam Aristot. Meteor, quē citabo in Μετόπωρον: itidémq; Hesychio ὀπώρα est θέρος. Transfertur & ad ætates hoc vocabulum. ὀπώρα enim maturior ætas dicitur adolescentum, quæ pubertatem seu iuuentā præcedit. quam quæ sequitur, μετόπωρον appellatur. Sic accipiunt apud Pind. nonnulli Isthm. Ode 2, ὅς τις ἐὼν καλὸς ἔνιον Ἀφροδίτας ἄθρόνου μνάσεται ἀδίσαν ὀπώραν. itidémque apud Horat. lib. 2 Carm. ode 5, — tolle cupidinem Immitis vuæ: iam tibi liuidos Distinguet autumnus racemos Purpureo varius colore. Vt sensus fit, Contine animum à cupiditate impuberis adhuc puellæ, quam tibi sequens ætas maturabit. De adultiore autē ætate, & in virilitatis annos seu μετόπωρον inclinante, Ouid. Metam. 15, Excipit autumnus posito feruore iuuentæ Maturus.

Ὀπῶρα dicuntur etiam fructus autumnales, seu Poma. Poma autem quum dico, non mala tantùm intelligo, sed & pyra, pruna, vuas, omnes denique mollioris corticis fructus: quum Plinius mora etiam & nuces, & Martialis nuces pineas pomorum nomine cōprehendant. Geopon. lib. 10, ὀπῶρα λέγεται ἡ χλοαίδη τῶν καρπῶν ἔχουσα οἷον δωρακινά, μῆλα, ἀστοπίδια, δαμασκινά, καὶ ὅσα μὴ ἔχει ἔξωθεν τὸν ξυλώδες. quibus postremis verbis τὰ ἀκρόδρυα denotātur, τὸ ἔξωθεν κέλυφος ἔχοντα, quæ lignoso putamine tegūtur. Aristot. Hist. an. l. 8. c. 28. ὅπ ὅτ' ἀκρόδρυα, ὅτ' ὀπῶραι χρόνος. Itidem Galen. πῶς ἢ ὀπῶραι, πῶς ἢ ὄαπελα, πῶς ἢ ἀκρόδρυα. Theophr. De caus. pl. l. 6. c. 6, ἐν τῇ τῆς ὀπώρας πεπάνσει, quum autumnales fructus maturescūt. Similiter & apud Plat. de fructibus autumnalibus dicitur, vt vuis & huiusmodi. Gal. l. 1. De aliment. fac. οὗ καὶ ἢ σαφυλαὶ τῆς ὀπώρας ὅσαι τῶν κεφαλαίων εἰσὶ καὶ τρέφουσι μᾶλλον ἀπάντων τοῦ ὥραίων. Plutar. in Probl. Rom. ὀπώρας μὴ γεύεσθαι τοῦ ἰσημερίας μετοπωρινῆς. Idem Symp. 2, ὀπώρας τὴ τοῦ σταφυλῆς. Athen. lib. 1. οὐδὲ ὀπώραν τοῦ δαπίνοι πνι. Et apud medicos, σκευασία δι' ὀπωρῶν, confectio ex fructibus, quæ & ὀπωρικὴ. de qua Gal. lib. 8 τοῦ κῆ πόπις, c. 3. Et ὀπώρα σύρωσα, fructus mollioris corticis adstringentes. Aret. De celerum passionum curatione, lib. 2, c. 14, ὀπώρῳ σφρωσι, οὐδὲ μέσαι λα, μῆλα Κυδώνια, σαφυλαί. Alcman autem κηείναν ὀπώρεν vocat τὴ μέλι, teste Athen. lib. 14. Locum Alcmanis citaui in Πυαίνος. ‖ Est & meretricis nomen & fabulæ Alexidis, vt idem Athen. refert lib. 10.

Quod verò ad hoc vocabulū attinet, Eust. scribit παρωνομασθῆναι ὀπὸ τοῦ ὀπός. Etymol. autē deriuat τοῦ τὸ ὀπ, & ὥρα. Itidémq; Athen. lib. 12. ὀπώραν esse dicit τὸ τῆς ὥρας ὄντως τοῦ πρόσωπον, ἔν τε καρποῖσι καὶ αὔξησι θεωρούμενον.

C. Ὀπωροθήκη, Locus reponēdis fructibus autumnalibus. Vtitur Varro. Plin. Pomarium nominat, vt in Ὀπωροφυλάκιον dicetur.

C. Ὀπωροφορέω, Poma fero. vt Pomifer autumnus.

C. Ὀπωροφύλαξ. Autumnalium fructuum custos. seu Pomariorum custos, vt Gaza interpr. VNDE Ὀπωροφυλακεῖν, Gurgustium & casula τοῦ ὀπωροφύλακος, vt B. exponit, citans ex Isaia. Hesych. exponit καλύβη τοῦ φυλάσσοντος πλὴν ὀπώρας: alii, Tuguriolum ad pomorum custodiam. Plin. verò Pomaria dixit etiã loca pomis seruandis fabricata.

C. Ὀπωρώνης, Qui poma emit & reuendit. Demosth. Pro cor. σῦκα καὶ βότρυς καὶ ἐλαίας συνέλεγον ὡς ὑπωρώνης ὢν πολὺ ἀλλοπείων χωρίων, ἐπὶ ὀπώρας πωλῶν καὶ ἀγοράζων, Suid.

C. Ὀπωρινός, ὀή, ὸν, Autũnalis. ὀπωρινὸς ὄμβρος apud Hesiod. Et ὀπωρινὸς βορέης, aliquoties apud Hom. Ab eodem ὀπωρινὸς ἀστὴρ dicitur canicula, quæ τῇ νεᾳ ὀπώρᾳ exoritur, id est senescente æstate. In Epigr. ὀπωρινὸς κύων nominatur, vt ὀπωρινοῦ κυνὸς καύματα, æstus canis autumnalis: vt Valer. Flaccus dicit, -- acer Autumni canis. Sed frequentius vocatur Æstiuus canis, vt à Tibullo, quum ait, Vnda sub æstiuum non adeunda canem. à Virg. Æstifer, Georg. 2, -- vbi hiulca siti findit canis æstifer arua. Et ὀπωρινὸν δέος apud Hesych. τὸ ἐν τῇ ὀπώρᾳ φόβητρα. Ii etiã qui ab autumno nomen sortiti sunt, ὀπωρινοὶ vocantur, vt Martial. docet lib. 9, Si daret autumnus mihi nomen, ὀπωρινὸς essem: Horrida si brumæ sidera, χιμερινός. AT Ὀπωρινός, ὀή, ὸν, Ex fructibus autumnalibus seu pomis confectus. Et ὀπωρινή, quoddam pharmacum, quod Galen. σκεβασίαν δὲ ὀπωρῶν appellat. Plin. lib. 24, c. 14, Vnum etiam nun arborum medicinis debetur nobile medicamentum quod oporicen vocant. Fit ad dysentericos stomachique vitia, in congio musti albi lento vapore decoctis malis coroneis quinque cum suis seminibus, Punicis totidẽ, forborum sextario, & pari mensura eius quod rhus Syriacon vocant, croci semuncia. At ἡ δεῦτερα ὀπωρῶν apud Gal. recipit mala cotonea x, sorba L, mespila L, ῥοῦ ἑψηθοῦ sextarium vnum, aquæ congios VII. Sed & aliam eius conficiendi rationem docet.

C. Λευκόπωρος, Poma seu fructus albos ferens. Epigr.

C. Μεσοπωρέω, In medio autumni sum. Diosc. μεσοπωροῦσης δὲ καὶ τῆς ὀπώρας ἀκμῆς ῥυείσης, medio autumni vigore. B.

C. Μετόπωρον, ου, τὸ, (q. d. Tempus illud quod est post autumnum) Senescens autumnus. & in hyemem inclinans: seu Tempus illud autumni quod collectos autumnales fructus sequitur. vt tempus brumale. Aristot. Meteor. 1. αἱ δὲ χάλαζαι γίγνονται μὲν ἔαρος καὶ μετοπώρου μάλιστα, εἶτα καὶ τῆς ὀπώρας χειμῶνος δὲ ὀλιγάκις. (quo in loco Bud. ὀπώρας interpr. Æstate: malim ego, Ineunte autumno. vel Ante autumnum: quibus verbis τὸ φθινὸν ἔαρος denotatur) Plut. Symp. 2, βεωπικωτεροι γίνεται τοῖς μετόπωρον. In ætate autem & iuuenili μετόπωρον dicitur, quum in virilem inclinat, & barba pullulat. Plut. Alcib. οὐ γὰρ (ὡς Εὐριπίδης ἔλεγε) παντων καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν ἐστι. quod dictum & in Apophth. Euripidi tribuit, τὸν καλὸν Ἀγάθωνα in conuiuio amplexanti & osculanti ἤδη γηρεωντα. VNDE Μετοπωρινός, ὀή, ὸς, Qui extremi & senescentis autumni est. Interdum & Autumnalis. Plut. τοῖς μετοπωρινοῖς ἰσημερίαις, ante æquinoctiũ autumnale. cui opponitur τὴ ἐαρινὴ ἰσημερία, æquinoctium vernum. nam bis æquatur nox diei, vere & autumno, vt Plin. scribit l. 2, c. 19. Et μετοπωρινὰ ὕδατα apud Athen. Autũnales aquæ. Adverbialiter autẽ Hesiod. μετοπωρινὸν ὀμβρεῖν, Autumnales mittere pluuias, seu Sub extremum autumnũ pluere. Sicubi autem μετόπωρον, autumnũ, & μετοπωρινὸν autumnalem reddamus, vacabit præpositio.

C. Φθινόπωρον, ου, τὸ, idem cum μετόπωρον, id est Senescens autumnus & in hyemem vergens: Bruma, vt nonnullis videtur. ἡ φθίνουσα ὀπώρα, autumnus senescens & inclinans. vel quia eo tempore ἡ ὀπώρα (id est fructus autumnales) φθίνουσι, arboribusque comæ defluunt. Gal. libro 1. ad Glauconem, φθινοπώρου μὴν ἀρξάμενον, ἦρος δὲ παυσάμενον. Aristot. Hist. anim. lib. 9. cap. 49, de auibus loquens quæ vnà cum temporum vicissitudine & mutatione nomen & ipsæ mutant, ὠπαύσας δὲ καὶ αἱ συκαλίδες καὶ οἱ μελαγκόρυφοι· καὶ γὰρ οὗτοι μεταβάλλουσιν εἰς ἀλλήλους. γίνεται δ' ἡ συκαλὶς τοῖς πολὺ ὀπώρας· ὁ δὲ μελαγκόρυφος ἀθέως μετὰ τὸ φθινόπωρον. Vnde Plinius lib. 10. c. 29, Alia ratio ficedulis. nam formam simul colorémque mutant. Hoc nomen nonnisi autumno habent: postea melanchoryphi vocãtur. Vbi obserua eum pro ὀπώρᾳ dicere Autumnum: & pro μετὰ τὸ μετόπωρον, Post autumnum. id est brumali tempore. Plutar. Symp. 8, ἔτι δὲ καὶ τοῖς ὀπωρινοῖς τῆς ὥρας ἐστὶ τὸ φθινόπωρον. Athen. li. 14. ex Agathocle Cyziceno de connaro arbore, καρπὸς δὲ τοῦ ἔτους, ἡνίκα τε καὶ φθινοπώρου, vere & Autumno. Nisi malis, Senescẽte autumno. VNDE Φθινοπωρινός, Qui est autumni ad finem vergẽtis. vt φθινοπωρινὰ βρέφη, Athen. lib. 2 At Procl. φθινοπωρινὴ ἰσημερία, quam Plutarchus paulo antè μετοπωρινὴν appellat, id est Æquinoctiũ autumnale) Et ὁ φθινοπωρινὸς ἀὴρ, redditur etiam brumalis. Plutar. Symp. 8. ὁ δὲ φθινοπωρινὸς ἐν ᾧ φυλοχοεῖ τὰ δένδρα, πολὺ αὐῤῥαλέαν ἔχων καὶ τραχύτητα. Et φθινοπωρινὰ δένδρα in epistola Iudæ, Arbores extremo autumno marcescentes. hoc est, vnà cum fructu folia etiam & comas amittentes. Vel potius, Quarum ἡ ὀπώρα φθίνει, Quæ fructum quidem aliquem ferunt, sed corruptum & marcidum, qui vel succo nutrimentóque deficiente, vel vermibus exedentibus ante maturitatem decidit: δένδρα φθινοπωρινά, ἄκαρπα, δὶς ἀποθανόντα, ἐκριζωθέντα. Insurgit autem ibi oratio, & primùm δένδρα φθινοπωρινὰ, vocat quæ proximè abiunt à καρποφόροις siue πολυκάρπῳσι, deinde ἄκαρπα prorsus, tertiò, ἀποθανόντα, postremò ἐκριζωθέντα. AT Φθινοπωλὶς dicitur oliua cõdita nea, seu, Quæ in muria cõditur. Apud Suid. φθινοπωλίδα ἐν ἁλμῇ ἀγχάδαν. Dicitur eadẽ oliua & κολυμβὰς & νικηφὸς, quia muriæ in qua conditur innatat: & ἁλμὰς, à muria.

Ὀπήρειμος, idem cum ὀπωροφόρος, Pomifer, vt καρπήρειμος idem cum καρποφόρος. seu Autumnalibus fructibus ferẽdis idoneus. Apud Suidã, πολὺ βασιλικὸν τὸ δένδρον ἐστὶ τὸ φυτὸν, εἰ δὲ μὴ ἐν πλείοσι ὀπωρήρειμον δένδρων ἦσαν.

Ὀπωρεία, idem cum ὀπωρώνης, vt nonnulli volunt, id est Qui autumnales fructus seu poma emit & reuẽdit. Hesych. enim ὀπωρείας exponit τὸν εἰς τὸν ὠνούμενον, (vbi subaudiendũ ὀπώρας) Qui ὀπώρας emũt vt reuendant: sicut apud eundem, quum NOMEN Ὀπωροφυλάκων exponit ἡ πλὴν ἡ καλύβη τοῦ φυλάσσοντος, subaudiendum itidem πλὴν ὀπώρας.

Ὀπωρίζω. Fructus autumnales seu poma decerpo & colligo. Plut. Pericle, τῶν χωρίων τοῖς σφετεροῖς ἀφαιρῶν, ὅπως ὀπωρίζωσιν οἱ βουλόμενοι, agrorũ tollens sepes vt ad colligendos fructus volentibus pateret aditus. Aristot. ὀπωρίζειν vsurpauit pro Pomis vesci, vt Gaza interpr. lib. 9, Hist. anim. ὁ δὲ δράκων ὅταν ὀπωρίζῃ, τὴν ὀπὴν τῆς πικρίδος ἀκροφεῖ. Interdum additur præpositio ἀπὸ, vel accusat. rei quæ decerpitur seu colligitur. Laert. in Diog. pag. 288, ἀπὸ συκῆς ὠπωρίζε. Athen. lib. 14. ex Platonis lib. 8. De leg. ὃς ἂν ἀπὸ τῶν γυναικείων κηπουρημάτων καὶ φυλλοῦ ἢ τῶν γηναῖα σῦκα ἐπιόμενος ὀπωρίζειν βούληται. Fut. 3, est ὀπωρεῶ. Vnde apud Philostr. in Heroic. ὀπωρεῶν, fructus colliget. Et apud Herodot. ὀπωρεώσας, fructus collecturi seu decerpturi. siquidem perperam in vulgat. lex. ab ὀπωρεῶ deriuatur, exponiturque Decerpentes. Ὀπωρίζομαι, idem cum ὀπωρίζω. Athen. lib. 12. ex Theopompo, Κίμων ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ ἀγροῖς καὶ τῇ κήπῃ οὐδένα τῶν καρπῶν καθῆστο φυλάττων· ὅπως εἰ ἐκβλόμενοι τῶν πολιτῶν ἐπόνουν ὀπωρίζωνται καὶ λαμβάνωσιν ἔτι τινος δέοιντο τῶν ἀγρωείων, quod iisdem propemodum verbis de eodem refert Plut. Pericle. pag. 285 meæ edit. quæ & paulo antè citaui.

Ὀπωρισμός, ὀή, ὸς, Autumnalium fructuum collectio. In v. l. exponitur Arborum fructus. pro quo potius ὀπώρα.

C. Φιλοπωρεινὴς, ὴς, ὲς, Qui autumnales fructus decerpere & iis vesci amat. seu Qui poma fructúque autumnales libẽter comedit. Qui fructibus autũnalibus delectatur. nã ὀπωρίζειν significat etiã Pomis vesci seu fructibus autumnalibus. Pro Pomorũ appetens affertur ex Epigr.

Ὀ Ρ Ἀ Ω, ῶ, Pr imperf. ἐώρων. Pr. perf. ἑώρακα. (At futurum ὄψομαι mutuatur ab ὄπτομαι, de quo dictum fuit suprà) posterius autem AORIST. Εἶδον, cõmodat illi Εἴδω, inusitatũ thema, in soluta quidem oratione. Hinc fit vt agendo de significationibus verbi ὁρῶ, afferantur exempla in quibus sit vel illud futurum, vel hoc posterius aoristum tempus. Sed & DE Ὄπτομαι idem sentiendum est, cuius compositũ Κατόπτομαι habes infra in Καθορῶ. Vicissim AVTEM Ὄπτομαι, inusitatũ alioqui, regulare habet ὄψομαι fut. quod ὄπτομαι

ideo positum fuit suprà, vnà cum suis compositis, aliisque deriuatis. quare memineris lector (vt hæc sibi mutuas tradant operas) in Ορῶ ad Ὄπτομαι recurrere, in Εφορῶ ad VERBVM Ἐπόπτομαι, itidémque in cæteris compositis: ac vicissim in Ὄπτομαι ad Ὁρῶ, in Ἐπόπτομαι ad Εφορῶ, &c. Ὁρῶ, Video, Cerno, Aspicio. Hom. Iliad. υ — ὁ δὲ μιν ῥᾴδιε χεῖρε βαρωθεὶς, Πρὸς ὀρόων θάνατον. Item ὁρᾶν εἴς τινα, Intueri in aliquem, Respicere ad aliquem. vt Iliad. β, & alibi, Ὧδε δέ τις ἔπεσιν ἐπιστήμων ἰδὼν ἐς πλησίον ἄλλον. Et ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν apud eundem Odysseæ θ, Θαύμαζεν δ' Ὀδυσῆα ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶσα. (Alibi autem datiuo sine præpositione vtitur, vt videbis in Ὁρῶμαι) Item cum aduerbiis πρόσσω & ὀπίσω, Iliad. σ, -- ὁ γὰρ οἶος ὄρεα πρόσσω καὶ ὀπίσω. Item cum ὅτι, vt Iliad. η, Οὐχ ὁρόμας ὅτι δ' αὖτε καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ Τεῖχος ἐπειγάσσαντο νεῶν ὕπερθε. Alicubi cũ οἷος significante Qualiter: sed & cum οἷος, vt Iliad. φ, Οὐχ ὁρόας οἷος κάγὼ καλός τε μέγας τε; In soluta etiam oratione magnus est huius verbi vsus. Xen. ἡδέως ἀκούσας ἑώρων. Luc. de salt. ἀκούω αὔθρωπε ἃ ποιεῖς, οὐχ ὁρᾷς μόνον. Sæpe cũ participio, vbi Lat. vterentur infinit. (sed interdũ pro Video significãte Cerno, interdũ pro Video signif. Animaduerto) Thuc. l. 2, ἀλλ' ἀνέχεσθε ἢ γὰρ τεμνομένην, εἰ δεῖ, ὁρῶντας, καὶ ἄλλο πάσχοντας ὅ, τι αὖ ξυμβαίη. Xenophon, ἑώρων ἀλλήλους ὁμοίως τρεφομένους. Item, ὁρᾶν ἔφη τοὺς πολλοὺς, παντὸς μᾶλλον ὀπτομένους φίλων κτήσεως. Sic ὁρῶ σε πεσοῦσα apud Aristotelem. Interdum cum participio verbi impersonalis, vt ὁρῶ καὶ σοι πύπτων δεῖσον apud Xenophontem. Necnõ cum participii nominatiuo, quum quis de seipso loquitur: vt ὁρῶ τεξαμαρτάνων, Eurip. Video me peccare. Sed & cum infinitiuo ex Demosthene, ὁρῶ σε ἠδεσθαι. Inuenitur & cum ὅτι habente indicatiuum, sicut & in illo Homeri loco paulo antè. resoluitur autem Latinè particula ὅτι cum indicatiuo, in infinitiuum. Additur nonnunquam præpositio εἰς. vt quum dicit Xenophon ὁρᾶν εἰς γῆν, Aspicere in terram, Intueri in terram, Defixos in terram habere oculos. Apud eundẽ cum πρὸς: vbi ὁρῶ πρὸς ἀλλους redditur Oculos ad alios conuerto. At verò ὁρᾶ πρὸς Πελοπόννησον apud Thucydidem quod Latinè dicitur Spectat, id est Vergit. Reddi etiam potest Versa est, sequendo expositionem Græcam πεπραμμένη ἐστί. Tale est τὸ ἄκρωτηριον τὸ πρὸς Μέτδρα ὁρῶν apud eundem libro 2. Passiuum ὁρῶμαι, Videor. A cuius præterito est participium ἑωραμένος. Visus. Vtitur autẽ Homerus alicubi voce passiua & in significatione actiua. vt Iliad. α, Κήδεται γὰρ Δαναῶν, ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶται. Et cum datiuo ὀφθαλμοῖς. vt Il. ν, Ὦ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι. Et alibi ὁρώμενοι ὀφθαλμοῖσιν.

Ὁρῶ, metaph. (vt Latinè Video & Perspicio, ad oculos mẽtis translata) pro Animaduerto, Intelligo, Attẽdo, Considero, Quinetiã verbo ἐγνωκα redditur ἑώρων apud Thucydidem ab eius scholiaste. Interdum autem ὁρῶ est Expendo, Examino: quum Demosthenes ὁρᾶν & ὀξετάζειν de vna eadémque re dixerit: scribens in oratione Pro corona, πρὸς τοὺς ῥήτορας ὁρᾶς με, quum paulo antè dixisset ὀξέτασε. Sunt autem qui ὁρᾶν ibi vertant Considera, & Specta. At verò apud Euripidem hoc verbum cum eadem præpositione alium vsum habet, vbi dicit πρὸς πλοῦν ὁρῶ, pro Animum ad nauigationem attentum habeo, vel intentum, (sicut & Intentos oculos habere dicimur ad rem quampiam: ideóque libenter vtor illa voce) Possit fortassis reddi etiam Animum ad nauigationem conuerto, (& q. d. Mentis oculos conuerto, seu animi) At in vulg. lex. redditur, Specto ad nauigãdum, & Propero nauigare. In iisdem affertur ex Xenophonte ὁρῶ cum solo accusatiuo, eundem alioqui vsum habens quem cum præpositione haberet. siquidem ὁρῶ τὸ πλεῖν, ibi redditur Intẽdo ad feriendum. perinde videlicet acsi scriptum esset ὁρῶ πρὸς τὸ πλεῖν. Sed malim Intentus sum. ‖ Ὁρῶ interdum pro Do operam, Prouideo. Thucydid. lib. 5. pag. 174. ὁρᾶν τοὺς Ἀργείους ὅπως σωθήσεται ἡ Πελοπόννησος. Idem lib. 8. pag. 281, ὁρᾶν ὅπῃ μὴ παθήσεται τὰ πράγματα. Alicubi & pro Video significãte Caueo: sequente μὴ, vel ὅπως μὴ, apud eundem Thucydidem at-

que alios.

Ὄραμα, ατος, τὸ, Visus, (accipiẽdo pro re quæ videtur) Spectaculum. Xenoph. De re equestri, ὥς περ αὔθρωπον τὰ ἐστῶτα τὰ ἐξαπίναια καὶ ὁράματα καὶ ἀκούσματα καὶ παθήματα. Sic Aristot. ὁράματα & ἀκούσματα copulat, Ethicũ cap. 10, φαμὲν γὰρ ὁράματα καὶ ἀκούσματα εἶναι ἡδέα. Interpretor autem nomine Visus masc. gen. potius quàm neutro Visum, quòd hoc de eo sæpius dicatur quod apparet dormienti: at Visus pro eo quod quis etiam vigilans videt, frequens fit, & quidem apud poetas præsertim: ex quibus quidã dixit turbari subito visu, quod ex illo Xen. loco interpretari possis τὰ ἐξαπίναιά ὁράματα. Alioqui tamen & neutrum nomen Visum hanc signif. alicubi habere non nego.

Ὄρασις, εως, ἡ, Visus (pro ipso videndi sensu, seu cernendi sensu, vt Cic. loquitur, qui etiam vocat sensum oculorum) Plutar. De mor. virt. ὡς εἴ τις θέλοι πλὴν ὅρασιν ἡμῶν λευκῶν μὴ παμβαφῶν, λόκοθεαν καλεῖν μελάνων δὲ, μελανθέαν. At in v. l. Visio, Aspectus, sine exemplo.

Eiusdem formationis est nomen COMP. Ἀόρασία, quod propriè sonat priuationem τῆς ὁράσεως, vnde redditur Cæcitas: sed affertur & pro tenebris, sicut loca cæca vocantur à poetis quæ sunt tenebricosa.

Ὁρατός, ὀή, ὸν, Visibilis, Qui videri potest, seu cerni. Sed Cicero dicit potius Aspectabilis, & Sub aspectum cadens, & In cernendi sensum cadẽs, & Qui videri potest: itidémque Qui cerni potest. Alicubi verò reddit etiam Qui videtur, & Qui cernitur. Quarum Ciceronis apud Platonem interpretationum locos indicabit tibi meũ Lexicon Ciceronianum. Aristot. Polit. 8, τὰ ὁρατὰ inter τὰ αἰσθητὰ numerat, sicut τὰ ἀπτὰ & τὰ γευστά. Xen. Pæd. 1, ἀλλὰ αὐτὸς καὶ ὁρῶν τὰ ὁρατὰ ἢ ἀκούων τὰ ἀκουστὰ γινώσκῃς. Inuenitur autem additus & datiuus ὀφθαλμοῖς, siue ὄμμασιν. vt apud Philonem De mundo, ὁρατὸς ὄμμασιν ὁρατὸς, vt si Latinè dicas Oculis conspicuus.

Contrariam significationem habet COMPOS. Ἀόρατος, Inuisibilis, Non aspectabilis, &c. vel Sensum omnem effugiens oculorum, ex Cicerone. nam apud Platonem τὸν ἀόρατον. πῦρ δὲ καὶ ὕδωρ καὶ ἀὴρ καὶ γῆ σώματα πάντα ὁρατὰ γέγονε, ita ille reddit, Animus autem sensum omnem effugit oculorum: at ignis & aqua, & terra, & aer, corpora sunt, eáque cernuntur. Idẽ apud eundem philosophum ἀόρατος γέγονεν vertit Oculorum effugit obtutum: item ἀόρατα, Talia quæ cerni non possent. Lucianus copulauit ἀόρατον cum ἄγνωστον & ἄπιστον. ‖ Inuenitur ἀόρατος (sicut & ἀθέατος) in actiua etiam significat. pro Qui non vidit. Polybius, δυνάμεσι χρῆσθαι οὐ γεγυμνασμένοις, ἀλλὰ νεοσυλλόγοις, καὶ ἀόρατοις παντὸς δεινοῦ, qui nulla vnquam mala viderũt, seu pericula.

At COMPOS. Δυσόρατος, Qui non facilè videri potest, seu cerni, Visu difficilis, Qui vix cerni potest, Propemodum oculos fugiens. vt δυσόρατα δίκτυα. Xenoph. In eiusdem Hipparchico lupi τὰ ὀν τῆς δυσοράτης κλέπτουσιν, id est, furantur pecudes in iis versantes locis vbi non facilè cerni possunt, seu conspici. At quum Hesychius δυσόρατον exponit ἀόρατον & ἀπνεῦν, mihi videtur intelligere eum cuius propter ἀσέβειαν seu ἀπνοιαν odiosus est conspectus, seu infaustus & inauspicatus. qualem significationem habere particulam δυς in Δυσώνυμος, supra docui. CONTR. Εὐόρατος, Qui facile cerni potest.

Ὁρατής, Spectator. Qua significatione tamen dicitur potius θεατής.

Ὁρατικός, ὴ, ὸν. q. d. Visorius. vt ὁρατικὴ δύναμις, Visoria facultas, seu vis. id est, Videndi vis. Plut. De def. or. Ὀφθαλμοὺς γὰρ ἔχοντες τὴν ὁρατικὴν δύναμιν, οὐδὲν αὐτῷ φωτὸς ἔργον ὁρᾶν. vbi ἔχων δύναμιν ὁρατικὴν est habens visoriam vim. i. præditus videndi vi, seu cernẽdi. Interdũ verò ὁρατικὸς est idẽ quod ὁρατικὴν δύναμιν ἔχων, Qui videre seu cernere potest, Cernẽdi vi præditus. vt apud eundem Plut. in eodem opusculo, ἐκ αἰήρει τὸν κτῆ τὴν λόγον καὶ φρόνησιν ὁρατικοῖς καὶ ἀκουστικοῖς γεγονέναι.

Τὸ ὁρατικὸν in Hippiatria pro pupillæ loco, sede visus: φθειρεῖν τὸν ὀφθαλμὸν ἀπόγνω τὸ ὁρατικὸν κατέχοντα, δηλονότι τὸ καυτήριον. Plinius visibile vocat actiuè. Bud.

C. Ἀφορόω, ῶ, (tempora format αἰωμάλως, sicut & simplex ὁρῶ) Respicio, Oculos conuerto ad aliquid, vel Oculos defigo in aliquid. Aor. 2 tanquam ab Ἀπείδω est ἀπεῖδον, & partic. ἀπιδών. Cum præpos. εἰς, seu ἐς, vt ἀπιδοῦσα ἐς βάθος apud Lucianum, Intuita profunditatem, vel Defixis oculis in profunditatem. aut Quum defixit oculos in profunditatem. ‖ Vsurpatur etiam metaphoricè de iis quæ oculis mentis cernuntur. vt apud Plutarchum in Lycurgo, ἀφορῶ εἰς τὰς κακοπολιτείας, Oculos conuerto ad malas reip. administrationes. vel, Mecum considero. Apud eundem, εἰς τὸν ἑαυτῆς φύσιν ἀφορῶν. ‖ Capitur nonnunquam pro Pertineo, eodem planè modo quo apud Latinos verbum Specto. vt apud Alexandrum Aphrod. Probl. l. 2, ἀφορᾶν πρὸς αὐτὸ τὸ ζῆν, ad ipsam vitam, (seu viuendi rationem) spectare, id est pertinere.

C. Διοράω, ῶ, Transpicio, quo verbo reddit à Gaza testatur Bud. addens eo Lactantium vti: sed & Lucretium multo antè vsum esse constat.

Διορῶ, Perspicio. vnde διοραπκὸς, Perspicax, inquit Bud. qui διορῶ exponit etiam internosco, Dignosco, Di iudico, Discerno, in isto Isocratis loco in Nicocle, διόρα καὶ τοὺς τέχνῃ κολακεύοντας, καὶ τοὺς μετ' ἀνοίας θεραπεύοντας. Animaduertendum est autē, quum διορῶ redditur Discerno, eodem planè modo mutari significationem simplicis ὁρῶ in hoc compositio, quo mutatur significatio simplicis Cerno in Discerno.

Διοραπκὸς, ός, ό, Perspicax, B. ex Damasceno. (pro qua significatione affertur & ex Chrys.) Sed apud Alex. Aphrod. in Top. pag. 14. vertit non simpliciter Perspicax, sed Perspicax ad internoscendum: vbi ille scribit, πρὸς τὸ διορραπκωτέρους αὐτοὺς ἔστεται τῆς ἀληθοῦς.

C. Εἰςορῶ, V E L Ἐςορῶ, Intueor, Aspicio. Orpheus de Deo loquens, — οὐδέ τις αὐτὸν Εἰςορᾶ θνητῶν, αὐτὸς δὲ τε πάντας ὁρᾶται. Hom. Il. χ, Εἰςορόων χροΐ καλῷ, ὅτι οἱ ἔξοχα μάλιστα. Idem Od. ο, Τὸν γὰρ ἴσα θεῷ Φαίηκες εἰςορόωσι. Cui simile est Il. μ, — πάντες δ' θεοὶ ὣς εἰςορόωσι. Et pass. εἰςορᾶσθαι, Odyss. γ, Ὥςτέ μοι ἀθανάτοις ἰδέλεται εἰςορᾶσθαι. Alibi autem actiuè vtitur vt Il. ψ, Ἀλλ' ὑμεῖς ἐν ἀγῶνι καθήμενοι εἰςορᾶσθε Ἵππους. ‖ At Odyssea υ, Ξεῖν', ἦ ἔρα σε μᾶλλον Ἀχαιοὶ εἰςορόωσιν, Eustathius annotat esse ἀγάπης ἐπιδηλωπικόν. quod & de verbo Respicere alicubi posse dici existimo.

C. Ἐνοράω, ῶ, Video in. vel, Animaduerto in, vt apud Plutarch. in Romulo, ἐνορῶν τὰ πεσόντα τῶν παρδάλεων, Videns in facie (seu cernēs) animi præsentiam. Sic in Lycurgo, ἐνεώρα τοῖς νομοθέταις τυφλοῖς. Sed additur etiam præpositio, quanuis iam verbo inhæreat. vt apud Demosth. p. 167. ἤρετο τίνα ἐν αὐτῷ μικρολογίαν ἐνεωρᾶκώς εἴη, animaduertisset in eo.

Ἐνορῶ σοι, pro In te defigo oculos, In te defixos oculos habeo, Intueor te (in quo verbo itidem includi præpos. In considerandum est) vt ἐνορῶ σοι apud Xen. Sic δεινὸν ἐνορᾶν κολαζομένοις τοῖς πᾶσι. Plut. Publ.

C. Ἐπιφοράω, ῶ, Intueor, Oculis lustro, seu perlustro, vel simpliciter Lustro, seu Perlustro. Item, Obseruo. Hom. Od. μ, Ἠελίου, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει. Xen. Pæd. 5. p. 79. meæ edit. ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλα χρὴ τοξεύειν ἐφορᾶν καὶ ἐπιμελεῖσθαι εἴπερ δέοιτο. Idem Pæd. 5, ἐφορωμένοις ὑπὸ τοῦ Χρυσάντου καὶ ἐφορῶντας αὐτόν. Plutar. De def. orac. καὶ τοῦτο ἐφορᾶν ἐν μέρει καὶ καταθυμοῦσθαι. Sed & simpliciter pro Videre, Cernere, pro cuius significationis exemplo affert Budæus ὁρᾶν in hoc Aristidis loco, μόνοι γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι τοῦ ἑαυτῶν ὑπὲρ ἐλευθερίας ὑπὲρ τοῦ μὴ τοῦ τῶν ἄλλων ἀπάντων αὐτὰς τὴν ἐφορᾶν ὁρᾶν. Idem quum hunc Xenophontis locum protulisset, (in quo ἐφορᾶν & ὁρᾶν pro eodem ponuntur) subiunxit, Est autē ἐφορᾶν, etiam Recognoscere, Recensere, & quod Latini dicunt Inspicere. Vulgò Visitare dicitur. Liuius, Placuit mitti legatos in Hispaniam ad res sociorum inspiciēdas. Ex hoc autē Liuii loco quem ille affert, possumus, vt opinor, ὁρᾶν τὰ πράγματα apud Thucyd. libro 4, (vbi dicit ἐπιδεῖν πεμψάντων Λακεδαιμονίων τὰ πράγματα) interpretari ad verbum, Inspicere res. Apud Herodotum tamen ἐπορᾶν τὰ πρήγματα (vbi IONICE ἐπορᾶν pro ἐφορᾶν) exponitur, Administrare res.

Dicitur certè ἐφορᾶν & is qui ita res inspicit vt simul earum curam gerat & iis prouideat. Vnde X. n. in loco paulò antè citato ἐφεώρα iūxit cum ἐπεμελεῖτο, scribēs ἐφεώρα τε καὶ ἐπεμελεῖτο. Hinc fit vt & prouidentiæ diuinæ tribuatur. Nazianz. ὡς ἐφορῶντος οὐδενὸς τὰ ἡμέτερα.

Ἐφοραπκὸς, ός, ό, Peritus inspiciendi res, (ea significatione qua vti Liuium dictum est) ac prouidendi illis. Vel, Aptus ad res inspiciendas &c. Xenoph. τὸν δ' ὁπτμελητικὸν βουλόμενον ποιήσασθαι παῖδα, καὶ ἐφοραπκὸν δεῖ εἶναι καὶ ἐξεπαστικόν. Vbi animaduerte ὁπτμελητικὸν, deinde ἐφοραπκὸν, sicut in loco eiusdem Xenophōtis paulo antè citato ἐφεώρα cum ἐπεμελεῖτο. Sed quum addatur genitiuus ἔργων, satis fuerit ἐφοραπκὸν reddere Peritū inspiciendi, non addito accusatiuo. Quinetiam dixerim potius significare hic ἐφοραπκὸν Propēsum ad aspiciendum, & huic rei deditum. Quidam autem interpretantur Diligentem inspectorem.

Ἔφορος, (peculiari quadam formatione) Inspector, Præses. vt ὁ Ζεὺς φίλιος ἔφορός ἐστι τῆς φιλίας δικαίων. Philo de vita M. lib. 1, οὔτε δ' εἴσας τὴν ἐλεύθερον καὶ ξένον καὶ ἰκέτην καὶ ἔφεστον θεοῦ, ὃς τῆς πίστεως ἐστὶν ἔφορος. Item ψυχαὶ τῶν πλεόνων ἔφοροι apud Synesium.

Ἔφοροι vocati magistratus Lacedæmoniorū oppositi regibus, vt tribuni plebis cōsulibus apud Romanos, tanquam inspectores eorū quæ ad remp. pertinebant, & quidem rigida censura aduersus quoslibet qui officio suo deerant, vrentes, vt ex variis variorum historicorum locis cognoscitur, ad quos te remitto. Legimus certè apud Plut. cum alibi tum in Pol. præc. solitos ὑπεξαιρεῖσθαι τοὺς ἐφόρους ipsos etiam reges. Atque adeo licuisse ephoris reges in carcerem coniicere testatur Thucydides lib. 1. Hinc DICTVM Ἐφορεῖον, Ephororum tribunal. Locus in quo ephori iudicia exercebāt. Legitur apud Plut. in Apophth.

Ab ἔφορος est VERBVM Ἐφορεύω, Inspector sum, Inspectionem habeo, Sum præses. Luc. οὐδ' αὖ Ἀφροδίτη αὐτὴ πρὸς ἐκείνης ἐπιχορευούσης τοῦ ἔρωτος ἐφορεύει, intelligens nimirum τοῦ χαίειν. ‖ At verò ab ἔφορος nomine magistratuū Lacedæmoniorū deriuatum Ἐφορεύω significat Sum ephorus: vt quum Pauf. scribit, Σπενελαΐδας ἕς τι ἄλμα οὐκ ἀδυνατεῖν τὴν Λακεδαιμονίων, καὶ ἐφορεύοντα τοῦ τόπου, τὸν πρέσβυν ἐγείειν ἄμπος. VNDE Ἐφορεία, Inspectio. Et peculiariter pro magistratu quem gerebant qui ephori vocabantur. Sed inuenitur scriptum ETIAM Ἐφορία vnico ι, cùm apud alios, tum apud Aristotelem Polit. libro 2, vbi dicit, ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ τοῦ τῆς ἐφορείας ἔχει ταύτας. ἡ γὰρ ἀρχὴ κυρία μὲν αὐτῆς τῶν μεγίστων αὐτῆς ὄντι, χρῆται δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου πάντες, ὥςπερ, &c. Sed non dubiū est quin deducendo ab ἐφορεύω, scribendum sit ἐφορεία. at ἐφορία fuerit tanquā ab ipso nomine ἔφορος. Quæ tamē scriptura minus mihi placet, vel eo nomine quòd ἐφορία & aliam significationem habeat, dicta videlicet ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν, seu potius ἀπὸ τοῦ ὁρίων, quasi conterminium dicas. (id enim vocabulum fingere mihi liceat, vel potius, seruata quorundam aliorum analogia, deriuare à nomine Contermini) Demost. in Aristocratem, pag. 265, ἀπέχεσθαι φησὶν ἀχρᾶς, ἐφορίας. τί ποτ' λέγει; τοῦ ὁρίου τῆς χώρας. οἶσθα γὰρ σωμήσεται οἱ πρὸς χωρίοι. Itidem verò ET Ἐφόριοι, Contermini, vt ex Polluce discimus: apud quem legitur ETIAM Ἐφόρεια, quæ numerantur ab eo inter illa quæ sunt extra vrbem.

C. ΚΑΘοράω, ῶ, Despicio, i. Deorsum aspicio. vt Plutar. in Publ. ἐξ ὕψους ἅπαντα καθορᾷ. Item pro Perspicio, Lustro oculis, vt Budæus tradit, afferens ex Platone De repub. lib. 4, ὅρα οὖν καὶ τῷ ὄντι καθορᾷς, ἐὰν πρὸς τοῦτον ἐμοὶ ἴδῃς, καὶ ἐμοὶ φράσῃς, id est (inquit) omni intentione lustra oculis & perspice. Loquitur enim tāquam de venatoribus virgultū ambientibus. Sed accipitur frequentius pro Perspicio oculis mentis seu animi, Animaduerto. Plato de repub. lib. 2, τί πολύτιμον τῇ τοῦ τῆς δικαίου ζητήσει καθορᾷς; Aristophanes, ἵνα σ' ἀπουργῆς μὴ καθορᾷ σου. Sic participium καθορῶν apud Isocratem. QVINETIAM Κατόπτομαι pro Perspectum est & deprehensum, ex Platone Budæus affert: qui ab eodem καθορᾷν poni pro Considerare & æstimare, testatur. Pollux καθορᾷν & καταννοεῖν tanquam synonyma

ponit: atque ITIDEM Καθοραπκὸς ET Καταννοπκός. Vt autem καθορᾷν redditur Perspicere, sic istud καθοραπκὸς reddi posse videtur Perspicax.

C. ΠΑΡοράω, ῶ, (sicut de παραβλέπω antea dictum fuit) Limis oculis aspicio, Transuersum intueor. Xenophon, ὁ δὴ Αὔτολυκος κατεθεᾶτο τὸν Καλλίαν· ὁ Καλλίας δὲ παρορᾷν εἰς ὀπίσω, εἶπεν. Est etiam Conniuentibus oculis prætereo, vel (vt B. interpretatur) Per conniuētiam transmitto, & incuriam. item, Non animaduerto. Subiūgitur autem exemplum hoc, in quo tamen habetur vox passiua, ex Greg. παράγμα πολλοῖς μὴ παρορώμενον, ἐμοὶ δὲ καὶ λίαν ἐξεταζόμενον. Dicit & Aristot. Poll. 6, ὀλίγον μὲν δὴ πονηρὸν παροᾶται, πολὺ δὲ γινόμενον, ἐν ὀφθαλμοῖς μάλιστ' ὄντι. Redditur autem παρορᾷ alicubi etiam Videre me dissimulo. (malè autem in v. l. Dissimulo, sine adiectione) vt in isto Synesii loco, ὅςπερ ἀστεῖος σωφόδον ἰδὼν παρεῖδεν, ἢ ἀκούσας παρήκουσεν. Sumpta autem ab iis metaphora qui conniuentibus oculis & quasi per transitum aliquid aspiciunt, aut dissimulant se aspicere quod aspiciunt, ponitur παρορᾷ pro Cōtemno, Negligo. Quo sensu dicit quidam comicus apud Athenæum, Ἐρῶ ὦν ἀλλοτρίων, παρορῶν συζῆν θέλω. Et cum particip. apud Isocratem in Paneg. καὶ μὴ παρορᾶν τοὺς ὑπὸ τοῖς πολέμοις ἀπολλυμένους ἀπάφοις γιγνομένους. Itidemque passiuè Παρορᾶσθαι, Contemni. vnde & AOR. 1, Παρώφθην, Contemptus fui, Contemptui fuit habitus, vel neglectui. Cuius particip. παρωφθεντα, Demost. Philipp. 4, ὥςπερ μὴν τοι τότε ἐαθεντα καὶ παρωφθέντα ἀπὸ λέοντος Θρᾴκιον. Alicubi verò παρορᾷν paulo aptius redditur Posthabere, Postponere. vt παιδὼν πάντα ἄλλα. nam quum dico me cætera omnia posthabuisse, declaro me cætera omnia cōtempsisse præ his vel illis.

Παρορᾷ Perperam aspicio, Perperam video, In aspectu fallor. vt si quis solem aspiciens, παιδίαν ex aspectu esse iudicet. Quibus subiungit Budæus locum Platonis in quo ἀμβλυώπειν & παρορᾷν copulat. Affert autem Camerarius hūc eiusdem scriptoris in Theætero, ὅσα τε θρασκούειν ἢ παρορᾷ ἢ ἄλλο τι παραβάνεσθαι λέγεται. vbi interpretatur, Quæ perhibentur falli aut auditus, aut visus, aut alio quopiam sensu. Legitur verò & apud Aristotelem in libro De insomniis, τὸ γὰρ παρορᾷν καὶ θρασκούειν, ὁρῶντες ἀληθῶς τι καὶ ἀκούοντες ὀρθῶν, οὐ τοῦτο δὲ ὀίεται.

Παρόραμα, ατος, τὸ, Quod quis limis oculis aspexit. Vel, Quod quis conniuentibus oculis aspexit, & dissimulans se videre. Frequentius autem pro eo quod quis perperam aspexit, & in quo aspiciendo falsus fuit & deceptus eius visus. At in vulg. lexicis datur ei significatio quæ est potius NOMINIS Παρόρασις, (quo vtitur Plutarch. in Sympos.) exponitur enim, Aspectus obliquus, qualis est strabonum: (quum tamen παρορᾷν reddatur potius Aspicere limis oculis) item, Hallucinatio. Additur & tertia sign. videlicet Contemptus, Despectus. accipiendo videlicet pro despicientia.

Παρορραπκὸς, ός, ό, Qui transmittere solet per conniuentiam & incuriam, Qui negligere solet. Vel, Qui eiusmodi est vt negligat. vt παρορραπκοὶ τῶν συμφέροντος dicit Plutar. Symp. l. 7, in fine.

C. ΠΕΡΙοράω, ῶ, Circunspicio. Xenoph. Pediæ 3, περιορῶντες ἀλλήλους, Circunspicientes alter alterum, vel Circunspicientes se mutuò. Thucydides, τοὺς Μεδείας ὀπτασάμενοι περιορωμένους ὁπότερον ἡ νίκη ἔσται. Vbi fortasse commodius etiam reddi possit frequentatiuo Circunspectantes. Quidam interpretantur Speculantes. Idem Thucyd. lib. 6, διανοούμενοι μὴν καὶ αὐτοὶ πρότερον γραπτεύειν ὅπῃ τοὺς Ἀθηναίους, μέλλοντες δὲ ἔπ' ἢ περιορώμενοι, πολὺ μᾶλλον ἐπτρόωθησαν. In cuius loci expositione prorsus ab enarratore dissentio, & errare eum puto: quippe qui περιορώμενοι exponat καταφρονοῦντες, id est Contemnentes. nam habet quidem & istam significationem hoc verbum, (eamque frequentissimè, vt mox docebo) sed quæ minimè huic loco conueniat, meo quidem iudicio. At contrà si verras hic quoque Circunspectantes, aptè hoc dicetur de illis quorum à Thucydide fit mentio, qui nimirum dubio erant animo & hæsitabant. Sic Cicero Tuscul. 1, Dubitans, circunspectans, hæsitans. (Aliter περιοῦδῶν pro Circūspectare, id in quo spem habeas. Budæus pag. 1062 ex Isocrate) Ab illa autem significatione manasse crediderim eam quæ ex eodē Thucydide affertur, videlicet qua ponitur περιορᾷν pro Refugere. At verò quod ex eodem citatur τῆς Μενδῆς περιορώμενος, (si mendo caret locus) exponitur Quum respectu Mendæ tangeretur. Ex Plat. autem proprio Conspicere simpliciter, ep. 7, οὐδὲ αὐ εἷς περιοῦδέ με μόνον ὀκπορευόμενον, ὃς ἂν αὐτὸν συλλαβών, ἀδήλως πρὸς Διονύσιον πάλιν ἀπήγαγε.

Περιορᾷ, Sino, Permitto. Exponitur etiam Contemno, Negligo. sed malim hasce duas signif. in vnam velut conflando, interpretari, Sino vel permitto per neglectum, seu ex neglectu. id est, quòd negligam. vt apud Isocr. ὑβριζόμενον περιορῶ, Sino affici iniuria, quòd eum negligā. vel, Adeo eum negligo, vt affici iniuria sinam. Potest verò reddi & Sūsque déque fero. Camvertit περιορᾷν Negligere, seu Negligenter ferre, proferens hunc Plat. locum De leg. lib. 11, ἐαν τε σοῦ δοῦλον, ἐαν τε σοῦ καὶ ἐλεύθερον περιορᾷ. Idem vertit, Videre & pati, in isto Isocr. loco in Paneg. καὶ γὰρ αἰσχρὸν ἰδίᾳ μὲν τοῖς βαρβάροις οἰκέτας ἀξιοῦν χρῆσθαι, δημοσίᾳ δὲ τοσούτους τῶν συμμάχων περιορᾷν αὐτοῖς δουλεύοντας, rempublicam autem tot socios videre & pati esse in seruitute illorum. Iungitur autem frequentissimè participio, (vt in isto Isocr. loco vides, & in illo eiusdem qui paulo antè citatus fuit) Xen. ἡ πόλις περιορᾷ τοὺς δυστυχοῦντας, χάριν οὐκ ἀποδιδόντας. Plato De rep. lib. 1, κορυζῶντά σε περιορᾷ. Plut. Solone, ὅστις ἐδάκνετο τρέφοντα περιορᾷ. Et cum partic. pass. vt apud Xen. χαλεπὸν ὅτι τοὺς οἰκείους περιορᾷν ἀπολλυμένους. Sic Aristoph. περιορᾷ αὐτοὺς δεξιφθειρομένους. Idem περιορᾷς οὕτω μ' ὑπ' ἀνδρῶν βαρβάρων χειρούμενον. Nec solùm cum præsenti, sed etiā cum aoristo, vel præterito, vt Thuc. 8, καὶ μὴ περιιδεῖν ἀποτιμωρήσασθαι. Isocr. μὴ περιιδεῖν τοὺς σωτῆρας φύσει ἅμα πᾶσαν δόξαν θεῖναι. Herodianus libro 2, τοῦ τε Ῥωμαίων ἀρχοῦ μὴ περιιδεῖν ἐρρίμμενον. Sed iungitur interdū (multo quidē rarius) infinitiuo: cuius constructionis exempla hæc ex Thucyd. afferuntur in v. l. οὐδὲ ἐσέναι περιορῶ οὐδένα. &, περιορῶ χλιαίνοντας. At cum solo nomine accusatiui casus habetur & in isto Aristoph. loco in Nubibus, ἀλλ' οὐ περιόψεταί μ' ὁ θεῖος Μεγακλέης αὖθις ποτε. Apud Thuc. legitur aliquoties & sine adiectione accusatiui, (sed quem videtur reliquisse subaudiendum) atque apud eum redditur etiām Pro nihilo ducere, seu habere.

C. ΠΡΟοράω, ῶ, Ante me video, Ante me cerno: nā Thucyd. pro eodem dixit προορᾷν, & ἰδεῖν τὸ προόν. Cui significationi primum ideo locum tribuo, quòd in προορῶ pro Præuideo, (ea signif. qua dicitur Præuidere futura) metaphoricum sit ὁρῶ. quum alioqui multo frequentiorē esse hanc sign. verbi προορῶ non ignorem. Sed affertur & ἀ προορῶσιν ὀφθαλμοί ex Xen. vbi προορᾷν est Præuidere, vt Virg. dicit Præuidere ictum venientem. In altera autem verbi Præuideo significat. apud eundem, Pæd. 8, ἡ δὲ τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴ τότε δήπου θειοτάτη καὶ παφαίνεται, καὶ ποτε τῶν μελλόντων προορᾷ. ὅτι γὰρ, ὡς ἔοικε, μάλιστα ἐλευθεροῦται. (vbi tamē Cic. maluit vti verbo Prospicere, ita vertens hunc locū, At qui dormientium animi maximè declarant diuinitatem suam. Multa enim quum remissi & liberi sunt, futura prospiciunt) Ex eodem, ὀλίγα προορῶ τοῦ τῶν μέλλοντος. Item, προορῶ εἰ καιρὸς εἴη, &c. Et l. 2 Pæd. τοῦτο καὶ εἰδὼν ὡς συμβαλεῖται πρὸς τὸ λανθανειν. Vsurpatur & pass. vox Προοράομαι pro Præuideo. nam ex Demosth, Pro cor. affertur partic. προορώμενος pro Præuidens: & apud Thucyd. schol. προορᾶσθαι αὐτὰ exp. προγινώσκειν. Sed idem vsurpat προορῶμαι & in altera verbi Prospicio significatione: qua videlicet copulatur nonnunquam cum Consulere. Atque adeo affertur ex eo προεσόμενος αὐτῷ pro Prospiciens iis & consulens. Vide Budæū pag. 722, vbi προορῶμαι exponit Prouideo, Prospicio: at προορῶ τοῖς ὀφθαλμοῖς, Præuideo. quum tamen & προορώμενος pro Præuidens, ex Demosthene afferri dictum sit.

Προοραπὸς, Qui præuideri potest, vel Qui potest prouideri, Xenoph Pædiæ 1, ὅσα δὲ ἀνθρώποις οὔτε μαθητὰ, οὔτε προορατὰ ἀνθρωπίνῃ προνοίᾳ. At in v. l. προορατὸς exponitur

Qui per prouidentiã humanam prouideri potest. Quæ si προθεσπὴς per se significaret, frustra Xen. addidisset illa duo verba ἀνθρωπίνῃ προνοίᾳ.

Προοεσπικὸς, Præuidendi peritus, seu prouidendi, Præsagus, Qui scit præuidere res futuras, seu Qui scit prouidere rebus futuris. Exponitur & Prouidus. Philo De vita M.l.3, ἀληθόμαντιν καὶ θεοφεσδμονα καὶ μόνον προεσπικὸν τῶν ἀδήλων ἀνακαλοῦντες τὸν προφήτην. vbi obserua additum genitiuum.

C. Σὺν Ὁρεσίῳ, ῷ, ad verbum, Conspicio, Conspicor. Sed frequentius pro Perspicio, Animaduerto, Intelligo. vt αὐτὸς οὖν χρὴ σωφρονεῖν ὅσης αὐ δὲ δ' αἰμονίας τυχοιεν ἢν τὸν πόλεμον τὸν νῦν προὶ ἡμᾶς ὄντα, πρὸς τοῖς Ἠπειρῶταις ποιησόμεθα. Qui locus a Budæo affertur, non citato nomine autoris. Legimus verò & apud Isocratem σωιδεῖν in hac significatione, videlicet pro Perspicere, Intelligere: vbi scribit, εἰ μὴ ἔσται τὸ δῶρον ἄξιον τῆς ὑποθέσεως, χαλεπὸν ἀπὸ τῆς ὀρχῆς σωιδεῖν. Apud Polybium autem σωορᾶν est potius Animaduertere: vbi scribit, ὁ δ' Μάρκος σωορῶν τὸ πρὸς τὴν περιοίκοις καὶ τοὺς ἐπ' πηρεῖς ἀχθέν. vbi exponi etiã potest Cernere. Apud eundem legitur, διόπερ οὐ τῆς πυχούσης δηπεάσεως προς δεῖται δ' θεωρίας, εἰ μέλλοι τὰ δμφέροντα ἐν αὐτῇ σωοψεσθαι. At Σωωσῆαι, item Σωοψις & Σωοπικὸς, vide in Σωόπομαι.

C. ΥΠΕΡοεσίω, ῷ, q.d. Aspicio vltra, seu vlterius. nam præpositionẽ ὑπὲρ existimo id sonare hoc in verbo, quod alioqui accipitur pro Contemno, Sperno, sicut Despicio apud Latinos. Quòd si id significat præpositio ὑπὲρ, dicetur ὑπεροῶν pro Contemnere, ex eo quòd iis quæ contemnimus, non ac quæ scimus, sed vlterius respicimus, id est maiora spectamus, seu ad maiora oculos conuertimus. Neque tamen hæc de significationis istius origine affirmo, sed tanquam coniecturã meam seu diuinationem propono. Habet autem duplicem constructionem verbum ὑπεροῶν, nimirum & cum genitiuo & cum accusatiuo. (quam posteriorem posumus dicere esse vi præpositionis: vt videlicet dicatur ὑπεροῶν τὸ πρ, quasi ὁρᾶν ὑπὲρ τὸ πρ, & quidem sequendo id quod de huius significationis origine modò dixi. Cum genitiuo: vt Xenoph. Pad. 1, ἐὰν ὁρᾶν ἐπιειεῖς καθεστῶτων νόμων τοὺς σωόντας. Gorgias, τὴν δὲ τυχόντων εἰκῆ μὲν, οὐδὲ πενίας ὑπεροῶν. Chrysost. de sacerd. μανία γὰρ τοῦ φαίνεσθαι ὑπεροῶν τῆς τοιαύτης ὀρχῆς. Syn. l. ὅμως σε μετὰ δικῶν ὑπεροῶντος τῆς παρείσης. Cum accusatiuo autem, (quæ constructio putatur esse Attica) vt apud eundem Xenophontem, αὐτὸς ὑπὸ πάντα τὰ ὑφεστῶτα ὑπεροῶν ἐκ τοῦ τὸν τοῦ θεοῦ θεῶν συμβουλίαν. Sic apud Thucydidem, αὐτὸς καὶ τὰ τὸν νεότητα ὑπεροῶντες. Idem lib. 4, ὁ χρησμὸς ἀφανίζοις, μὴ τοὺς ἐμοὺς λόγους ὑπεροῶν, τὸν δ' αὐτὸ πνεῦσεν μᾶλλον ἀπ' αὐτοῦ τοῦ θεοῦ ἰδεῖν (vbi ludere videtur in ὑπεροῶν & θεοῦ) Æschines pro eodem dixit ὑπεροᾶν. & καταφρονεῖν, & ὀλιγώρως ἔχειν, oratione in Timarchũ, ita scribẽs, ὑμῶν δὴ δείξω οἵους ἀπεργάζεται αἰσχρόν τι δηπτόν τὸ μὰ τοῦτ' ὡς καταφρονοῦντας μὲν τῶν θεῶν, ὑπεροῶντας δὲ τοὺς νόμους, ὀλιγώρως δ' ἔχοντας τοῖς ἄπασιν αἰσχύνω. Idem, οὐκ ἠγνόουν ὅτι ὑπεροῦσι τὸν ὅρκον οἱ Ἀθηναῖοι. Idem. καὶ τὸν ὕβριν τὸν εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα ὑπεροῶσαν. Lysias, ὑπεροῶντες τὸν ἐμὸν ὁμιλίαν. Isocrat. in Archidamo, πάντας τοὺς ἀεχρνας ὑπεροῶντες. (vt dixit Æschines in loco modò citato, ὀλιγώρως ἔχοντες τοῖς ἅπασιν αἰσχύνω) Exponitur etiã Pro nihilo habere, Nihili facere. Item Posthabere. quo verbo commodè reddi potest in illo Xenoph. loco, πάντα τὰ θνητὰ ὑπεροῶντα τὸν τοῦ θεοῦ θεῶν συμβουλίαν. nã, Omnia contemnebat præ consilio diuino, & Omnia posthabebat consilio diuino, idem valent. Et passiuum ὑπεροῶμαι, Contemnor. vnde ὑπεροῶν ὁ ὢν apud Demosthenem, Contemptus, Contemptui habitus, Spretus. Apud Thuc. schol. ὑπεροῶν exponit ἐξουδενοῦσαι. Sic autem & ὑπεροφθὴν inuenitur expositum ἐξουδενήθη. A quo partic. ὑπεροφθείς.

Υπεροεσις, εως, ἡ, Despicientia, (quo & Cicero vtitur) Ipsa actio despiciendi.

Υπεροεσπικὸς, οῦ, ὁ, Despicax, Contemptor. Reddi potest & Superbus. Sed βιαιότερον hoc esse scripsit Poll. quum ei præfixisset ὑπερόπτης & ὑπεροπτικὸς, quæ vide in Υπερόπομαι, vnã cum Υπεροψία.

Υφοεσίω, ῷ, (q.d. Subaspicio) Suspecto, Suspectũ habeo. Sed vox passiua Υφοῶμαι frequentiore est in vsu. Demosthenes. Pro corona ὑμεῖς δ' ὑφοῶνδμοι τὰ πεφαγμένα, καὶ δυσχεραίνοντες. Idem in oratione ad Philippi. Xen. αὐτὸ ὑφοεωνδμῶν ἑαυτοὺς, ἡδέως ἀλλήλας ἑώρων, Quum prius se inuicem suspectas haberent. (nec enim probo istam quæ in vulg. lexicis habetur interpretationem, Quum torue aliæ alias inspexissent, mutuo asp. ctu lubenter fruebantur) Philo de vita Mos. lib. 1, λαβόμενοι & in isto loco, Κοείνεσι ὑφοεωνδμοι ἀθλωσίμοι ξενικὸν ἐπιτεύσαν σύμμαχοι χάεν. Sic autem & Ὑποειδέμω dicitur potius quam ὑποείδω, vt apud Plutarchum de primo frigido, πρὸς τὴν ἀδ' τις ὑποειδέμω.

Υφοῶμαι aliis etiam modis exponitur à Suida. nam ὑφοεωνδμοι vult esse positum pro μισοῦντες vel φθονοῦντες, aut ὑποπτεύοντες, in isto loco quem affert, sine autoris nomine, οἱ δὲ τὰ χρήματα ὑφοῶνδμοι, καὶ φιλεῖν αὐτὰ ἀποδιδράσκεσιν. Vbi tamen non video quid obstet quominus (sequendo eam quam ὑφοῶμαι habet in præcedentibus locis significationem) exponamus τὰ χρήματα ὑφοεωνδμοι. Pecunias suspectas habẽtes, aut Pecunias suspectantes. Hunc autem locũ prox mè præcedit apud eundem lexicographum iste, καὶ οὐδὲν ὑφοεωνδμοι τὴν τοῦ νεκροῦ τελευτὴν, ἀλλὰ ἐπλεονεκτοῦν τοῦτο. Vbi vult ὑφοεωνδμοι significare ὑποπτεύοντες, vel ἐπιφθονοῦντες. Ego autem existimo ὑφοεωνδμοι commodè hic reddi posse Reformidans: quæ significatio valde vicina est alteri, atque adeo ex illa velut manat. quæ enim suspecta habemus, ea reformidamus. Adde quòd Hesychius participiũ ὑφοεωνδμοι exponit βουλόμενοι, sicut ὑποπτεύοντες & ὑποπτεύων. Excat verò & ὑφεωεσπ, apud eundẽ Suidam, non procul ab illis duobus exemplis, expositum δυσχεραίνων ἔχων, & δεινόν, & ἐδυσπετῶν. in hoc loco, ἀλλ' ὅμως ὑφεωεσπ, καὶ κατηκόπτ τὴν ἀκμὴν, ἀποβλέπων εἰς τὴν μέλλοντα τοῦ πράγματος. quod ὑφεωεσπ in vulg. lex. exponitur longa verborum ambage, Deiecto vultu anxius animi considerabat. Legitur denique apud eundem Suidam ὑπεροῶν etiam, & Ὑποειδέμω, necnon ὑποείδω. Et ὑποεδρῶν quidem exponit ὑφοεωνδμος, cui addit ὑποειδέμενος, τοῦτο δὲ κεῖται. subiungens hæc verba incerti autoris, τὸ δὲ μεταφορικὸν οὐδὲν ὑποειδόλον ὀνόματι ἀπὸ τοῦ ὑποπίπτειν κρίας ὑπὸ ξένου καὶ πάντων ὅθεν κοινοῦ ὑποδεδεμένου. Sed non video cur Suidas hic meminerit τοῦ προσδόκᾶν: quã οὐδὲν ὑποειδόμενον significare Nihil suspectum habens, vel nihil suspicans, manifestissimum sit vel ex eo quod proximè sequitur in illo ipso loco, τὸ δὲ μεταφορικὸν οὐδὲν ὑποειδόμενον. τὸ δὲ ἀνυπόπτωτον, &c. At ὑποδέσθαι exponit ὑποτοεοεῖσθαι.

Υφόεασις, Suspicio. pro quo frequentius est ὑποψία. ET Υφοεαστικὸς, Suspicax.

ΟΡΓΗ, ῆς, ἡ, Ira, Arist. Rhet. l. 2, ἔστω δὴ ἡ ὀργὴ, ὄρεξις μετὰ λύπης, τιμωρίας φαινομένης, διὰ φαινόμενον ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐτὸν ἢ εἰς αὐτὸν πεπραγμένων τοιοῦτοις. In Stoicis autem definitionibus breuius definitur, Ὀργὴ τιμωρίας δοκοῦσα τοῦ ἀδικοῦντος ἠδικηκέναι οὐ προσήκοντος. pro quibus Cicero, Ira est libido puniendi eius qui videatur lasisse iniuria. ‖ Dicitur autem διὰ ὀργὴν πιεῖν, vel ὑπ' ὀργῆς, aut ὀργῇ, qui aliquid facit ira commotus, seu percitus. id est Quem ira ad faciendum aliquid impulit. Demosthen. in Midiam, διὰ ὀργὴν γ' εἰς φῆσω πεπικέναι. Plut. in Apophth. ὅπως μὴ δι' ὀργὴν πικρότερον κολάζῃ τοὺς σωφρονοῦντας, Scribitur & διὰ ὀργὴν apud Aristotelem in Ethic. (si mendo caret locus) ὁ δὲ διὰ ὀργὴν ἑαυτὸν σφάττων. Plut. dixit & ὑπ' ὀργῆς in libello quem περὶ ἀοργησίας inscripsit, εἶτα καὶ τίκτει καὶ σωνθεῖς ὀκβάλλοδν ὑπ' ὀργῆς. (ad verbum, præ ira) Thucyd. lib. 5, καὶ ἐβούλθυν ἀνδρὸς ὑπ' ὀργῆς πεσεῖν τὸν θνητὸν τὸν ἑαυτοῦ. Plutarchus in eodem illo περὶ ἀοργησίας opusculo, οὕτως ὁρῶν ὑπ' ὀργῆς ἐξιστάμενοὺς μάλιστα, καὶ μεταβάλλοντας ὕψει, χρόαι, βάδισμα, φωνῇ. Datiuum autem ὀργῇ scholiastes Thucydidis poni ait pro σὺν ὀργῇ: alibi verò casum hunc resoluit in participium, quum ὀργῇ ἀπεστάλον expon. ὀργιζόμενοι. Legimus porrò & apud Xenoph.

κολάζειν ὀργῇ, pro eo quod habetur apud Plutarchum, διὰ ὀργὴν κολάζειν, in loco quẽ modò protuli. Inuenitur præterea μετ' ὀργῆς, item δι' ὀργῆς. Plato in Apol. ὀργισθεὶς αὐτοῖς ὀνόμασι, εἶπε μὴ μετ' ὀργῆς τὸν ὑπόφν. Latinè diceretur potius Per iram, quàm Cum ira, quod respondet ad verbum τοῦ, μετ' ὀργῆς. At δι' ὀργῆς in aliquot Thucydidis legitur locis: vt libro octauo, ἀπεχώρησεν ἀπ' αὐτῶν δι' ὀργῆς καὶ ἀπεραστῆς. vbi δι' ὀργῆς apte reddi potest participio Iratus: quum nihil sit aliud quam ὀργισθείς. Idem libro eodem, δι' ὀργῆς ἀπελθόντες. Sed & libro 3, ἀδηλα γὰρ τὰ τοῦ πολέμου, καὶ ὀλίγοι τὰ πολλὰ καὶ δι' ὀργῆς αἱ ὁπότεροι γίγνονται.

C. ΣΥΝεφρυόομαι, Supercilia corrugo ſeu contraho. τὰς ὀφρῦς συνάγω. Vnde συνωφρυωμένος, Qui eſt fronte obducta ſeu adducta, Vultuoſus, Bud. Et Pollux lib. 1. καὶ παρὰ τοῖς τραγῳδοῖς τὸ συνωφρυῶσθαι, ὅτι τῷ λυπουμένῳ. (ſicut Heſychio quoque Συνωφρυωμένος eſt λυπουμένος) In mœrore enim triſtitiáque aut curis & contemplationibus animi ſolent συνάγεσθαι αἱ ὀφρῦς. Sic Horat. Deme ſupercilio nubem. id eſt Aufer è vultu triſtitiam atque immoderatam ſeueritatem, quæ contracto ac ſublato ſupercilio ſignificatur quemadmodum & Euripides Iphig. Aul. Μέθες νῶν ὀφρύν, ὄμμά τ' ἔκτεινον φίλον. quod & καταβάλλειν ὀφρῦς dicitur ab eodem in Cyclope, Ἅπαξ μεθιεῖς, καταβαλὼν τε τὰς ὀφρῦς. ſolent enim in lætitia demitti ſeu remitti ſuperciliа, (vt & χαλᾶσθαι τὸ μέτωπον dicit Ariſtophanes) contrà in mœrore corrugari ſeu συνάγεσθαι. Adducere autem ſupercilia, ſeu tollere, ἀναστῆσαι τὰς ὀφρῦς & αἴρειν ſiue ἐπαίρειν & ἀνατείνειν dicitur vt ſuprà etiā docui. Atq; hoc faſtus & ſuperbiæ proprium eſt: interdum etiam triſtitiæ, vt in hoc loco Diphili apud Athenæum lib. 2, Τὸν τὰς ὀφρῦς αἰρόντα συμπίδεις γελᾶν. Dicit igitur πρόσωπον συνωφρυωμένον Eurip. in Alceſtide, Vultum ſuperciliоſum ſeu ſupercilio obductum. cui vultui νεφέλη ὀφρύων etiam tribuitur a Sophocle, (cui verba ſuprà in Νεφέλη citaui) & συνῳδὸν ὀφρύων νέφος.

Itidémque σωνεφοιῶ ὄμματα Euripides alibi dicit pro σωοφρυοῦσθαι. cui Pind. Pyth. ode 9 opponit, ἀγανᾷ χλιαρὸν γελᾶν ὀφρύϊ. Qui verò ita supercilia corrugat seu σωάγει DICITVR Σώοφρις, id est habens σωοφρυωμένον πρόσωπον, seu Tristis, σωνεφής, Frontem nubecula obductam habens. Aliàs Σώοφρις dicitur etiam Qui supercilia attollit, ὁ ἐπηρκῶς καὶ ἀνεσπακὼς τὰς ὀφρῦς. ex quo intelligitur Superbus. id est μεγαλόφρων, μεγάλαυχος, vt Hesychius exponit. Porro à Σωοφρυοῦσθαι deriuatum est VERBALE Σωοφρύωμα, ατος, τό, Pars ea frontis in qua supercilia concurrunt seu coeunt. Vbi corrugantur & contrahuntur supercilia, Vbi frons corrugatur. quo vocabulo vtitur scholiastes Homeri, quum Ἐπισκώπτειν esse dicit τὸ ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν μέρος, ἤτοι δέρμα, τὸ σωοφρύωμα τοῦ μετώπου. vnde & σωόφρυες seu μυξόφρυες dicuntur quorum supercilia coeunt, quæ alioqui solent τοῦ μετοφρύου discriminari.

C. ΥΠΕΡοφρυόομαι, Supercilia alleuo, Supercilia adduco & tollo, τὰς ὀφρῦς αἰάσσω seu ἐπαίρω, vt in graui seu seuero vultu. Theophyl. αὔθρα φρεσβύτης, πολλὰ αἰδέσιμος, ὑπόφρυωμένον δὲ σεμνότητι, Supercilio adducto seu alleuato & sublato præ seueritate & grauitate: seu, (vt Seneca loquitur) Subductis superciliis. quo modo & Propert. Tunc volo subducto grauior procedere vultu.

Ὀ X E T Ο' Σ, οῦ, ὁ, Canalis, Aquæductus. σωλὴν ἀγγείου, ὑδραγωγεῖον, vt Hesychius exponit. In Geopon. ὀχετὸν εἰς ὀχετὸν ὕδατος ἐμβλητέον, pro his Varronis, In canalem & cibus ponitur iis, & immittitur aqua. Alicubi exponi potest non solùm Aquæductus, sed etiam Riuus. nã & ῥύαξ ab Hesychio & Suida exponitur. Plutarchus, ὑποκάπτοντες ὀχετοὺς καὶ ὑποτρέποντες. (At ὀχετὸς τέμνειν dicitur ὀχετηρὸς quum in prato, agro aut horto sulcos quosdam ligone facit ad riuulos ducendos, vt videbis in Διοχετεύω) Athenæus lib. 2, de aquis, τὰ δὲ ὑπόρρυπα καὶ ἐξόχετα, ὡς ὑπόπαν βελτίω τῶν τασμῶν. Eodem libro, εἰ δὲ πῶς χλῶ ὑδρηλὼ κρίωνσι καὶ ὀχετοῖσι, fontibus & riuis, seu aquæductibus. Herodianus verò ὀχετὸς Romæ vocat quas Latini scriptores Cloacas. vt lib. 7, συρέντες ὑπὸ τὸ ὄχλου εἰς τοὺς ὀχετοὺς ἐρρίπτοῦντο. Et lib. 5, ἅτερ ὀδὸν πολὺ διὰ πάσης τῆς πόλεως συρέντα τε καὶ λωδηθέντα, εἰς τοὺς ὀχετοὺς ἀπορρίφθη τοῖς εἰς τὸν Θύβριν ῥέοντας. Tale est apud Æl. Lampr. in Heliog. Tractus deinde per publicum: additáque iniuria corpori est, vt id in cloaculam milites mitterent. Et mox, Solúsque omnium principum tractus est, & in cloacam missus & in Tiberim præcipitatus.

C. Ὀχετόκρανον, ου, τό, Tubi seu canalis caput vbi aqua effundirur. Apud Suidam perperam Ὀχετάκρανον.

C. Ὀχετηρός, οῦ, ὁ, Qui riuos ducit. Homerus Iliad. φ, Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ὀχετηρὸς ἀπὸ κρίνης μελανύδρου Ἀμφοτὰ καὶ κήπους ὕδατος ῥόον ἠγεμονεύει, Χερσὶ μάκελλαν ἔχων, ἀμάρης δ' ἐξ ἔχματα βάλλων. Nonn. generalius etiam vsurpauit fœm. gen. pro Ductrix, vt ἔρχεται ὤρη Εὐσεβίης ὀχετηρός. VNDE Ὀχετηρία, ας, ἡ, Riuorum seu aquarum ductus, Irrigatio. ET Ὀχετηρέω, ῶ, Riuos seu aquas duco, Irrigo per riuos.

Ὀχέπον, ου, τό, Riuulus. B. ex Diog. Laertio.

Ὀχετεύω, Riuos seu aquas duco, Deriuo. Metaph. verò Athenæus lib. 10, τοὺς παῖδας μέχρις ἑπτὼ ὀκτὼ καὶ δέκα τοῖς παρέχειν οἴνου μὴ γεύσασθαι. οὐ γὰρ χρὴ πῦρ ὅλῃ πῦρ ὀχετεύειν. Hesychius ὀχετεύει exp. μεταφέρει, σαλεύει, ὀδηγεῖ: itidem & Suid.

Ὀχέπυμα, ατος, τό, Riuus qui ducitur: vel Aquæductus, Canalis. Gaza vertit Meatus, apud Aristot. qui nares nasi vocat ὀχεπύματα.

Ὀχεπεία, ας, ἡ, Riui seu aquæ deductio, Riuorum à fonte deductio. Ductus aquarũ, vel derinatio. idẽ cum ὀχετηγία. Theophrastus De causis plant. lib. 5, cap. 6, φέρεται ὥσπερ τὸ ἐφελκόμενον καὶ ἀποδιδοῦν. οἷον γὰρ ὀχεπεία τί ἐστι, est enim veluti quædam riuuli deductio, seu deriuatio. Idem dicit etiam ὀχεπεία τροφῆς, Deriuatio cibi, vel Deductio alimenti veluti per canalem. De caus. plant. lib. 3, cap. 9, ἔοικε γὰρ ὡς ὅπερ ὀχεπεία τις εἶναι τῆς τροφῆς τῷ δένδρῳ ὅπως αὐ ἄγῃ τις.

C. Ἀποχετεύω. Deduco per canalem, Deriuo.

C. Διοχετεύω, Aquam per canalem duco, Deriuo per canalem & tubum. Plato in Tim. Τροφὴν τοῖς σώμασι ἡμῶν διωχέτευσαν, τέμνοντες οἷον ἐν κήποις ὀχετοὺς, ἵν' ὡς πρὸς ὁπὸ γάματος ὑπόντος ἀρδοιτο. (Paulo suprà dicit, τὰς ἀρτηρίας ὀχετοὺς ὅλῃ τὴν πνεύμονα ἔπεμον.) Per hos autem ὀχετοὺς τῆς τροφῆς τὰ γάματα ὑπόρρυπα γίνονται, vt ibidem loquitur.

C. ΕΞοχετεύω, Deriuo ex. Hesych. verò Ἐξοχετεύσθαι exp. ἐκρεόντα, vel ἐκπὸς ἔχοντα τοῖς ὑδρηγοῖς.

C. ΕΠοχετεύω, Per canalem deduco ad, Deriuo ad. vel simpliciter Deriuo. Et pass. Ἐποχετεύομαι, Deriuor. Ἐποχετοῦσαι Suidas exponit πυκνοῦσαι, (id est Irrigare) item neutraliter ὑπορρυῶσαι, Influere. VNDE Ἐποχετεία, Deriuatio vel Irrigatio.

C. ΜΕΤοχετεύω, Aliò deriuo & per canalem deduco. Metaph. accipitur pro Traduco, Transfero. Herodian. φάσκων γὰρ αἱ τῶν νέων ψυχαὶ εἰς ἡδονὰς ἐξολισθαίνουσαι, ἀπὸ τῶν παιδείας καλῶν μετοχετεύονται.

C. ΠΑΡοχετεύω, Per alios canales deriuo præter eos per quos deduci solebat. (idem ferè cum præcedenti μεταχετεύω) seu Perperã deriuo, Peruersis & mutatis canalibus duco. Plutarchus Themist. ὑφηρημένος τὸ ὕδωρ καὶ παροχετεύσας, id est ἀποκόψας ὀχετοὺς καὶ ἀποστρέψας, (vt suprà in Ὀχετὸς idem loquitur) Subductam aquam aliò deriuans. Exponitur etiam Deriuo, Conductum duco quò volo, ex Bud. Item παροχετευσάμενος actiuè interpretantur Deducens.

Παροχέτευσις, εως, ἡ, Deriuatio. Apud medicos significat vacuationem humoris per vicinam partem. Est autem curationis genus (vt Gorr. tradit ex Gal. comm. 2 in lib. 6 Epidem.) ad humores pertinens, quum videlicet humor qui vacuari debet, non per eam fertur partem per quam eum ferri oportet, nec tamen valde procul à conuenienti, neque ad remotissimam, sed per propinquam: vt quum id quod per palatum vacuatur, per nares trahitur: contrà reuulsio per loca plurimum distantia fit. Præterea fit deriuatio à dextris ad sinistra, ab anterioribus ad posteriora, & contrà, sed breuissima via. (aliqui ad reuulsionis naturam magis accedit) éstque humoris tum fluentis, tum iam impacti & in ægra parte consistentis: in quo etiam videtur à reuullione differre, quæ fluenti tantùm humori adhibetur. Dicit eo loco Gal. Hippocratem παροχέτευσιν nominare quum χυμός τις δεόμενος κενώσεως, μὴ κατὰ τὸ δεῖ χρεῖον ὁρμήσῃ φέρεσθαι, καὶ μήπω μηδὲ πόρρω πάνυ τοῦ πεφυκότος, μηδ' εἰς τὸν ἐναντιώτατον τόπον.

Ὀ X EY' Ω, Admissarium admitto: quum de fœmineo sexu dicitur. Aristot. Histor. anim. lib. 6, cap. 20, ὀχεύει δὲ κύων ἡ Λακωνικὴ μᾶλλον ἀκμάζοντος καὶ ὀχεύεται. Quum verò de mare dicitur, significat Coeo, Ineo, Inscẽdo, Salio: μίγνυμαι αἰσχαίνω, ὀπτεύω. Aristot. Hist. anim. lib. 6, cap. 21, ὀχεύει δὲ τὰ ἄρρενα, καὶ ὀχεύεται τὰ θήλεα ἐν ταῖς ὥραις πρὸς τὸν τόκον. Et cap. 23, ὄνος δὲ ὀχεύει μᾶλλον καὶ ὀχεύεται τεσσαρακοντάμηνος. Et cap. 24, ὁ δὲ ὀρὸς αἰσχαίνει μᾶλλον καὶ ὀχεύς μετὰ τὸν τόκον βάλον. Et cap. 18 de elephantis, ἐξαχριαίνονται τοῦ πρὸς ὀχείαν· διόπερ φασὶν οὐκ ἐᾶν αὐτοὺς ὀχεύειν τοὺς θήλειας τοῖς θρέψαντας. (Vnde Plinius lib. 8, cap. 9, Circa coitus maximè efferantur: quapropter arcent eos coitu, fœminarùmque pecuaria separant) Alibi apud eundem cum datiuo legitur, (si locus mẽdo caret) οἱ κριοὶ τοῖς προσβυτάταις ὀχεύουσι. De piscibus etiã dicitur. Athen. l. 8, δελφῖνα δὲ καὶ πινὰς θηλυ ὀχεύειν τοῦ κατακλινομένοις ὀχεύειν. Et l. 7, ὀχεύει δὲ καὶ συμπλεκόμενος. Item de insectis, apud eundem lib. 8, οὐκ ὤφθαν οὔτε μέλισσαν οὔτε κηφῆνα ὀχεύοντας. Sed & de homine apud Suidam, Ἔθνε, πῖν, ὀχεύε. ὡς τὰ γε ἄλλα ἀδένος ὄθεν ἄξια. Sed apud Athenæum pro hoc ὀχεύε legitur πεῖζε, vt videre est suprà in Ἐπικροτέω. Pass. Ὀχεύομαι, Ineor, Inscendor, Salior: de fœmina marem admittente. Aristoteles de canibus, ἐξάμηνοι ὀχεύονται). vnde Plin. de canib. Laconicis loquutus, Cæteræ canes & semestres coitũ patiũtur. In Geop. πρότερον δὲ οὐ χρὴ ὀχεύεσθαι, videlicet quàm ad bimatũ perueniant. (vt Varro, Neque oportet pati minores oues quàm bimas saliri) Passim obuium est apud Aristot, Historiæ anim. lib. 6, cap. 18, 19 & sequẽtibus. Et ὀχεύεσθαι ὑπὸ, Iniri ab. Aristot. eiusdem libri c. 23, ὁ δὲ ἵππος τὸ θῆλυ ὄνου ὄχευμα οὐ διαφθείρει, ὅταν ἡ ὀχευομένη ἵππος ὑπὸ τὸ ὄνου. Item de serpentibus, Aristot. in lib. 1 De gener. anim. ὀχεύονται τοῦ πλεκόμενοι ἀλλήλοις. vbi nota masculino genere dici ὀχεύονται τοῦ πλεκόμενοι, sicut apud Athen. l. 9. ὀχευομένους, δὲ τοὺς κάμπους καὶ τοὺς ἀλεκτρυόνας θεωροῦσιν ἀσμένοι. Et de anguillis Athen. lib. 7, ὀχεύονται συμπλεκόμενοι.

Ὄχευμα, ατος, τό, Semen seu genitura qua ὁ ὀχεύων impleuit τὸν ὀχευομένου. Aristot. Hist. anim. lib. 6, c. 23, de asina ab equo iam inita, ὁ μὲν οὖν ὄνος ἐπιβαίνει διαφθείρει τὸ τοῦ ἵππου ὄχευμα. Vnde Plinius libro 8, cap. 44, Conceptum ex equo sequutus asini coitus abortu perimit. Quod verò ibi ὄχευμα, vocat. paulo post πῆσμα nominat, μάλιστα δέχεται τὸ πῆσμα ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ βιβαιοῦσα. Exponitur etiam Coitus.

Ὀχευτής, οῦ, ὁ, Admissarius, Qui fœminam init, seu salit. Dicitur & de homine mare, sed in vitio, pro Libidinosus, Ad coitum procliuis, ἀφροδισιαστικός. Lib. 2 Epigr. — καὶ γὰρ ὀχευτὴς Καὶ μωρὸς, μαλακός τ' ὄζει καὶ ὀψοφάγος, Salax.

Ὀχυτός, οῦ, ὁ, vel potius Ὀχευτή, ῆς, ἡ, Quæ marem admisit, Venerem seu coitum passa, Quam mas iniuit. Dioscor. lib. 2, cap. 97 de sanguine, τὸ δὲ τῆς ὀχυτοῦ ἵππου σπερμοῖς μίγνυται. (At Plin. lib. 28, cap. 9, de equis, Quin & sanguis eorum septicam vim habet: item equarum, præterquàm ginum, erodit, emarginat vlcera) Ruellius vertit, Quæ admissuram exp. rtæ sunt: Marcellus, Equarum matricum. Dicuntur autem à Columella & Palladio matrices equæ vel boues, quæ sobolis procreandæ causa aluntur.

Ὀχευπιδής, οῦς, ὁ, Qui coire solet. vel Ad coitum seu venerẽ propensus, Salax. Aristot. De gener. anim. lib. 3, cap. 1, τὰ δὲ πιαῦτα τοῦ ὄρνεων ὀχευπικὰ πῶς φυσικῶς.

Ὀχεία, ας, ἡ, Coitus. Aristoteles De gener. anim. lib. 1, cap. 14, τῆς ὀχείας πόρος, meatus quo coitus perficitur. Et cap. 5, περὶ τὴν ὀχείαν, vel περὶ τὰς ὀχείας, Circa coitus, (vt Plinius suprà in Ὀχεύω interpr.) vel Coitus tempore, περὶ τὴν τῶν σωδυασμοῦ ὀχεῖαν, Admissuræ siue admissionis tẽpore. Idem Historiæ anim. lib. 6, cap. 20, κυήσεται ὁ κύων ἐκ μιᾶς ὀχείας. Quæ sic Plinius interpr. Canes impl. ntur vno coitu. In Geopon. τοῖς ἐν ἡμερῶν τεσσάρων τῆς ὀχείας οὐκ ἐάτεον πληροῦσθαι Τροφῆς. pro his Columellæ, Pabulum circa tempus admissuræ subtrahitur fœminis. In eodem libro κλινία πρὸς ὀχείαν χρησιμωτάτη ἐστὶν ἀπὸ πειῶν ἑπτῶν, pro his itidem Columellæ de arietibus, Eius quadrupedis ætas ad progenerandum optima est trima. Rursum in eodem libro, ὥρα δὲ πρὸς ὀχείαν πεντεκαιδεκάτου, ἢ ἀπὸ δεκάτου αἰσθάνῃς ἕως ἡμερῶν μ', pro his Varronis de vaccis, Maximè idoneum tempus ad concipiendum à delphini exortu vsque ad dies XL. Vbi notandum, πρὸς ὀχείαν, non idem prorsus esse cum Ad progenerandum, & Ad concipiendum: sed esse consequentia pro antecedentibus posita.

Ὀχεῖον, ου, τό, in lex. meo veteri exponitur ὄχημα, (id est Vehiculum) vel πῶς εἰς ὀχείαν ὀπτήδειος. A T Ὀχεῖα, τά, dicuntur Admissarii vel equi, vel boues. vel asini, vel arietes: interdum verò & alii animantes mares. Aristot. lib. 1 De gener. anim. ὀχεῖα τὰ πρόβατα μεταβάλλει, primos admissarios mutat. Idem Historiæ anim. lib. 6, cap. 18, τὰ ὀχεῖα ἐκ τῶν θηλειῶν οὐκ ἐξαίρουσι, equos admissarios à fœminis non summouent. Itidem Plutarchus in Lycurgo, ὑπὸ τοῖς κρατίστοις τῶν ὀχείων κύνας ἢ ἵππους βιβάζουσι. Singulari numero ὀχεῖον pro τὸ εἰς ὀχεῖον ἀποδεδιγμένον, vsus est Dinarchus in ἀπολογίᾳ πρὸς Ἀντιφάνη περὶ τοῦ ἵππου, quum dixit, ὠνούμενοι μου τὸ ἵππον ὀχεῖον, emunt seu conducunt equum meum ad admissuram. Itidem Lycurg. ἐν τῷ περὶ διοικήσεως dicit χείπνας & ὀχεῖα. Quos duos locos quum citasset Harpocration, subiungit, μήποτε δὲ ὅλῃ πόπτω πινὸς ἐν ᾧ αἱ ὀχεῖαι γίνονται τῶν κτηνῶν ἢ ὄχημα τι μεθοῦται. Dixerat verò paulo antè Dinarchum in eadem oratione ὀχεῖον posuisse pro ὄχημα, id est Vehiculum sicut Suid. itidem exponit ἅρμα, δίφρος, ἅμαξα. Sed & ab Hesychio exponitur ἅρμα: qui tamen & alterius significationis meminit, dicens ab Atticis vsurpari pro τὸ ὀχεῖα αἰνιγμῶν. A T Ὀχεῖος, ου, ὁ, Admissarius, Qui ad admissuram educatur, habetur quidem in v. l. sed sine exemplo.

C. ΕΠοχεύω, Iterum ineo, Secundò inscendo, Post primũ coitum salio. quo significatu dicitur Ἐπαναβαίνω suprà in Ὄχευμα. Aristot. lib. 2 De gener. τὰ γὰρ ὑπηνέμια γίνεται γόνιμα, ἐὰν ἔν τινι καιρῷ τὸ ἄρρεν ἐπιχεύσῃ. ea enim oua fœminæ cõcipiunt mutua inter se libidinis imaginatione: vt suprà in Οὔειος siue Οὔειος videre est. At perficiũtur & γόνιμα fiunt, quum gallinaceus post irritum illum & inanem coitum eas salierit. Exponitur etiam simpliciter Ineo, Coeo.

C. ΠΑΡοχεύω, Ineo præter. Dicitur de mare adultero, qui alterius fœminam init præter suam. Et pass. Παροχεύομαι, Ab alio præter meũ maritum ineor, Alium marẽ admitto. Furtiuam venerem patior. Aristot. Histor. anim lib. 9, cap. 7, de columbis, παροχεύονται δὲ ποτε καὶ τοῦ τοῖς ἄρρεσι ἐχουσῶν πτῆς. Scribit tamen Plin. lib. 10, cap. 34, eas coniugii fidem non violare, neutrique nota esse adulteria. Admittit autẽ πρεσβεῖα & aliam interpr. in hoc composito.

C. ΠΡΟοχεύω, Prior ineo Prior salio: oppositum τοῦ ἐπιχεύω. Pass. Προοχεύομαι, Prior ineor, Ante salior. At προεσχευμένος, Ante conceptus. v. l.

Ὀ X Λ Ο Σ, ου, ὁ, Turba, Multitudo hominum: interdum etiam simpliciter, Multitudo. Xenophon Pæd. 7, ὄχλος πλείων καὶ πλείων ἐπέρρει. Arsinoe apud Atheuæum libro 7, σωσίκιά γε τοῦτα ῥυπαρὰ ἀναγκῆ δὲ πῶς σωσθῆναι γε ἔστω πάμμορος ὄχλου, θυσίαν ἔστω. Aristoteles Polit. 3, κρίνει ἄμεινον ὄχλου πολλὰ ἢ εἰς ὀλιγοστοῦ, Hominum multitudo, vel etiam Multi simul. Gorgias, ἀπὸ ὄχλου ὄψεως τῆς κρίσεως, Quum à multitudine causa cognoscitur, vel A vulgo, A populo: vt Xenophon Hellen 5, ἐπιθυμοῦσι πολὺ ὁ ὄχλος, quum ante dixisset δῆμος, πλῆθος. Et in Axiocho, φιλοστοφῶ τοῦς ὄχλον καὶ θαυμάζω, apud populum seu vulgus. Itidem Aristot. Rhet. 2, φασὶν οἱ ποιηταὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις παρ' ὄχλῳ μισικωτέρους λεγέν. Itidem dicitur plurali numero, οἱ ὄχλοι pro ὁ ὄχλος, Multitudo, hoc est Populus, Vulgus. Aristoteles, τὰ ὑφ' αὐτῶν παρεκέντα, τὰ δὲ τῶν ὄχλων παραιρουμένων, quum partim ipsi sua munera neglectim transmitterent, partim populus ipsis adimeret. Sic Herodianus lib. 7, τὰ πλοῖα πλήσματα τοῦς τῶν ὄχλων ἀμελέντα, à plebe negliguntur. Eodem libro itidem, οἱ ὄχλοι τοῖς συναδὸ μαχαν πλῆθοι, plebs stataria certamine à militibus victa: de seditione intestina in vrbe. Itidem Athenæus lib. 14. παρ' ὄχλοις ἀδικεῖν. ¶ Est vbi per cõtemptum potius dicitur de confusanea hominum multitudine, vt & Latinum vocabulum. Herodianus lib. 6, de exercitu barbarico, ὄχλος μᾶλλον ἢ στρατὸς, turba potius quàm exercitus. Et lib. 7, οἰόμενοι ἐν πλήθει ὄχλου, οὐκ ἐν ἀταξίᾳ στρατοῦ τὴν νίκην εἶναι, in turba potius quam in exercitu al quo ordine collocata victoriæ spe. Et plur. num. Thucyd. lib. 4 pag. 162, οἱ Θιοῦσι ὄχλοι, de militum barbarorum multitudine. Interdum genitiuum adiunctum habet, nec de hominibus tantùm sed quibusuis rebus dicitur, vt & Turba. Multitudo. Xenophon Pæd. 7, πῶς φεύγω διασπάσθαι τῶν ὄχλων, circunfusam amicorum multitudinem. Thucydides l. 1, ὑπὸ τε τοῦ πλήθους καὶ ὄχλου τῶν νεῶν, præ multitudine & turba nauium. Synes. epist. 11, ἐμαυτὴν δεῖσθαι ὄχλῳ πραγμάτων, turbæ negotiorum.

Ὄχλος, Molestia. quam signif. propriam esse tradit Ammonius. Eurip. ὄχλον παρέξεις, molestiam exhibebis. Itidem Synes. ep. 19, τὸν παρ' ἡμῶν ὄχλον καὶ τῶν πραγμάτων αὐτὸς σύσωσον ἀπῶ, molestias & negotia à nobis exhibita tibi. Itidem Dionysius Halicarn. in libro De idiomatis Thucydidis, dicit eum vti masculino ὄχλος pro fœminino ὄχλησις, sicut πάρεδρος pro παρεδρία. Sic accipitur apud eum δι' ὄχλου εἶναι, molestum esse, lib. 1, pag. 24, τὰ δὲ Μηδικὰ καὶ ὅσα αὐτῆς ξυνίσῃ, εἰ καὶ δι' ὄχλου μᾶλλον ἔσται ἀεὶ τοῦς θαυμοῦσι, ἀνάγκη λέγειν, Etsi molesta vobis erunt, quò ea subinde allegemus. (Alii minus rectè, Etsi propter vulgus magis assiduè sint prædicanda. quemadmodum & Petr. Victor comment. in lib. 3 Rhet. Aristotelis annotat, bonos autores δι' ὄχλου aliquid esse dixisse quum est peruagatum iam & in ore vulgi) Itidem & δι' ὄχλου γίνεσθαι. Ioseph. De antiquit. Iud. ἀ τοῦ πρεσβυτέρου ἐκδιηγεῖσθαι, μὴ δι' ὄχλου ῥηθέντα τοῖς ἐν-

πυγχάνουσι, ne lectoribus molestiam & tædium afferant. (Pro quo alibi dicit, ἃ λέγω οὐκ αἰσχρὸν ἡγησάμην, ἵνα μὴ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ὄχλος δοκῶ. Itidem Dion, ἐγὼ δὲ τὰ μὲν τῶν ἄλλων ὀνόματα οὐδὲν δέομαι καταλέγειν, ἵνα μὴ δι' ὄχλου ἴωμαι, ne fastidium ingeram & molestiam exhibeam. Idem dicit etiam δι' ὄχλου ποιεῖσθαι pro Fastidire & aspernari, τοὺς ἐν χερσὶν ὄντας οὐδὲ εἰδέναι δοκῶν, ἀλλὰ καὶ δι' ὄχλου ποιούμενος. ‖ Suidas ὄχλος exponit non solùm θορυβος, sed etiam ἀγανάκτησις, in hoc loco, καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐπιδέξιος πᾶσι παρεῖχε, νῦν δὲ τοῖς πυνθανομένοις καὶ ὄχλον κινοῦντας οὐ μάλα εὐγνώμων. Quo in loco ὄχλον κινεῖν est quod Latini dicunt Concire turbas, Excitare turbas. Sed id potius ad ὄχλος illud pertinet cui primum locum tribui.

C. Ὀχλοκόπος, Qui populum seu turbam concitat: idem cum δημοκόπος, vt suprà post δῆμος docui. Apud Suidã, νῦν δὲ ὀχλοκόπος ὁ Φλαμίνιος καὶ δημαγωγὸς τέλειος. VNDE Ὀχλοκοπία, ας, ἡ, Turbæ popularis concitatio, Plebis solicitatio. ET Ὀχλοκοπέω, ῶ, Turbam popularẽ concito, Plebis solicitator sum. idem cum δημοκοπῶ. Plutarchus in lib. An seni capessenda resp. οἷς ἀνόητοις, οὐδὲ ὅπαν θραττῶσιν, ἢ γραμματεύσωσιν, ἢ δημηγορῶσιν, πολιτευομένοις, ἀλλ' ὀχλοκοποῦντας ἢ πανηγυρίζοντας ἢ θασσάζοντας.

C. Ὀχλοκρατοῦμαι, A turba populari seu plebe regor, Turbæ popularis arbitrio administror & gubernor.

C. Ὀχλομανέω, ῶ. Insano turbarũ amore teneor. vel Insano turbæ popularis amore ducor.

C. Ὀχλοπηγέω, ῶ, exponitur Turbam congrego. Nisi potius signifi et Turbas concio, Turbas excito. vel Turbas populares excito.

C. Ὀχλοπρεπής, ές, ὁ καὶ ἡ, Turbam delectans.

C. Ὀχλαγωγός, οῦ, ὁ, Qui popularem turbam concitat vel cõgregat: vt faciũt adulatores populi vel circulatores. Ioseph. contra Appionem lib. 2, ὥσπερ αὐτοκράτορα καὶ τῶν ἄλλων ἐν τῷ βίῳ ὀχλαγωγὸν ἡγούμενοι. VNDE Ὀχλαγωγέω, ῶ Populum seu popularem turbam concito, vt plebis adulatores & circulatores faciunt: illi, verbis & pollicitationibus, hi miraculis & præstigiis. Strabo lib. 4, de tabula Protogenis in qua perdix erat picta, ὀξέπλησον δ' ἐπ' μᾶλλον οἱ περδικοφόροι, κομιζόντες τοῖς πλαστοῖς, πλέκτης καὶ παπυρικὴ ἐρθέγγοντο τὸ θεῖον· τῷ χαρῶν οἱ περδίκες καὶ ὠχλαγώγουν, & plebem circulatoris more detinebant & oblectabant. Ita Bquit Ὀχλαγωγῶ vertit etiam, Plebem ad res nouas solicito, Factiosæ turbæ ducem me præbeo, vt δημαγωγῶ. Hesychio verò ὀχλαγωγῶν, συναγαγεῖν ὄχλον ἢ θορυβῆσαι. AT Ὀχλαγωγικόν, Quum turba popularis concitata in vnum locum confluit. In Pand. dicitur esse πολλῶν πνεῦμα συνοδος, ὅταν πολλοὶ φέρωσι τοῖς ἀρχοῦσι τῆς πόλεως θορυβοῦντες εἰς τὸν αὐτὸν τόπον καὶ ἀπμίαν πνός. Sed & τοῦ ἀποπνίγεται ὀχλαγωγικόν, ὅπερ τις ἐπέλθῃ τοῦ οἴκου αὐτοῦ ἢ τοῦ ἔργαστηρίου. Et ὀχλαγωγὸν ποιεῖ οὐ μόνον ὁ κράζων, ἀλλὰ καὶ ὁ συγκαλεσάμενος ἄνθρωπος ἀνθρώπους ἢ ὑπαβαλὼν ὅπῃ τοῦ κράξαι. In iisdem Pandectis titulus est περὶ θεατῶν, ἤτοι θεατῆς καὶ θορύβοις ἢ ὀχλαγώγια ποιούντων.

C. Ἄνοχλος, Turba seu turbis carens. Exponitur etiam Inoffensus, Nulla molestia affectus.

C. Εὐρύοχλος, Latus seu amplus turba & multitudine, Numerosus.

C. Πολύοχλος, Turba seu hominum multitudine abundans. VNDE Πολυοχλοῦσα πόλις, In qua magna hominum turba & multitudo est.

Ὀχλικός, οῦ, ὁ, Popularis: ab ὄχλος significante Turba popularis. Plutarchus Numa, ὀχλικὴ καὶ θεραπευτικὴ τῶν πολλῶν διάθεσις, popularis & grata multitudini ordinatio. Idem Symp. 8, πρὸς ἀρετὴν πολιτικὴν ἀνάλογον, ὡς δημοκρατικὴν καὶ ὀχλικὴν οὖσαν, ἐξέβαλεν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος. Exponitur etiam Turbulentus, Molestus.

Ὀχλώδης, εως, ὁ καὶ ἡ, Turbulentus, θεραχώδης, vt Suidas exponit. Quo significatu ex Polybio citatur. Item Difficilis, Morosus, δύσκολος, Cui omnia sunt molesta. Et τὸ ὀχλῶδες, Difficultas & fastidium, δυσκολία. Apud Suidam, οὔτε ἐξεπάσαι τὸν ἄνθρωπον οἷόν τε ἦν ἀκριβῶς, ἀσθενεῖα σῶμα τοῦ ὀχλοῦ ἄρον, οὔτε ἐρωτᾶν, ὀλιγοδεία τὸ ὀχλῶδες. Nisi fortè significet, Metù turbarum: vel etiam, Ne maiore molestia afficeretur qui à morbo iam satis vexabatur.

Ὀχληρός, οῦ, ὁ, Turbulentus, idem cum ὀχλώδης: seu θεραχώδης, vt Suidas vtrunque exponit. ‖ Item Molestus, Molestiam afferens, ὁ δι' ὄχλου γινόμενος. cuius significationis exemplum habes in Ὄχλος ex Iosepho. Sed & apud alios frequens est. Isocrates Panath. ἔσται δ' ὁ λόγος ἐμοὶ μὲν ἐξιόντος οὔτ' ὀχληρὸς οὔτ' ἄχαρις. Idem ad Philippum, τὸν δὲ λόγον τὸν ἐμὸν νῦν ἡγοῦμαι εἶναι ὀχληρὸν τοῖς ἀκούουσι. Itidem homo aliquis alteri ὀχληρὸς esse dicitur quum ei molestus est & negotium facessit. Herodianus lib. 3, ὀχληρὸς καὶ θορυβῶδες αὐτῷ ὁ Ἀλκείνοος ὁμιλεῖ. Aliquãto post, ἐπὶ χθὲς αὐτῷ καὶ ὀχληρὸς ἐφαίνετο. Et τὸ ὀχληρὸν sicut τὸ ὀχλῶδες, Molestia, ὄχλος.

Ὀχληρώδης, Molestus. v. l.

Ὀχλέω, ῶ, Fut. ήσω, Turbo, Commoueo. Et pass. Ὀχλοῦμαι seu Ὀχλοῦμαι Ionicè, Turbor, Commoueor. Iliad. ο, de riuo, Τοῦ ὀλίγ' ἐπὶ θεσπέσιος ὑπὸ ψηφῖδες ἅπασαι Ὀχλοῦνται, id est κινοῦνται, seu κυκινδοῦνται, vt Suidas & Hesychius exponunt. Hesychius ὀχλεῖ exponit κωλύει μεταὶ ὄχλου. ‖ Ὀχλουμένη ὁδός, Turbæ plena & multitudinis, vt Budæus interpretatur apud Ceberem, ὁδὸς οὐ πολὺ ὀχλεῖται, via non frequentaturà multa turba. ‖ Ὀχλῶ, Molestia afficio, Molestiã affero seu exhibeo. Pass. Ὀχλοῦμαι, Molestia afficior, Molestia mihi exhibetur. Paulo antè in Ὀχλώδης habes, ἀδυνεία σώματος ὀχλοῦσθαι. ‖ At ὀχλεῖται ἐφ' ἵππου, quod in vulg. lex. exponitur Vehitur equo, mendosum est, & pro eo reponendum ὀχεῖται. Hesychius ὀχλεῖν exponit non solùm actiuè, ἐκίνησεν, διεκίνησεν, ἀθῆσαι. sed etiam neutraliter ἐκινήθησαν, ἐνέσεισαν.

D Ὀχλησις, εως, ἡ, Molestia, idẽ cum ὄχλος: vel Perturbatio. θεραχή, Suidas. Plutarch. aduersus Coloten, de Epicuro, ἡδονὴν δὲ τὴν μὴ γιγνομένην καὶ δεξαίης δυνάμενον ζῆν, ἐφ' ὅσον αὐ μὴ πόνον ἐμβάλῃ τὸ πέλας ἐκ τῆς ὀχλήσεως θορυβεῖσθαι. quæ paulo post explanans, dicit, τοὺς νόμον θορυβοποιοῦμενοι θεραπεύειν, ἐὰν μὴ θορυβῶσι πλησίον καὶ κολάσεως.

C. Ἀνοχλησία, ας, ἡ, Vacuitas a turbis & molestiis.

C. Διοχλέω, ῶ, Turbo. Hesych. διοχλεῖ exponit ὀκπαφάσσει. ‖ Item Molestiam exhibeo, Molestus sum. Demosthenes, σφόδρα ἀκριβῶς δεικνύουσι πειρωμένος, διοχλῶ πάλαι ὑμᾶς εἰδότας. molestus sum repetitione rei notæ, δι' ὄχλου γινόμαι. Pass. Διοχλοῦμαι, Molestia afficior, Molestia mihi exhibetur.

C. Ἐνοχλέω, ῶ, Molestus sum. idem cum præcedenti διοχλέω. Dinarch. contra Demosthenem, οὐ δὴ ἵνα ἐνοχλῶμεν ὑμᾶς, ἐπὶ τοῦτ' ἐλθὼν τῶν ἐρωτῶν. Plut. De primo frig. καὶ μὴν ἐν χειροδικαῖς δὲ πέρυσι πολὺ ἀθήνων, interdum sensum offendens, interdum suauitate perfundens. Galen. libro 1 ad Glauc. εἰ δ' ἐνοχλοῖ σιωπῶν ἐνοχλεῖν τὸν νοσοῦντα. Isocrates ad Philipp. ἐνοχλοῦν τοῖς πόλεσι τοῖς ἐν Πελοποννήσῳ, molestiam exhibebant seu vexabant. Idem cum dativo in Paneg. ἐνοχλεῖν τοῖς ἀκούουσι. qua constructione & in Panathen. Vtitur eadem Demosth. quoque in orat. Pro cor. vbi etiam sibi opponit τοῖς ἀνοχλοῦσι & ἐνοχλεῖ. Itidem in Epigr. libro 2, ἢν δὲ δὶς εἰσέρχεσθαι με, πόθεν ἐνοχλεῖ πάλιν οὐκ ἐνοχλῶ, ὀφθαλμοῖς αὐτὰ, molestus ei iteram non ero. Creditores quoque ἐνοχλεῖν dicuntur quum quotidie in repetendo debito molesti sunt. Appianus, δίκαιος τοῖς ἐνοχλοῦσι ὡς ἐδυνάτο. quæ verba sic Budæus interpretatur, Manum iniicientibus creditoribus vt potuit satisfaciens. Sed & vetris onus ἐνοχλῶ, quum tandiu negotium facessit donec deponatur. Herodian. lib. 4, ἀνεχώρει σιωπῇ ἐνὶ ὑπηρέτῃ ἀποσκευάσασθαι τὰ ἐνοχλοῦντα. Pass. Ἐνοχλοῦμαι, Molestia mihi exhibetur, Interpellor. Herodianus libro 3, συνεχῶς ὑπὸ τοῦ ἐνοχλουμένου. Et apud Synes. epist. 62, ἐν γράμμασιν αὐτῷ τῷ μαρτυρίαν καταθέμενα, οὐκ ἐνοχλήθητε, ἀλλ' ἐνοχλήσαντες, exponitur Non interpellati sed interpellantes.

Ἐνόχλησις, εως, ἡ, Molestiæ exhibitio, Interpellatio, Interturbatio, Plauto.

c. 1. Ἀνενόχλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui nulla exhibetur molestia, Vacuus ab omni molestia. At τὸ ἀνενόχλητον, Vacuitas molestiarum.

c. 2. Παρενοχλέω, ῶ, Obturbo, Obstrepo, Molestiam exhibeo. Idem cum præcedenti & eiusdem construct. Plut. in Rom. παρενοχλεῖ τοῖς Λουπέρκοις, de canibus qui Lupercis per vrbẽ discurrentibus molestiam exhibebant. Act. Apost. 15, μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν τοῖς τὸν Θεόν, Non obturbare. Pass. Παρενοχλοῦμαι, Obturbor, Molestia mihi exhibetur. Ex Pandect. autem Παρενοχλοῦμαι affertur pro Controuersiam patior.

Porro SICVT Ἠνώχλουν pro ἐνώχλουν, suprà in Ἐνοχλέω habuimus, sic ETIAM Παρῆνώχλησάς με, Inquietasti me, legitur cap. 27, lib. 1 Reg. quod augmenti genus Atticum est.

Παρενόχλησις, Interturbatio, Plauto.

c. 3. Ἀπαρενόχλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, Qui non obturbatur, Cui nulla exhibetur molestia. ἀπαρενόχλητος τοῖς λύπαις, Cui nulli dolores molestiam exhibent, Qui nullis mœroribus perturbatus est.

C. ΠΑρενοχλῶ, Obturbo, Molestiam exhibeo, Vexo, Infesto. idem cum παρενοχλῶ.

Ὀχλεύω, idem cum ὀχλέω significante Moueo, κινέω. vnde ὀχλευτὴς, Hesych. exponit κινοῦντας, sicut ὀχλεῦσαι siue ὀχλοῦσαι. QVO REFERT Ὀχλεύς, έως, ὁ, Vectis quo aliquid κινεῖται siue ὠθεῖται: Hesychio μοχλός: item σφόριγξ, (cardo) δεσμός, (Vinculũ, Ligamen) necnon ὁρμὰ & πομπή. ET Ἐπόχλεύς, Vectis quo traiecto rotæ in locis decliuibus impediuntur ne vno impetu decurrant. seu Retinaculum rotæ decurrentis, ne velocius decurrat: quod Suiflamen à Iuuenale dicitur satyra 8, Ipse rotam stringit multo suf flamine consul. Eustathius pag. 1944, φασὶ δὲ ἐπόχλεα τὸ βραχὺ μόλυβδον ξύλον βραχὺ ὀχοῦν, ὅτι κατέπτης πόνου ἔργοντο, καὶ κωλύων αὐτοὺς ὀκτρέχειν. κῆ παρακοῖς, ὅθεν βλάβη ἐξίσχεις. Athen. lib. 3 affert hoc vocabulum ex Simaristi synonymis, addens ab Herode rhetore vocari ἐπόχλεύω.

Ὀχλίζω, Moueo, vel Vecte imp. Illo & protrudo. Vnde apud Suidam. Ὀχλίζει, μοχλεύει, κινεῖ, quod & apud Hesychium habetur: apud quem etiam ὀχλίσαν, κινήσαν. qui aoristus apud Homerum legitur Odyss. 1, de saxo quo Polyphemus speluncam suam obstruxerat, — οὐκ ἄρ πώ γε δύω καὶ εἴκοσι ἅμαξαι Εὖ δεδαῖ, πεφακυῖαι, ἀπ' οὖδεος ὀχλίσαιεν. Et Orpheus Argon. v. 236, ἄρρος ἐφημοσύνησι θοὺς πορσύνε ὀχλίζειν, Δουρατέοισι φαλαγξὶ καὶ ἄρρεσι θοῖσι κάλωσι Πουμνίδεν ἀρτίπας, mouere & in mare deducere. Pass. Ὀχλίζομαι, Moueor, seu μετακινοῦμαι, Eustathio. Hesychius verò Ὀχλιζόμενον exponit σωκρουόμενον (quod ad ὄχλος pertinet, quo Turba seu Multitudo hominum in eundem locum congregatorum denotatur) apud quem legitur ETIAM Ὀχλοισάν, ἐκκινήσαν, ἐκεσίσαν.

C. Ἀνοχλίζω, Vecte submoueo, Vecte eluuo. Hesych. ἀνοχλίζει exponit ἀναμοχλεύει, Eustathius autem ἀνακινῶν. Vtitur hoc verbo Apollonius Rhodius libro 1 Argon. Δὴ πάτ' ἀνοχλίζων πετρήνεσσι εἰδόματα οἴκοις Μεσσόθεν ἄξονα ἔρετμόν. vbi schol. exp. ἀνακινῶν ἐν τῷ κωπηλατεῖν καὶ ἀνεκτίνων τὰ κύματα.

C. Διοχλίζω, Dimoueo. vnde apud Hesychium Διοχλίζει, ἀνακινεῖ. At διοχλίζειν σῶμα, Nicander dicit pro Diducere os, in Alexiph. δίβρα δὲ σῶμα βρυκὸν ὀχλίζας Ὀφρ' αὐτὸ πιξεύνησι δαμαζόμενος χρεὶ λοβοῦ. quem locum schol. sic exponit, τῇ σῇ χειρὶ ἀνοίγει τὸ μυκτὸ. αὐτὸ σῶμα ἕως οὗ ἐνέσῃ. Vbi etiam NOTA Βρυκὸν ab eo exponi μεμυκός.

C. ΜΕΤοχλίζω, Vecte transmoueo vel simpliciter Transmoueo, Transfero. Od. ψ, Ἀνθρώπου δ' οὐκ ἄν πις ζωὸς βροτὸς οὐδὲ μάλ' ἠβῶν Ῥεῖα μετοχλίσειε. verba sunt Vlyssis cui aliquis ἄλλοσε βῆναι λέχος, seu εἶναι ἄλλῃ ἐνὶ χώρῃ, vt ibidem loquitur.

C. ΠΑΡοχλίζω, idem. Suidas enim παροχλίζουσι exponit μετακινοῦσι, id est transmouent. Alioqui videri posset propriè significare, Iuxta mouent, seu A latere mouẽt, aut etiam Aliquantum mouent.

ΜΟΧΛΟΣ, οῦ, ὁ, Vectis. idem cum ὀχλεὺς eiusdémque originis, vt & Eustathio videtur: nimirum ab ὀχλέω, siue ὀχλεύω, aut ὀχλίζω: quoniam nimirum eo aliquid κινεῖται ἢ ὠθεῖται. solemus. (Nisi potius ex μοχλὸς hæc facta sunt, adempta prima vocabuli litera. nam & verbũ ὀχλεύω ab ὄχλος nõ libẽter deriuo) Od. ε, Μοχλοῖσιν δ' ἄρα πώ γε καπίρυσεν εἰς ἅλα δῖαν, vectib⁹ seu phalãgis: vt Cæsar, Phalangis subiectis ad turrim hostiũ admouent. Sunt autem hæ phalangæ, fustes teretes quibus moli alicui subiectis eam μετώχλιζον siue μετεκίνουν. Palangæ etiam vocantur. Nonius, Palangæ dicuntur fustes teretes qui nauibus subiiciũtur quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad littora subducuntur. vnde etiam nunc palangarios dicunt qui aliquid oneris fustibus transuehunt. Orpheus has palangas nauibus subiici solitas, δουρατέας φάλαγγας appellat paulo antè in ὀχλίζω, adeo vt idẽ sint interdum Μοχλὸς ET Φάλαγξ. At Odyss. 1, μοχλὸς dicitur fustis ille quo Vlysses præusto & præacuto oculũ Polyphemo eruit. (Telum Virgilius appellat, Æneid. 3, — & telo lumen terebramus acuto) quod ibidem Vlysses dicit se ἐκ τοῦ ῥοπάλου Polyphemi, quod magnitudine sua æquabat ἰσοῦ εἰκοσόργυιος φορτίδος, præcidisse, vnius ὁρμωᾶς siue vlnæ longitudine. Οἱ δὲ μοχλὸν ἐλόντες ἐλάϊνον, ὀξὺ καὶ ἐπ' ἄκρῳ, Ὀφθαλμῷ ἐνέρεισαν. ‖ Μοχλὸς dicitur præterea vectis quo fores obfirmantur, teste etiam Eustathio, qui pag. 1944 ait, μοχλὸς, οὐ μόνον μηχανῆς ξύλον τι, ἀλλὰ καὶ θύρας ὀχεῖ, ὁ καὶ ὀπόλης. quo significatu ipsum Latinum vocabulum apud Ouidium me legere memini. Pessulus etiam dicitur. (Plautus, Occlude fores ambobus pessulis. Et, Foribus obdit pessulum) Lucianus in Timone, καταπεκλεῖσθαι λέγων τοὺς αὐτῶν ὑπὸ μοχλοῖς. καὶ κλεισὶ καὶ σημείοις ὀπισθολαῖς. Plutarchus De deo Socr. pag. 1031 meæ editionis, ἐκλυόμενος ἀνέλιξε, τὸν μοχλὸν ἀφεῖλε, καὶ μικρὸν ἀνέῳξε πλὴν θύραν. quod iisdem ferè verbis in Pelopida, pag. 517 meæ editionis, refert, eandem historiam commorans. Thucydides lib. 4, pag. 157, αἱ κατὰ πύλαι τὸν μοχλὸν βίᾳ κρούσαντες ἀφῆκαν. Aliud ex eodem attuli exemplũ suprà in Βάλανος. Aristoph. Vesp. dixit etiam, Τοῦτον οὖν φυλάττουσιν Μοχλοῖσιν ἐνδοῦ πάντες, ὅπως μὴ ξῇ. pro Claustris. (sicut Hesychio quoque μοχλοὶ sunt κλεῖθρα) Sophocles verò quodam in loco τὸν φύλακα appellauit μοχλὸν, teste Athen. lib. 3, vbi verba eius subiungit, Θαρσεῖ μέγας σοι τῶδε γ' ὁ θοῦ μοχλός.

Μοχλίον, ου, τὸ ET Μοχλίσκος, ου, ὁ, Paruus vectis, Parua phalanga.

C. Ὑπομόχλιον, ου, τὸ, Quod vecti subiicitur, seu Cui vectis innititur. Pressio Latinis dicitur. Vitruuius lib. 10, cap. 8, Quemadmodum etiam ferreus vectis, quum est admotus ad onus quod manuum multitudo non potest mouere, suppositra vti centro ceto porrecta pressione, (quod Græci ὑπομόχλιον appellant) & vectis lingua sub onus subdita, caput eius, vnius hominis viribus pressum, id onus extollit. Vtitur hoc vocabulo Aristoteles in Mechan. quæst 4, vbi quærit διὰ τί κινοῦσι μεγάλα βάρη μικραῖς δυνάμεις τῷ μοχλῷ.

Μοχλεύω, Fut. εύσω, Vecte moueo, seu promoueo, vt Cæsar loquitur. vnde apud Hesychium Μοχλεύει, κινεῖ, sicut & ὀχλεύει ab eo exponitur. ‖ Item Vectibus seu pessulis obfirmo. Metaph. verò Chrysost. De officio episc. ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ φυσητοῦ ὤρυσ, ὡς πόλις ὀχυρὰ καὶ ὡς μεμοχλευμένη βασιλεία. (Qua in significatione ET IAM Μοχλόω dicitur vt βαλανόω quoque. Aristophanes, μοχλωσον ἀπὸ θύρας, Pessulum obde ostio. vt Plaut. loquitur. Vel, Occlude fores pessulo, vt idem: seu Vecte obfirma) ‖ Μοχλεύσαιμι, Moliri, Machinari, ducta metaphora à vectiariis seu palangariis: vt Cic. Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? Iosephus De antiquit. ὅμνυσιν ἔξειν τε φίλους καὶ συμμάχους, καὶ μηδὲν μοχλεύσεσθαι κατ' αὐτῶν ἄδικον. Eadem significatione infrà μοχλευτής.

Μοχλευτής, οῦ, ὁ, Motor, seu Qui vectibus & phalangis aliquid promouet, Vectiarius, Palangarius: quorum illo Vitruuius vtitur, hoc Nonius suprà in Μοχλός. Aristophanes, καμοῦν μοχλευτὴν πόνῳ vocat rerum nouarum molitorem seu machinatorem, νεωτεροποιὸν: in Nubibus, σὺ δ' ἔφρονοῦν καμοῦν κινητὴν καὶ μοχλευτὴν, πειθὼ πανταχοῦ πιέζειν, ὅπως δόξῃς λέγειν δίκαια. Pro Motor (vt Martialis loquitur) accipitur in eadem fabula, Γῆς τε καὶ ἁλμυρᾶς θαλάσσης ἄχθιον μοχλευτὴν, de Neptuno. qui & σεισίχθων & ἐλελίχθων, necnon ἐνοσίχθων synonymus ab aliis poetis nominatur, à mouenda seu concutienda terra.

Μοχλεία, ας, ἡ, Motio, vel obfirmatio quæ vecte fit. Pro motione quæ vecte fit accipitur apud medicos, quibus μοχλεία est μεταφορὴ ὀστοῦ ἢ νεύρου ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν τόπου εἰς ἕτερον φύσιν, ossis aut ossiū à loco quàm præter natu ram sit ad naturalē perductio: inde μοχλεία dicta, φ organorū quorundā vectibus circumactorum ope perficeretur, vt discimus ex libro Oribasii De machinamentis. Sed perperam plerūque scriptum LEGITVR Μοχλία, quum scribendū sit μοχλεία à μοχλεύω, vt λατρεία à λατρεύω, δουλεία à δουλεύω, & similia.

C. ΑΝΑμοχλεύω, Vectibus submoueo vel emoueo, Vectibus amolior. vnde αἰαμοχλεύειν πύλας apud Eurip. Vectibus subiectis amoliri & perfringere fores. (quod tamen alii aliter interpretantur, eodem quidem sensu. sed non retenta verbi constructione, Vectes portarum emouere, Portarum clausura & repagula submouere, Pessulis submotis portas patefacere) Itidem apud Suidam, βιαζομένων δὲ αὐτῶν καὶ τὰς θύρας αἰαμοχλεύοντων, δράκοντες ἁρμὰ μέγιστοι τὸ μέγεθος αἰέστελλον αὐτούς. vbi Suid. exponit ἀνακινούντων.

C. ΕΚμοχλεύω Vectibus emoueo vel excutio.

Ο΄ΧΟΣ, ου, ὁ, & εος, τὸ, Currus, Vehiculum. Soph. Electra, pag. 113 meæ editionis, Βιωτὸς ἄλλος δέκατον ἐκπληρῶν ὄχον, decimum currum, seu ἅρμα, δίφρον, vt ibidē appellat. Vbi &, Μέτωπα συμπαίοντ' Βαρκαίοις ὄχοις. Neutro autem vsus est Hom. Il. ο, Ἥλιτον ἐξ ὀχέων ὑψηφόνῃ δὲ οἱ ἵπποι Κείν' ὄχεα κροτοῦντες vacuos currus cum strepitu trahentes. Et datiuus poeticus Ὀχέεσφι apud eundem: pro quo & ὄχεσφι, paragoge poetica, vt κεφαλῆφι pro κεφαλῇ. Ex Eutipide affertur etiam ὄχος ἁρμάτων, (vt infra ex Epigr. ἁρμάτων ὀχήματα) necnon, ὄχος ἱππότης pro Equitatus curulis, Ὄχος ἀλίσας Hesychius in prouerbium abiisse dicit, quoniam αἱ Σικελικαὶ ἡμίονοι ἀπουδαῖαι: ab Ἄκεσος vrbe Siciliæ. ¶ A Suida exponitur etiam τὸ ὕδατος ἡ ὁρμή, vnde DERIVAT. Ὀχετός.. (¶ De ὄχος autem siue ὀχός, quod adctiuum est & significat Capax, suprà dictum est post ἔχω, col. 1368, litera E)

Ὀχέω, ῶ, Veho, Porto. non de curru solùm sed etiam de equo apud Plutarchum: item de homine apud Aristophanem, Αὐτὸς βαδίζω καὶ ποτοῦ, τὸν δὴ ἐχῶ. Item Od. φ, Ἤτοι ἐὼν ἄπλω ὀχέων ἀεσφορον θυμῷ. Sic Odyss. η, Οἷ πνας ὑμεῖς ἴστε μάλιστ ὀχέοντας οἴζυν, id est φέροντας, βαστάζοντας, perferre & sustinere calamitates: metaphora sumpta ἀπὸ τῶν ἀχθοφόρων. At νηπάας ὀχέειν, quod Odyss. α habetur, οὐδέ τι σε χρὴ Νηπάας ὀχέειν, ἐπεὶ οὐκέτι πηλίκος ἐστί. Eustathius exponit non solùm φέρειν siue βαστάζειν νηπάας, verumetiam ὅτι νηπόπτης ὁ αἰῶν. sicut Odyss. χ, dicitur, — αὐδὲ κῆς ἐπέδηκεν, & in Iliade, κακῶν δ' ἀπεβάσκεμεν ὕμας Ἀχαιῶν. Et Euripides, ἔπορος μανίας λόγος: vt ὀχέειν ibi non amplius actiuum sit, sed neutrum. Prioribus exemplis simile est hoc Od. λ, κακὸν ὠδῖν ἠηλάζεις, Οὐ τῶν ἐνῶν ὀχέεσκον ὑπ' αὐχένα ἠελίοιο. id est ἔφερον, ἐβάσταζον, ὑπέμενον, vt ibi exponitur. Accipitur etiam pro Sustineo in alia significatione, vt apud Alexandrum Aphrod. δίφρος φέρει τὰ ὀχοῦντα μόρια, partes quæ sustinent distorquet. ¶ Hesychius ὀχέοντες exponit etiam οἱ αὐτοῖς ἔχοντες & αἰαδεχόμενοι: quæ & ipsa conueniunt iis qui aliquem vehunt, prius enim suscipiunt, deinde sustinent & vehunt. ¶ Neutraliter etiam accipitur pro Vehenti insideo, Equito. vt Xenophon, μετεῖον μὲν ὀχοῦντα, μετεῖον δὲ πεζοποροῦντα. Bud. ¶ Ὀχῶν ab Hesychio & Suida exponitur etiam ὀχευτικῶς ἔχων, Qui inire seu inscendere aut salire cupit, Quam expositionem sequendo, ab hoc ὀχέω DERIVABIMVS Ὀχεύω, de quo seorsim paulo suprà.

PASS. Ὀχέομαι, οῦμαι, Vehor, Portor: propriè curru vehor: deinde etiam naui aut equo. Xenoph. Pædiæ 7, εἰς τοῦ ἁρμάματος ἐν ᾧπερ αὐτὴ ᾠχεῖτο, in currum quo vehebatur ipsa. Aristoph. Pluto, ὀχουμένη ὅτι τῆς ἁμάξης. Il. ω, — νηυσὶν ὀχήσονται γλαφυρῇσι. Rursum Xenophon ὀχεῖσθαι ὅτι τοῦ ἵππων, equis vehi vel inuehi. At ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς Athenis dicebatur quod Romæ Transuehi. hoc est equitare per forum probationis causa. Liuius, Ab eodem Fabio instituitum dicitur vt equites idibus Quinctilibus transueherentur. Sic Valerius Maximus libro 2 capite De institutis antiquis Trabeatos verò equites idibus Iulii Quintus Fabius transuehi instituit. Suetonius in Augusto, Equitum turmas frequenter recognouit, post longam intercapedinem reducto more transuectionis. Demosthenes in Midiam, ἐχρῆν σε πεζὸν ἱππάρχον, ὀχεῖσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς ταῖς πομπαῖς οὐ δυνάμενον, hunc, equorum præfectum creauistis, qui ne in transuectione quidem quæ per forum fieri solet, equo vehi potest. Bud. in Pand. Metaphoricè autem Plato dixit ὀχεῖσθαι ἐπ' ἐλπίδι, spe euehi attollique, vt idem Budæus interpr. Sic Aristophanes apud Athen. l. 12, Ὡς σοφὸν ὄντ' ἐπὶ λεπίδων ἐλπίσιν ὀχεῖσθ' ἄρα. Item Sustineor, sicut ὀχέω significat Sustineo. Gregorius, ὅτι τινος ὀχουμένη ἡ γῆ; (q. d. Super quo sustinetur) Quis eam baiulat & suis humeris sustineat seu Cui innititur? ¶ Ὀχέομαι, Equitor, sicut ὀχέω pro Equito poni dictum est. Iliad. ρ, de equis, οἱ δ' ἀλέγεινοὶ Ἀθάνατοι γε θνητοῖσι δαιμόνιοι ἠδ' ὀχέεσθαι. ἄλλω ἢ Ἀχιλῆϊ, id est ἱππηλατεῖσθαι, seu ἱππαζεσθαι, vel ἱππηοχεῖσθαι, vt Eustath. exp.

C. Ὄχημα, ατος, τὸ, Vehiculum, Currus. idem cum ὄχος. Soph. Electra, pag. 114 meæ edit. Κάρα τεθράμμων ἱππικῶν ὀχημάτων. vbi & synonymis vtitur, ὄχος, ἅρμα, δίφρος. Plato Tim. ἐμβιβάσας ὡς εἰς ὄχημα πᾶν ἅπαντος φύσιν, Atque ita quasi in currum vniuersitatis imposuit, Cicerone interprete. Xenophon Pæd. 4, τὰς γυναῖκας αὖ ἐδίδαξον ὅτι τὰ ὀχήματα. Plut. Galba, ἐν τοῖς ὀχήματον αἰαμοιβαῖς, in vehiculorum vicissitudinibus. Idem in Quæst. Rom. ὀχήμασι βιωτικοῖς μὴ χρῆσθαι. Apud eundem Sympos. 6, Erasistratus ὄχημα τῆς ὑγιείας vocat τὸ ὑγιὲς, vehiculum cibi. Sic Sympos. 7, probl. 1 συμπλεκομένων νηῶν ἅμα καὶ συμπαρεκπεμπόντων τὸ σῶμα τῷ ὀχήματι τῷ ὑγιεῖ χειμῶνος. Ex Epigramm. affertur etiam ἁρμάτων ὀχήματα pro Vectabula currum, sicut suprà ex Euripide, ὄχος ἁρμάτων. Idem ex Aristophane, εἰς ὄχημα καταβάσου βαί, pro Inuectus (seu vectus) scarabeo.

Ὄχησις, εως, ἡ, Vectio, Vectura, φόρησις ἱππασία, Hesychio Significat autem ἱππασία, Equitatio, Equitatus.

C. Διόχης, έος, ὁ καὶ ἡ, Quo duo vehi possunt. Poll. l. 7, δίφρος δὲ διόχης, ὁ δυὸ φέρειν δυνάμενος.

C. ΕΠοχέω, ῶ, Inueho, hoc est Veho in. Pass. Ἐποχέομαι, οῦμαι, Inuehor, Vehor in. Herodianus libro 2, φέρων ἐπὶ χοῦμον τὸν Περήνακα, Insidentem sibi vehens: de equo. Idem libro 4, ἐποχούμενοι ἵπποις ἢ καμήλοις, equis aut camelis inuehuntur. Philo De vita Mosis libro 1, τὸ ἀποζύγιον ὡς σωνεβαίνειν αὐτὸν ἐπεχεῖσθαι. Epigr. libro 2, Γραμματικός τις ὄνῳ ἐποχούμενος ἐξεκυλίσθη. Et metaph. Philo De mundo, οὐ γὰρ ἐποχεῖται πεπὶ ἐπὶ ὕδατι πᾶσα ἡ γῆ, inuehetur aquæ, vt Budæus interpretatur. Nisi malis Innitetur, vt suprà ὀχεῖσθαι. Philostr. epist. 28, τὰ ῥόδα ὥσπερ ἥρωσι τοῖς φύλλοις ἐποχούμενα. Lucianus De saltat. ἐμβάσεις ὑψηλοῖς ἐποχούμενος, innixus. (vt Musa innixa cothurnis apud Nas.) Idem, αἱ ἀπαίσιοι μέτροις ἐποχούμενοι πολλά.

Ἔποχος, ου, ὁ, Qui vehitur curru vel equo, Vector, Eques. vel Qui firmiter equo insidet, nec excuti se sinit. Synesius, οὐκ ἔποχος ὢν ἵππῳ, Non insidens equo, Nondum cōsensō equo. Idem, διὰ πάντων τῶν χωρείων ἔποχος ἦν, καὶ ἐν οὐδενὶ τῆς καθέδρας ὠλίσθησε, Vsque inuehebatur equo, seu Sedebat in equo, & nusquam ex ephippio deuoluebatur. Xenophon De re equ. pag. 552 meæ edit. ἐν παντοίοις τε χωρίοις τὸν ἵππον αὐὰ κράτος ἐλαύνοντα, ἔποχον εἶ, diuersa per loca incitato cursu ruentem hærere firmiter in equo, nec deuolui. Camer. interpretatur, Incitato cursu ruentem continere equum. Euripidi verò ἔποχος μανίας λόγος, sermo qui insaniæ velut inuehitur. quo cum confer Homericum illud, Νηπάας ὀχέειν, quod in Ὀχέω citaui. Hesychio ἔποχοι sunt οἱ ὅτι τῶν ὀχημάτων διαβαίνοντες. Apud eundē habetur COMPAR. Ἐποχωτέρα, exponitur τὸ ἐπιμονωτέρα. malim ἑδραιοτέρα, Stabilior, Quæ firmior est, & magis perseuerat, in modum vectoris qui se ex curru aut equo concitato non sinit excuti, sed firmiter in eo hæret.

Ἔποχον, ου, τὸ, Id cui vector seu eques insidet, Instratum equi, Ephippium. Xenophon De re equestri, pag. 556, χρὴ δὲ καὶ τὸ ἔποχον βιοῦν ἐρράφθαι, ὡς ἀσφαλέστερόν τι τὸν ἱππέα καθῆσθαι, καὶ τὴν ἕδραν τοῦ ἵππου μὴ σύνεσθαι, Instratum equi, ἐφίππιον, vt paulo antè appellat. Bud. At Camer. ea verba cum præcedentibus his, δυνατὸν δὲ σὺν τῷ ἐφιππίῳ αὐτὸν σκεπάσαι, coniungens, sic interpretatur, Poterunt autē cum ephippio muniri, quod ea parte sui qua equo insternitur, ita consultum esse debebit, vt & firmius eques resideat, nec ipsius equi veluti sedile vitietur.

C. Παροχέω, ῶ, Præterueho, Transueho. Item, Iuxta alterū veho, A latere alterius veho. Pass. Παροχέομαι, οῦμαι, Vehor à latere, Ad latus in vehiculo seu curru sedeo. Lucian. ὁ μὲν δὴ Ποσειδῶν ὅτι τεθέωκεν ἅρμασι, παροχούμενός τε καὶ τὴν Ἀμφιτρίτην ἔχων, πρεσβὺς γεγηθάς. Dicitur etiam παροχεῖσθαι pro πάροχον esse, vt testatur Pollux lib. 3, his verbis, ὅταν δὲ Παροχούμενος εἴπωσι, πάροχος ἔσται, λέγουσι.

Πάροχος, ου ὁ, Qui a latere alterius vehitur, ὁ παροχούμενός τινι: sicut ἔποχος dicitur ὁ ἐποχούμενος. Vel Qui in vehiculo seu curru assidet alicui. Peculiariter verò πάροχος dici solebat qui sponso sponsam domum deducenti in curru assidebat. alio nomine παρανυμφίος, & παρόχνυμφος etiam à quibusdam dictus, (quod tamen fœmininī potius generis est) item νυμφοῦχος: diuersus à νυμφαγωγὸς & νυμφοστόλος, vt suprà in Νύμφη, quum de singulis illis agerem, pluribus docui ex veterū autoritate. Alii dicunt à spōsæ latere sedisse in curru (ad quam sententiā accedit VOX Παράνυμφος, de fœmina tamen potius dicta) Sic Paus. tradit in Græcia moris fuisse vt in nuptiali curru tres duntaxat sederent: media quidē sponsa, à lateribus autē spōsus & quem vocabāt πάροχον, qui sanguine vel amicitia iunctus erat, & cui deferebant plurimum. Exemplum huius significationis ex Luciano habes suprà in Νυμφαγωγός. Vtitur & Aristoph. sed cum genitiuo γάμων: qui facit vt πάροχος tum interpretandū sit Cōciliator, vel Auspex. (quo vocabulo Lucanus vtitur suprà in Νυμφοστόλος) in Auibus, circa finem, ὁ δ' ἀμφιθαλὴς Ἔρως χρυσόπτερος νήεις δοῦνε πολυπόνοις, Ζεὺς πάροχος γάμων, τῆς τ' ὀδ' αἰμονος Ἥρας. vbi schol. ait, παρανυμφος ἰῶ τὸ Διὸς καὶ τῆς Ἥρας. πάροχοι γὰρ λέγονται οἱ παρανυμφοι, ὥσπερ τὸ παροχεῖσθαι τοῖς νυμφίοις. ἐπ' ὀχήματος γὰρ τὰς νύμφας ἄγουσι. cuius rei plurima habes testimonia suprà in νύμφη: quibus adde & hoc Luciani in Symposio siue Lapithis, de sponso qui vulneratus domum reducebatur, ὅτι πολλοῖς αἰαπεθεῖς ἐρ' οὗ τῶν νύμφιον ἀπάξειν ἔμελλον. Quum verò apud schol. Aristophanis audimus sphingem vocari πάροχον θανάτου, dubitet quis forsan deriuetne à περοχούμενος, vt significet, Quæ morti assidet in curru ex quo lethalia in homines tela mittit, vel Quæ nuptiarum inter homines & mortem conciliatrix est, (nam ὁ ἅδης dicitur νυμφεύειν eos quos perimit, vt in Νυμφεύω videre est) an verò (quod malo) à παρέχω, vt mortem hominibus præbere dicatur loco ξενίων quæ peregrinis à parochis suppeditabantur. τῶν δὴ κακῶν χρόνῳ φανεῖσαι Θηβαίοις πάροχον θανάτου: (inquit ille exponens hæc verba apud Aristophanem in Ranis, Σφίγγα δ' ἐκαμεσίαν τοῦτ' ἔπαινεν) Sic Paus. tradit in Græcia moris fuisse vt in nuptiali curru tres duntaxat sederent: media quidē sponsa, à lateribus autē spōsus & quem vocabāt πάροχον, qui sanguine vel amicitia iunctus erat, & cui deferebant plurimum. Exemplum huius significationis ex Luciano habes suprà in Νυμφαγωγός. Vtitur & Aristoph. sed cum genitiuo γάμων: qui facit vt πάροχος tum interpretandū sit Cōciliator, vel Auspex. (quo vocabulo Lucanus vtitur suprà in Νυμφοστόλος) in Auibus, circa finem, ὁ δ' ἀμφιθαλὴς Ἔρως χρυσόπτερος νήεις δοῦνε πολυπόνοις, Ζεὺς πάροχος γάμων, τῆς τ' ὀδ' αἰμονος Ἥρας. vbi schol. ait, παρανυμφος ἰῶ τὸ Διὸς καὶ τῆς Ἥρας. πάροχοι γὰρ λέγονται οἱ παρανυμφοι, ὥσπερ τὸ παροχεῖσθαι τοῖς νυμφίοις. ἐπ' ὀχήματος γὰρ τὰς νύμφας ἄγουσι. cuius rei plurima habes testimonia suprà in νύμφη: quibus adde & hoc Luciani in Symposio siue Lapithis, de sponso qui vulneratus domum reducebatur, ὅτι πολλοῖς αἰαπεθεῖς ἐρ' οὗ τῶν νύμφιον ἀπάξειν ἔμελλον. Quum verò apud schol. Aristophanis audimus sphingem vocari πάροχον θανάτου, dubitet quis forsan deriuetne à περοχούμενος, vt significet, Quæ morti assidet in curru ex quo lethalia in homines tela mittit, vel Quæ nuptiarum inter homines & mortem conciliatrix est, (nam ὁ ἅδης dicitur νυμφεύειν eos quos perimit, vt in Νυμφεύω videre est) an verò (quod malo) à παρέχω, vt mortem hominibus præbere dicatur loco ξενίων quæ peregrinis à parochis suppeditabantur. τῶν δὴ κακῶν χρόνῳ φανεῖσαι Θηβαίοις πάροχον θανάτου: (inquit ille exponens hæc verba apud Aristophanem in Ranis, Σφίγγα δ' ἐκαμεσίαν τοῦτ' ἔπαινεν)

C. ΠΕΡΙοχέω, Circumueho. Pass. Περιοχέομαι, οῦμαι, Circūuehor. At περιοχεῖσθαι ζώοις dicitur terra pedibus animantium passim eam peretrantium. velut enim ei inequitant & inuehuntur. Aristoteles De mundo, ἡ πεζῇ φυτοῖς καὶ μόσσι παντὶ δαπεῖς, νάμασι τε πεδοβύζουσα καὶ πελεχουδῶν ζώοις. In qua veluntur animalia, Vestigiis animalium calcata, vt Bud. interpr.

Περέχοις, sequendo significationem præcedentium Ἔποχος & Πάροχος, significaret, Qui circumuehitur: exponitur tamen Munitus. quod ad Περέχω pertinet, vt Περέχος sit Qui vallo & munimento continetur & concluditur.

C. ΣΥΝοχέω, ῶ, Vnà veho, Pass. Συνοχέομαι, οῦμαι, Vnà vehor. vt, πάρεχε, ὥσπερ τὸ παροχεῖσθαι καὶ συνοχεῖσθαι τῷ νυμφίῳ καὶ τῇ νύμφῃ, quòd eodem vehiculo vehatur cum sponso & sponsa.

Ὀχεῖον, ου, τὸ, Vehiculum, Currus. idem cum ὄχος & ὄχημα. qua in signif. vsus est Dinarchus, vt suprà in Ὀχεῖον post Ὀχεύω annotaui.

Ὄχετλον, ου, τὸ, idem. Seu, (vt in v. l. exponitur) Plaustrum, Obex. Apud Hesych. verò ita legitur, ὄχετλα, τὰ ὀχήματα. οἱ δὲ τὰ σωτερ αυσ. ῥῶα. vbi pro ὀχήματα reponendum videtur ὀχήματα.

Ὄχος, ου, ὁ, pro ὄχος seu ὄχημα, id est, Vehiculum, Currus ex Pind. ἐν καθαρᾷ βασιλῆος ὄχον. AT Ὀχεύς, ῆος, ἡ, Sustentaculum, Cui innitimur. βάσγμα, στήριγμα, vt Suid. exp. hoc in loco, ὥσπερ οἱ ἐπιλοῖς σκηπάριον. ὁ δὲ πίλεγήσεως ὀχεύς. (Itidem ὀχέω signif. βαστάζω, seu Sustineo, Sustento: & ὀχέομαι, Sustentor, Innitor) Hesych. quoq; ὀχεύς exp. ἔρεισμα, βακτηρία, σκῆπτρον, scipio. ET Ὀχεύομαι, οῦμαι, Sustineor ab aliquo vel ei insideo, sicut & ὀχοῦμαι. vnde ὀχεύεσθαι, quod Suid. exponit, ὅτι καθέδραν. Actiua autem VOX Ὀχεύω, pro Subeo, Sustineo, Veho: item pro Exhaurio, Exantlo, ex Pind.

Ὀψις, ἡ, Vox, φωνή. cuius significationis suprà quoque meminimus: quod exponitur ὄψις. Cicero interpretatur non solùm Vox, sed etiam Cantus. Hæc enim Homeri Od. μ, Νῆα κατεστήσαν ἵνα ναυτέρπεν ὄπ' ἀκούσῃς, &, Πρὶν γ' ἡμῖν μελίγηρυν ἀπὸ στόματος ὄπ' ἀκούσαι, ipse sic vertit, Auribus vt nostros possis agnoscere cantus. &, Quin prius astiterit vocum dulcedine captus. Il. α Μυσάων θ', αἳ ἄειδον ἀμειβόμεαι ὀπὶ καλῇ, alternantes voce concinna. Il. γ, de cicadis, Δεῦρο ἴδω ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσαι. Sed & simpliciter de voce qua vtimur loquentes: vt Il. β, — ξυνέκαιε θεαὶ ὄπα φωνήσασαι, deæ loquutæ vocem. Od. ξ, Φήγεξάμβρος δ' ὀλίγῃ ὀπὶ μὲ προὔφη μῦθον ἔειπεν. Il. γ, — ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵεν.

Καρτερὸς genitiuum etiam habet. cuius constructionis apud Suidam aliquot exempla habes, sed autoris nomine non addito. Primum est, ὁ δὲ ἐδύνατο καρτερὸς εἶ τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐν ἐδωκε ζωντῶν τῷ βασιλεῖ. Secundum, τὸν τε πόλιν καὶ τὴν χώραν ἧς πυος οἱ Νισαῖοι καρτεροί εἰσιν, ἐνδιδόασαν τε. Tertium, καὶ αὐτὸς ἐπὶ ἐν ᾧ ἐπ Ἀριδαῖος καρτερὸς ἦν. Sed καρτερὸν vult his in locis esse τὸ δυνάμενον πνὸς κρατεῖν. nam postquam ita exposuit nomen καρτερὸς, exempla illa subiungit. In quibus tamen non video quomodo expositio illa nomini isti accommodari queat. præsertim verò in primo. quum enim ibi scriptum sit, ὁ δὲ ἐδύνατο καρτερὸς εἶ), quomodo verbo ἐδύνατο præcedente, καρτερὸς pro ὁ δυνάμενος κρατεῖν accipi dicetur? Rectius igitur postea καρτερὸς ab eo exponitur ὁ ἐγκρατής. Cui expositioni subiũgitur hic locus, ὥσπερ οὐκ ἦν νόμιμον δραῶσθαι ἐν γῆς πνος Ῥωμαῖοι ὀκ παλαιοῦ καρτεροί εἰσι. vbi rursus καρτεροὶ exp. ἐγκρατεῖς, necnon κύριοι. Est igitur καρτερὸν εἶ) πόλεως, vel alius loci, Dominum esse vrbis, Potiri vrbe, Imperio vrbis potiri, vel Obtinere imperium vrbis. Apud Arrianum autem, quũ dicit Θηβαίων ἐνίκητο καρτερὸς, reddere potes, Thebanorum victor fuit, Thebanos robore superauit, Thebanis superior extitit, Thebanos in potestatẽ suam redegit. At verò οὐκέτι καρτεροὶ πρὸς ἦσαν, apud eũdem Bud. vertit, Non vltra sustinuerunt iram, Non vltrà sui compotes erant. Tertium quendam vsum habet hoc nomen in v.l. vbi affertur, καρτερὸς Εὐβούλου, pro Tutus ab Eubulo. sed autoris nomen tacetur.

Καρτερὸν dicitur etiam esse aliquid. vt καρτερὸς ὅρκος, apud Homerum, Validum & firmum iusiurandum. Legitur etiam καρτεροὶ λόγοι apud autorem dialogi qui inscribitur Axiochus: vbi scribit, ἀλλ' οὐκ εἶδ' ὅπως παρ' αὐτό μοι τὸ δεινὸν ἠλυμβύω οἱ μὲν καρτεροὶ καὶ πιθανοὶ λόγοι ὑπεκπνέοισι. Vbi οἱ καρτεροὶ λόγοι interpretor ad verbum Fortia verba, ex Tibullo & Propertio. Legimus enim apud hunc libro 2, eleg. vltima, Magna loquor: sed magnificè mihi magna loquuto Excutiunt clausæ fortia verba fores. Eodémque modo Propertius fortia verba dixit τοῖς καρτεροῖς λόγοις, lib. 1, Ah mea contemptus quoties ad limina curres, Quum tibi singultu fortia verba cadent. Aliam autem significationem habet apud Ciceronem fortis oratio, adiungentem vocem virilis. Apud Xenoph. καρτερὸν τεῖχος. Apud Thucydidem χωρίον καρτερὸν, Locus munitus: pro quo dicit etiam χωρίον ἐρυμνόν. Legitur enim apud eum l. 5, pag. 186, meæ editionis, circa finem, ὁρῶν πρὸς χωρίον καρτερὸν ἰόντας, quum paulo antè illud ipsum χωρίον appellasset ἐρυμνὸν καὶ δυσπρόσοδον. (Quò pertinet καρτερὸς λόφος pro tumulo arduo, & qui ideo est δυσπρόσιτος) Sic in plurali καρτερὰ χωρία sunt Loca munita, Loca tuta. Sed apud eundem interdum sine adiectione substantiui reperitur τὰ καρτερά, eadem significatione: vt lib. 2, ἀδύνατοι ὄντες ἀμύνεσθαι, ἔς τε τὰ καρτερὰ καὶ τὰ τείχη ὅσα ἦν τῇ χώρᾳ, ἐστεκομίσθησαν. Sic libro 3. καὶ τὰ καρτερὰ πρὸς κατὰ πολιορκίας. In alio eiusdem scriptoris loco legimus, φρουρά τε ἐστιν ἡ ὅτι ἐπὶ καρτερῶν ἐγκαίρια κοσμῆται. Eidem frequens est καρτερὰ ναυμαχία, & καρτερὰ μάχη, Atrox pugna, Acris seu Acerrima pugna. In quo etiam loquẽdi genere cæteri historici eum sunt imitati. vt Plut. in Alcibiade, καρτεραῖς δὲ μάχης ἠλυμβύης. Idem alibi, καρτερὰ μάχη κρίσιν οὐ λαβοῦσα. Sed καρτερὰ apud eundem cum substantiuo ἀναχώρησις, sequitur significationem præcedentem. redditur enim Tutum perfugium.

Κατὰ τὸ καρτερὸν apud Platonem videtur esse idem quod κθ' δυνάμιν, Pro viribus, Totis viribus.

Καρτερὸν in malam etiam partem sumitur pro violento, vt καρτερὰ ἔργα apud Homerum.

COMP. Καρτερόθυμος, ου, ὁ & ἡ, Qui est forti animo præditus, Magnanimus, apud Homerum, qui Herculẽ hoc epitheto honestat Od. φ. Hesiodo autem ἔρις dicitur καρτερόθυμος, vbi quidam interpr. Peruicax seu Pertinax, Quæ est animo obfirmato.

COMP. Καρτερόφρων, idem quod proximè præcedens καρτερόθυμος. Est enim καρτερόφρων itidem ex καρτερὸς & φρὴν. In vulg. lex. redditur Magnanimus, item Constans, necnon Durus. Additúrque, eo vsum esse Hesiodum.

COMP. Καρτερόνυχος, ου, ὁ & ἡ, VEL Καρτερώνυξ, χος, ὁ & ἡ, Qui vel quæ validos seu robustos habet vngues, vel validas vngulas.

Καρτερῶς, Validè, Robustè, Firmiter. Scholiastes Thucydidis hoc aduerbio vtitur ad exponendum ἐγκρατῶς, quod extat l. 6, pag. 228. εἰ τῇ ἐμαυτοῦ μετὰ τῶν πολεμιωτάτων φιλόπολις ποτὲ δοκῶν εἶ), νῦν ἐγκρατῶς ἐπέρχομαι. Accipi enim ait ἐγκρατῶς pro καρτερῶς. sed addit φανερῶς, item ὅτι φανῶς: quæ minimè placent.

Καρτερία, ας, ἡ, Tolerantia, Patientia, sicut redditur vox καρτέρησις. Sed quanuis καρτερία interdum sumatur pro καρτέρησις, id est pro ipsa tolerandi seu perferẽdi actione, potius tamen ipsum tolerantiæ habitum (vt ita dicam) significat. Xenoph. Pæd. 3. τοῦ μεγάλας ἡδονὰς ἢ τὰ ἄγαθα τὰ μεγάλα ἡ πίστιν καὶ ἡ καρτερία καὶ οἱ ἐν τοῦ καιροῦ πόνοι καὶ κίνδυνοι παιδεύουσι. Apud eundem eiusdem operis libro 8, inter se opponuntur καρτερία & μαλακία. Apud Isocratem autem in Panathenaico copulantur αἰδὼς & καρτερία: vbi scribit, οὐ τεκμήριον οὐδεὶς ἂν δύναιτο μεῖζον εἰπεῖν αἰδοῦς καὶ καρτερίας καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμονοίας. Budæus ab eo καρτερίαν vocari ait constãtem temperantiam non vno in loco. Quanuis porro ibi ab Isocrate coniungantur αἰδὼς & καρτερία, legimus tamen apud Platonem in Lachete, non quamlibet καρτερίαν esse αἰδῶ. In vulg. lex. ex Xenoph. affertur αἱ δι' καρτερίας ὅτι μελέται, pro Assidua studia.

Καρτερικὸς, illi subiũgo. quum enim ita dicatur is qui virtute quæ καρτερία vocatur, præditus est, non dubito quin ex hoc ipso nomine originem habeat. Redditur certè καρτερικὸς Tolerans, Patiens: ficut καρτερία Tolerantia, Patientia. Ac quemadmodũ καρτερία & μαλακία, sic καρτερικὸς & μαλακὸς opponuntur. Aristot. Ethic. lib. 7, cap. 7, αὐτίκειται δὲ τῷ μὲν ἀκρατεῖ ὁ ἐγκρατής, τῷ δὲ μαλακῷ ὁ καρτερικός. Est autem virtus τῶ καρτερικοῦ circa mœrores, ficut τῶ ἐγκρατοῦς circa voluptates, vt ex eodem philosopho ibidem discimus. Apud eundem Polit. libro 2, de Lacedæmoniorum politia loquẽtem, ὅλως γὰρ τὴν πόλιν ὁ νομοθέτης εἶ) βουλόμενος καρτερικὴν, κθ' μὲν πρὸς ἀνδρίας φαίνεται ὅτι εὖ ἔχει, ὅτι δὲ πρὸς γυναικῶν ἀξιομέμνηκε. Quibus subiũgit, ζῶσι γὰρ ἀκολάστως πρὸς ἅπασαν ἀκολασίαν καὶ τρυφεραῖς. Hoc autem affert tanquam citatari καρτερικὴ minimè conueniens: adeò vt hîc latius vocis huius significatio extendatur quàm modò dictum fuit. Conuenit quidem certè hic vsus cum eo quem habet apud Isocratem De pace. postquam enim dixit, ὅτι δὲ ἔξεστιν αὐτοῖς πολλοὺς χαίροντας μὲν ἐπὶ τοῖς ἐδεσμάτων καὶ τοῖς ὀπτηδεύματοῖς τοῖς καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν βλάπτοντας, ὅτι πολὺ δὲ καὶ χαλεπὰ νομίζοντας ἀφ' ὧν ἀμφότερα τούτων ἂν ὠφελοῖτο, subiungit, καὶ καρτερικοὺς εἶ) δεικνύουσι τοῖς ἐν πόνοις ἐμμένοντας. Apud Athenæum καρτερικὸς βίος & κυνικὸς opponuntur, lib. 3, οὐ καρτερικὸν βίον ἀσκεῖτε, κυνικὸν δὲ τῷ ὄντι ζῆτε. Interdum autem καρτερικὸς non sine adiectione ponitur, sed adduntur ea circa quæ aliquis est καρτερικός. Quem vsum habet apud Xenophontem, sequente præpositione πρὸς: vbi scribit, πρὸς χειμῶνα καὶ θέρος καὶ πᾶσι πόνοις καρτερικώτατος. Quo in loco aptè vtemur illa voce Lat. qua suprà interpretatus sum hoc vocabulum, genit. ei dantes, vt καρτερικώτατος πρὸς πόνοις sit Laborũ tolerantissimus.

(possit reddi & Laborum patientissimus) Itidémque πρὸς χειμῶνα καὶ θέρος καρτερικώτατος, frigoris & æstus tolerantissimus. Atque adeò magis vsitata est vox ista Tolerans cum genitiuo, quàm sine adiectione. Sed vix puto καρτερικὸς (vbi sine adiectione ponitur) apti reddi posse quàm Tolerans vel Patiens. In illis certè Aristotelis locis interpretandis quidam hoc, quidam illo sunt vsi: sunt & qui reddiderint Constans. Inuenitur etiam redditum vtroque simul, id est nomine Constans, addito altero illorum, videlicet Patiens. Redditur enim καρτερικὸς Constans & patiens. At ego sic cẽseo, vbi καρτερικὸς est πρὸς λύπας, vel πόνους, tunc sufficere vel Patiens vel Tolerans: at vbi de eo dicitur qui facilè patitur se voluptatum fruitione priuari, tunc lubẽter aptiorem vocem inuenirem. Vt porro καρτερικὸς redditur Tolerans, Patiens: sic ADVERB. Καρτερικῶς reddi commodè potest Toleranter, Patienter. veluti quum dicit Cicero Toleràter dolorem pati. hoc enim (vt opinor) diceretur καρτερικῶς αἰσχρῶς.

Καρτερέω, ῶ, Fut. ήσω, Tolero, Patior, Patienter fero. Item, Duro, Perduro. Variè autem construitur, & pro varia constructione variè etiam redditur, eodem tamen sensu. Cum accusatiuo, Xenoph. τοῦ ὕπνου καὶ σιτοῦ χαίροντα καρτερεῖν. Isocr. τὸν δὲ θεῖ ὑπερβολικῶν ὀργῶν μόλις ἂν οἱ δοῦλοι καρτερήσειεν. Cum πρὸς apud Xen. Pæd. 2, καὶ πρὸς λιμὸν καὶ πρὸς δίψος καὶ πρὸς ῥῖγος καρτερεῖν, Famem, sitim & frigus tolerare. vel (seruata eadem construct. forma) Resistere contra famem &c. Et ex Plat. De leg. affertur καρτερῶ πρὸς τὸ μέτριον, pro Ita me contineo vt moderatè me geram. Isocrates autem cum ὅτι in Archid. δεῖ καρτερεῖν ὅτι τοῖς παροῦσι, καὶ θαρρεῖν πρὸς τὰ μελλόντων, patienter præsentem rerum statum ferre, boni consulendo. Item in Nicocle cum ὅτι, sed alia significatione; καρτερεῖν ἐν τοῖς πόνοις, q. d. tolerantiam exercere, in his videlicet me continendo, vel mihi temperando. Rectius Temperantiam exercere, vel, Ab his mihi temperare, seu, me continere. Nam pro eodem dicere videtur ἐγκρατῆ εἶ) τοῦ πόνου. Iungitur & datiuo sine præpos. vt Hermog. ἵνα κάτοπτρον τοῖς κινδύνοις οἱ ἐμπλέοντες. Sic & apud Propert. obseruaui Durare cum datiuo, His ego non horam possim durare querelis. (Scio tamen posse etiam videri esse ablat. subaud. præpos.) Sed & quẽadmodum dixit Plautus, Nequeo durare quin ego herum accusem meum, sic apud Philostr. legimus καρτερεῖν cum μὴ οὐκ, in Heroicis, οὐ καρτερῶ μὴ οὐκ ἀποδοῦναι. Iungitur & cum participio, & dicitur καρτερῶ ἀκούων pro Patienter audio: οὐ καρτερῶ ἀκούων, Non patienter audio. quod Gall. cõmodius exprimitur, Ie n'ay pas la patience d'ouyr. Æschines in Ctesiph. πῶς αὖ τὰ τοιαῦτα καρτερήσειεν ἀκούων; Idem ibidem, ἃ ἐγὼ οὔτε πώποτ' ἐκαρτέρουν ἀκούων. At verò epist. ad Heb. cap. 11, vbi dicitur, τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε, non iungitur participio: sed est ὡς ὁρῶν, vt qui videret. Quid autem hic significet, paulo pòst docebo. Iungitur & cũ particip. passiuo: vt καρτερῶ τυπτόμενος, Patior me verberari, vel potius Patienter fero verbera. Interdum autem καρτερῶ per se ponitur, & quidem alicubi eodem planè sensu quo apud Plautum Durare nequeo in ædibus. (vt Galli, Ie ne seaurois durer en la maison) Hæc enim (ni fallor) interpretatio huic Thucydidis loco conuenit, l. 4, οὐ δυνατὸν τὸν δῆμον ἐσόμενον μετὰ σφῶν καρτερεῖν. Alibi apud eundem videtur καρτερῶ significare, Forti animo sum, & (vt Maro loquutus est) Non cedo malis. vt l. 2, καρτερεῖν δὲ χρὴ καὶ ἄλλων παίδων ἐλπίδι, id est ἐλπίδι. Conuenit autẽ hæc interpretatio illi etiam loco epist. ad Hebr. cap. 11. Sciendum est porro hac in signif. verbo καρτερεῖν opponi ἀπειπεῖν.

Καρτέρησις, εως, ἡ, Tolerantia, vel Toleratio. (nam & hoc posterius apud Ciceronem extat) At Perferentia & Perlatio non satis Latina sunt, quibus tamen Lactantius vsus esse fertur. Plurali καρτερήσεις vsus est Plato in Symposio, πρὸς τὰς τοῦ χειμῶνος καρτερήσεις (δεινοὶ γὰρ αὐτοῦ χειμῶνες) θαυμάσια εἰργάζετο. Alibi quoque dixit καρτερήσεις χειμώνων καὶ θέρους καὶ ὀπωπῶν. Apud eundem καρτερήσεις σιτίων καὶ ποτῶν, redditur, Consuescere à cibo & potu abstinere.

C. Ἀπὸ καρτερέω, ῶ, Inediam perpetior, vt ea vitam finiam, Inedia vitam finio, Inedia mortem mihi consciscо. Lucianus in opusculo quod μακρόβιοι inscribitur, φῦμία δὲ ἐορ· ὅτι τὸ χείλος καὶ ἀπὸ καρτερῶν, ἐπελθόντων αὐτῶ παρ' ἑτέρων πτῶν χαμμάτων, καὶ πρεσβυτέρ κάμψος ἐφοίω, καὶ πρὸ ἕξ πρὸ ἐν ἡξίουν οἱ φίλοι, ἀπορόμψος αὖσις ἐφῆς, ὀξὲ ἐλίπε τὸν βίον. Loquitur autẽ de Cleanthe. Atque hic τὸ ἀποκαρτερεῖν manifesta significatio est. Sic & in sequente loco Plutarchi Sympos. lib. 6, διὸ καὶ πολλοὶ ζῶσιν ἔνιοι τοῦ ἀποκαρτερούντων χρόνον, αὖ ὕδωρ μόνον λαμβάνωσιν. Herodianus, ὀκείνη δὲ ὅτι τῆς τοῦ παίδων ὁμοίας συμφορᾶς, εἴτε ἑκοῦσα εἴτε κέλευσθείσα, ἀπεκαρτέρησε. Cicero Tusc. quæst. lib. 1, Hegesiæ liber est ἀποκαρτερῶν, quòd à vita quidam per inediam discedens reuocatur ab amicis. quibus respõdẽs, vitæ humanæ enumerat incõmoda. Secundũ Suidã tamen ἀποκαρτερεῖν est vitam sibi laqueo vel inedia cõsciscere. is enim huic loco, Λυκοῦργον τὸν Λακεδαιμονίων νομοθέτην μετὰ τὸ θεῖναι τοῖς νόμοις, ἐλθόντα εἰς Κρήτην, ἀποκαρτερῆσαι, ὅπως μὴ αὐτοὺς ἀνάσκαι τοῦ λῦσαι, præfigit participium ἀποκαρτερήσαντα, quod exp. ἑαυτὸν λιμῷ ἢ αἰσχύνῃ τοῦ βίου ἐξαγαγόντα. Plutarchus quoq; eiusdem Lycurgi mortem describens, eodem vsus est verbo, ἐπελθόντος οὖν ἀποκαρτερῆσαι. At Suidas in ἀπεκαρτέρησεν citans itidem hæc innominati autoris verba de Lycurgi morte, ὁ δὲ Λυκοῦργος ἐλθὼν εἰς Κρήτην, ἀπεκαρτέρησεν, ἵνα μὴ λύσῃ τοὺς νόμους οὓς ἔθηκεν, verbum ἀπεκαρτέρησεν exponit generaliter ἑαυτὸν διεχρήσατο, id est Manus sibi attulit, vel Mortem sibi consciuit. Vndè apparet quàm parum sibi constet Suidas in huius verbi expositione, ideóque quàm parum fidei adhibere illi oporteat. Multi sanè reperiuntur loci in quibus manifestissimum est ἀποκαρτερεῖν esse inedia mortem sibi consciscere: at vel vnum in quo significet Laqueo mortem sibi consciscere, extare vix credo. Addè quòd Cicero illo non hoc modo interpretatur. Et vel hinc cõiicias esse peculiarẽ quãdam verbi huius significationem, quòd diuersi scriptores de eiusdem mortẽ verbũ hoc vsurpent. Nam sic Plut. in Pericle Anaxagoræ mortem describit, καὶ μὴ πτωχὸν Ἀναξαγόραν αὐτὸν λέγοιεν, ἀφορουμένου Περικλέους, ἀμελουμένου κείοθαι συμπεκαλυμμένον ἤδη γηραιὸν ἀποκαρτερούντα. Apud Suidam autem habetur idem verbum de morte eiusdem Anaxagoræ, in hoc autoris innominati loco, ὁ δὲ Ἀναξαγόρας ἐλθὼν ἐν Λαμψάκῳ, καὶ ἀποκαρτερήσας, τὸν βίον κατεστρέφετο. (At eum qui vitam laqueo finit, habẽt Græci verba multa quibus significare possint) Tolerare vitam (inquit Budæus) sermo est à Græcis tractus; à quibus ἑαυτοὺς διεκαρτερουῶτες dicuntur sese tolerantes: hac ratione, quòd qui facere id nõ sustinẽt, ἀποκαρτερεῖν dicũtur & inedia vitã finire. Hoc autẽ obiter notandũ est, pro eodem dici ἀποκαρτερήσας ἐπελθόντος & ἀπεκαρτέρησε.

Ἀποκαρτερῶ, Nõ sustineo, Animo deficio, Impar sum dolori. Sic vsus est Arethas in Apocalypsin: qui etiam ἀπαγορεύω interpretatur. Bud.

Ἀπόκαρτερος, ου, ὁ καὶ ἡ, Inedia vitam finiens. Ita legitur in quibusdam Ciceronis libris pro ἀποκαρτερῶν, in loco paulo antè citato ex Tuscul. quæst. lib. 1. Sed ἀποκαρτερῶν tutius & cum exemplarium plurium autoritate legitur. Extant etiam quidam libri in quibus ἀποκαρτερώτατος scriptum est, non sine aperto mendo.

Ἀποκαρτέρησις, εως, ἡ, Mortis oppetitio per inediam. si modò dici possit oppetitio. Quintilianus libro 8, cap. 5, in luxuriosum qui ἀποκαρτέρησιν simulasse dicitur, ait iactatum fuisse, Necte laqueum, habes quòd faucibus tuis irascaris. Sume venenum, decet luxuriosum biben do mori. Intelligo autem ἀποκαρτέρησιν simulasse, id est simulasse se in animo habere vitam inedia finire. At in vulg. lex. citatur hic Quintiliani locus tanquam ἀποκαρτέρησιν accipientis pro tolerantia, & eam inter figuras numerantis.

Ἀποκαρτέρησις Tolerantia doloris victa, Animus deficiens præ dolore, seu concidens, Abruptio patientiæ præ dolore. Vide posteriorem significationem verbi ἀποκαρτερῶ, ex Aretha.

C. ΔΙακαρτερῶ, Ad extremum vsque perfero, (hanc enim esse vim præpositionis in hoc verbo existimo) Perduro. Greg. de martyre quodam vsus est, pro Ad extremum vsque tormenta perferre: ὑπὲρ ὁσιότητος διεκαρτέρει. In vulg lex. ex Aristot. Rhet. διεκαρτερῶ μὴ λέγειν πάλιν pro Perseuero occultare veritatem. Et ex Ios. antiquit. ἑαυτὸν διεκαρτέρησας ὀδυνηρῶς καὶ δυσχερῶς, pro Ægrè se continuit, Vix sibi temperauit. ‖ Διακαρτερεῖν (inquit Bud.) apud Herodot. pro Inediam perferre. Ad hanc autem significationem pertinet διεκαρτερεῖν ἑαυτὸν, de Democrito dictum vitam suam in inedia sustentante: hoc in loco, Τούτῳ δὲ [τοῖς θερμοῖς ἀρτοις] τοῦς ῥοὶ παρεσφέρων ὁ Δημόκριτος διεκαρτέρησε. Commodè autem, vt opinor, (ad primam huius verbi significationem respiciendo) vertemus, Tolerauit vitam suam. nam Tolerauit se, sine exemplo dicere non ausim.

A

B

C. ΕΓκαρτερῶ, vt ἐγκαρτερῶ τοῖς ἀλγηδόσι. Xenophonti, pro καρτερῶ ἐν ἀλγηδόσι, Patiens sum in doloribus, vel Forti animo præditus sum in doloribus, vel Fortiter mergo, aut Perduro in doloribus. Possumus & mutata constructione reddere, Patienter vel forti animo dolores fero. Sic Aristoteles Rhet. 1, ἐγκαρτερεῖν τοῖς αἰάγκαις. At in hoc Plutarchi loco, ἐγκαρτερεῖν τῇ χειρουργίᾳ, pro ἐγκαρτερεῖν τοῖς τῆς χειρουργίας ἀλγηδόσιν accipio: de Mario, καὶ μὴ στενάξας, μηδὲ τοὺς ὁρῶντας συμπαραγαγὼν, ὑνεκαρτέρησε τῇ χειρουργίᾳ. Ab eodem verò ἐγκαρτερεῖν per se positum, itidem pro ἐγκαρτερεῖν τοῖς ἀλγηδόσιν accipio, in hoc loco lib. De garrul. αὐτὰ κρινομένοις καὶ κυλιομένοις φεύγει τοὺς ἐπιλαιτάνοντας, οὐκ ἔφεισεν, ἀλλ' ὑνεκαρτέρησεν, ὀδυνηρὰ δεῖξασα &c. Synes. epist. 60, πῶς οἴει ἢ πῶς δυνόμενος; ἀλλ' ὑνεκαρτέρουν ὡς οἷόν τε. q.d. Obfirmabã animum. Plautus certè vim huius verbi καρτερῶ luculetēr expressisse mihi videtur, vbi dixit — feram & perferã vsque eius abitum Animo forti atque obfirmato. ‖ Interdum verò ἐγκαρτερῶ dicitur de perseuerantia in aliis etiam rebus, vel potius de pertinaci quadam seu peruicaci perseuerãtia. nam apud Synesium, ἀλλ' ἐγὼ τοῖς δεδογμένοις ὑνεκαρτέρησα nõ verterim simpliciter, (vt quidam) Mãsi in iis quæ decreta fuerant, sed Pertinaciter mansi, vel Obfirmato animo mansi. Sic autem & vetustiores scriptores hac voce vsos esse comperio. ita enim Thuc. l. 2, ὥστε ἡ ὑμῶν ἡ διάνοια ἐγκαρτερεῖ ἃ ἔγνωτε. Quē velut imitans Xen. ita scribit, de equitibus in acie loquens, ἢ ὅτι θυμήσουσι τὸ καλὸν τοῦ ἀκούειν, καὶ ἃ αὐ γνῶσιν ἐγκαρτερεῖν. Exponitur etiam Persistere. ‖ Ἐγκαρτερεῖν in hoc Xenophontis loco, Τοῖς ἡλιοφαίων ἀφροδισίοις ἠλιωμένοι, ἐγκαρτερεῖν δυνάσται, redditur Sibi temperare, Se continere, (quæ significatio & simplici καρτερεῖν data fuit) sed videtur & ad illam significationem perpessionis doloris (cuius modò exempla protuli) reduci posse. ‖ Ἐγκαρτερεῖς θάνατον in vulg. l. ex Euripide pro Manes mortem. id est expectas. quod mihi valde suspectum est & ob significationem & ob constructionem. quippe quī nec in illis locis Thucydidis & Xenophontis accusatiuo iungi existimem, sed esse ἐγκαρτερεῖν ἃ pro ἐγκαρτερεῖν ἐκείνοις ἅ.

C

Quod sequitur verbum Κεύθω, censeri πρόσπτυπον possit, præsertim quum eius etymum à nullo eorum lexicographorũ & grammaticorũ quos legere mihi cõtigit, afferatur. Præterquã enim quòd de eius deriuatione tacēt, (quod facit vt suspicer ab illis existimatum fuisse πρόσπτυπον. affirmare enim nolo, quã fieri possit vt nõnullorum deriuationes vel obliuione vel propter ignorationem prætermiserint) tale esse videtur vt in illo ordine reponi debeat.

ΚΕΥ' Θ Ω, Fut. Κεύσω, Præt. κεκα, Occulo, seu Occulto, Abscondo. Poetis potius in vsu est quàm prosæ scriptoribus, qui pro eo dicunt κρύπτω: quod cum poetis commune habent. Homerus Odyss. τ, δόλῳ δ' ἄρα κρυα κεύθε. Sic alibi, μηδὲ σὺ κεύθε νοήματα κερδαλέοισιν. Apud eundem Iliad. ι, legimus κεύθειν ἐνὶ φρεσὶ. vbi sibi nõ minus ac portas orci inuisum esse dicit illum Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει. Vbi non assentior scholiastæ, dicenti, verbum κεύθειν alibi quidem significare κρύπτειν, hoc autem loco accipi pro ἐνθυμεῖσθαι. neque enim κεύθειν per se significare potest ἐνθυμεῖσθαι, id est cogitare: sed κεύθειν ἐνὶ φρεσὶν, id est occultare in mente, seu in pectore, perinde est acsi diceretur κρύφα ἐνθυμεῖσθαι, id est Occultè cogitare. Is autem occultè diceretur cogitare, qui cogitationẽ suam dissimulat, & nihil tale præ se fert quale est illud quod cogitat & in animo suo voluit. Ex Salustio κεύθειν ἐνὶ φρεσὶν interpretari possumus Claudere in pectore. Is enim qui ab Homero describitur, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζει, is est (vtendo Sallustianis verbis) Qui aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habet. Simili porro loquendi genere dicitur ab eodem poeta νόος aliquid κεύθειν ἔνδοθι. Odyss. ω, Εἰπέ μοι εἰρομένῃ τί νύ τοι νόος ἔνδοθι κεύθει. Apud Euripidẽ in Phœnissis κεύθειν & σιγὴν ὑπὸ σκότῳ copulantur: Κακόν τι κεύθεις καὶ σιγᾷς ὑπὸ σκότῳ. Interdum sepulcrum dicitur aliquem κεύθειν, seu alicuius ossa: vt aliquis Latinè dicitur regi sepulcro seu condi. In Æschyli epitaphio habetur hic verbi κεύθω vsus: Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει Μνῆμα καταφθίμενον πυροφόροις Γέλας. Et in epitaphio quodã quod Simonidi adscribitur, quod legitur Anthol. epigrammat. libro 3, pag. 286, meæ editionis, Εἰ δὲ δὴ Πυθῶι ἀκτὰ καὶ σηκὸν τε κεκεύθει Γᾶ. (Quē vsum habet κρύπτειν in isto Platonis epitaphio, Γᾶια μὲν ἐν κόλποις κρύπτει τόδε σῶμα Πλάτωνος. Interdum verò & καλύπτειν dicitur ὁ τάφος, id est sepulcrum) Sed illud κεκεύθει omnino mihi suspectũ est, quod est tanquam à themate Κεκεύθω. dicendúmque foret ex futuro me dio κέκευθα esse factũ, si admittendum censeretur. Sed potius in κέκευθε mutandũ illud κεκεύθει crediderim. etenim nec pro præterito plusquamperfecto accipere commodum esset. Inuenitur autẽ sæpe hoc medium PRAETER. Κέκευθα significationem habens præsentis κεύθω. Extátq; hic vsus in Anthologia epigrammatum aliquot locis: necnon apud Homerum, -μῆτιν ἐνὶ στήθεσι κέκευθε. vbi dicitur ἐνὶ στήθεσι κέκευθε pro eo quod alibi κεύθει ἐνὶ φρεσί.

D

E

F

G

Κεύθω inuenitur etiam passiuam significationem habens. Sed ex Sophocle solo huius vsus exempla mihi extant. Sic autem vsurpat tum ipsum verbum, tum eius participium. Legimus enim apud eum in Œdipo tyranno, pag. 192, meæ editionis, — ὁ δ' ἀθλιώτατος κεύθει κάτω δὴ γῆς. pro κεύθεται, κρύπτεται, inquit scholiastes. Hoc certè constat suam actiuam significationem minimè retinere hic posse verbum κεύθω: sed commodius fortasse pro neutro verbo haberetur (quale est Latinis Lateo) quàm pro passiuo. Quem autem verbo dat vsum illic, eundem & participio in Aiace, p. 38, κρείσσων δ' ἄδα κεύθων ἢ σοφῶν μάταιος. vbi etiam ἄδα observandum est poni pro ἐν ᾅδου. Legimus apud eundem poetam in Antigone, Μηδὲς δ' ἐν ᾅδου καὶ παθὼν κεκεύθοιν.

PASS. Κεύθομαι, constat accipi pro Occulor, Occultor, Abscondor, sequendo actiui significationem: sed in v. l. habetur κεύθεμαι expositum Vado: non sine errore, vt opinor: qui tamen vnde natus sit, haud diuinare possum. Vide Κεύθαίω.

Κεύθμός, ῶ, ὁ, Locus qui aliquem occultat & abscondit, Locus in quo aliquis latet, Latebra, Latibulum. Apud Homerum habent suos κεύθμοις: Il. ι, nõ procul à principio, de Nepturno, Βῆ δ' ἔλαυν ὀδὰ κύματ', ἄταλμε δὲ κήτεα ἄντα· ἄυπνοι, Πᾶν ὑπόδυν ὀκκεύθμῶν, οὐδ' ἠγνοίησεν αἴσκαπε. Vbi Eust. annot. κεύθμῶν esse à sing. nomin. κεύθμός, qui similis sit his, δρυμός, σταθμός, βαθμός. eos autem qui dixerint factũ esse κεύθμῶν ex genit. κεύθμώνων per syncopen, meritò reiici à veteribus. Τοῖς δὲ εἰπόντας (inquit) αὐτὸ συγκεκόφθαι ἐκ τῶν κευθμώνων, οὗ ποιοῦντες οὐκ ἀποδέχονται οἱ παλαιοί. Extat apud Hesychium hic nominatiuus Κεύθμὸς, qui ab eo exponitur καταδύσις, item πυθμίν, necnon θησαυρός. quibus additur κοῖλον, ἢ κοιλαί. Ita enim cum Aldina editione legendũ est κοιλαί, (cuius genitiuus κοιλάδος) non κοίλας cum Germanica. Cæterùm ex hoc κεύθμὸς fit κευθμῶν, κευθμῶνος, non contrà: vt docebo etiam in sequentibus.

A

B

Κεύμὸς etiam legitur apud Etym. sicut & Κεύθμός. Sed pro Κεύμὸς non dubium est quin debeat SCRIBI Κεύσμος. Ideo autem non dubito hanc scripturam in illius locum substituere, tum quòd comprobetur exemplo quod afferr, tum etiam quòd mei veteris lexici autoritate nitatur. Exemplum quod affert Etymologus habet σ. est enim μνησμός: alterum autem habet θ, μνηθμός. vnde liquidò patet eum itidem Κευσμὸς cũ σ & Κευθμὸς cum θ scripsisse. In meo autem veteri lexico scriptura hæc Κευσμὸς Æolica esse traditur. Hæc enim ibi leguntur, Κευθμος. ὀκ τῶ κεύθω κεύθμὸς. Deinde, Αἰολικῶς κευσμὸς, καὶ κεύθμός. Adduntúrque in exemplum, κλαυσμὸς, ex κλαύσω, & κλαυθμός.

B

C

Κευθμών, ῶνος, ὁ, idem quod Κευθμὸς, de quo paulo antè. Redditur non solùm Latebra & Latibulum, sed etiam Penetrale, Secessus. pro quo malim Recessus, (vt Cicero latebras & recessus copulauit) vel potius Abditos recessus, vt significãtius loquamur. Hesiod. γαίης ἐν κευθμῶνι. In plurali autẽ γαίης κευθμῶνες dici possint fortassis terræ penetralia, Intimi terræ recessus, seu abditi. Quidã interpretati sunt antra terræ. Sed multo his & aliis quibusuis aptius est vocabulum Abdita. Eodẽ enim planè modo dixit Lucretius Abdita terræ, quo dicunt Græci κευθμῶνας γαίης: adeo quidem vt ad Græcum vocabulum respexisse videri queat. quum Abdita sit ab Abdo, vt κευθμὼν à κεύθω, significante illud Abdo, vti antea dictũ fuit. Eius locus est l. 6, Denique vbi argenti venas aurique sequuntur, Terrai penitus scrutantes abdita ferro. Huius autem exemplo dixit Horatius Abdita rerum. Apud Homerum est κευθμῶν spelunca: Odyss. ν, Μαρμαρυὴν κευθμῶνα αἰὰ σπέος. Quinetiam de latibulis seu lustris ferarum dicuntur κευθμῶνες. vt apud eundem poetam, Odyss. κ, — ὥστε σύες πυκινοὺς κευθμῶνας ἔχοντες. Euripides autem νεκρῶν κευθμῶνα sicut & σκότου πύλας de orco dixit, initio Hecubæ. & fortassis occasionem ita loquendi sumpsit ex Homeri locis quos in nomine Κεύθος afferam.

D

Κευθμὼν fit ex Κευθμὸς, non contrà: vt testatur etiã Etymologus, cui assentitur & meum vetus lexicum.

Κεύθος, εος, τὸ, idem quod κευθμὸς seu κευθμὼν, de quibus modò dictum fuit. Sed aut nullum aut rarum esse puto singularis apud veteres vsum: at plur. κεύθεα & κεύθεσι in frequenti sunt apud poetas vsu. Et quemadmodum habuisti suprà κευθμῶνας γαίης, ita κεύθεα γαίης dicunt Homerus & Hesiodus. Extat enim apud vtrunque, ὑπὸ κεύθεσι γαίης: apud hunc quidem in Theogonia: apud illum autem Odyss. ω, Ἐπεὶ τ' εἰν αἴδαο δόμοις, ὑπὸ κεύθεσι γαίης. Apud eundem Iliados χ, legimus, Νῦν δὲ σύ μὲν αἴδαο δόμοις ὑπὸ κεύθεσι γαίης Ἔρχεαι. Quibus ex locis fortassis occasionem sumpsit Euripides vocandi orcum νεκρῶν κευθμῶνα, vti dixi.

E

F

Singulari κεύθος, cuius aut nullum aut rarum apud veteres vsum esse dixi, vtitur scholiastes Sophoclis, in quendam Philoctetæ locum, pag. 410, vbi dicitur à poeta, Ὦ κοίλας πέτρας γύαλον Θερμοῦ τε καὶ παγετῶδες. Exponit enim γύαλον per κεύθος. Et paulo post, διὸ δὴ τὸ κεῦθος ἡμεῖς αὐτὸ ἄλσος μεταφραζόμεθα.

G

Κευθήμων etiam legitur apud Suidam, quod ideo in hunc locum reseruaui quia mendo carere non puto. Exponit autem φωλεῶν & ἀποκρυφῶν τόπων. ex qua expositione esse genitiuum pluralem liquet. Sed ego non dubito quin ipse κευθμῶν scripserit, à nominatiuo singulari κευθμός, de quo antea dictum fuit. Existimo porro petitum esse istum genitiuum κευθμῶν ex illo Homeri loco quem attuli in Κευθμὸς, ex Iliados ι. aut certè ex illo versu, Κευθμῶν ἐξ ὑποπάτων δεινὴ θεὸς αἰπεβόλησε.

A

B

C. ΑΜΦΙκεύθω, Circumquaque occulo, Circumtego. ἀμφικεύθων Hesych. exponit περικρύπτων.

C. ΕΠΙκεύθω affertur tantùm pro Celo ex Homero, ea significatione qua dicitur Celare quempiam aliquid. Odyss. ξ, Εἰπέ μοι εἰρομένῳ νημερτέα, μνησὶ δ' ἐπικεύσῃς, Τίς, πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πεῦθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες. Vbi μνησὶ δ' ἐπικεύσῃς per perittologiam dictũ censeri possit: cuiusmodi multa apud Hom. legi scimus. Sic Od. ε, Αὐτάρ οἱ πρόφρων ὑποθήσομαι, οὐδὲ ἐπικεύσω, Ὥς κε μάλ' ἀσκηθὴς ἵκῃ πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι. Hic certè itidem perittologia esse censebitur quod addit, οὐδὲ ἐπικεύσω. Sed tolerabilior tamen fuerit si vtrobique permutatum esse ordinem imaginemur: & dictum esse hic quidem, ὑποθήσομαί οἱ, οὐδὲ ἐπικεύσω, pro οὐκ ἐπικεύσω, ἀλλ' ὑποθήσομαι: illic verò, μὴ ἐπικεύσῃς, ἀλλ' εἰπέ &c. Existimari autem potest subaudiendus esse his in locis accusatiuus personæ. At verò cum accusatiuo rei legitur Odyss. ιβ — μῦθον δέ τοι οὐκ ἐπικεύσω. Quòd si legatur τοι (quam scripturam alicubi inuenisse mihi videor) dubium fuerit sitne τοι itidem expletiua particula, an pronomen: vt habeat hoc verbum accusatiuum rei & datiuum personæ. Cæterùm quanuis nullum afferatur exemplum significationis generalis quam habet Κεύθω, qua videlicet ponitur pro Occulto, Abscondo: nõ dubito tamen quin & eam obtinere possit, atque adeo alicubi eam obtineat. Et vicissim quanuis simplici VERBO Κεύθω data nõ fuerit ea significatio quæ datur huic compositio Ἐπικεύθω, quòd nullum eius exemplum in promptu esset: minimè dubium esse debet quin eandem & ipsum habere queat, & quidem non sine veterum scriptorum exemplo.

D

Κευθάνω, idem est quod Κεύθω, Occulo, seu Occulto, Abscondo. Fitque ex illo superiore κεύθω hoc κευθάνω. Homerus Iliados γ, Ἀλλ' οὔτις δύναται Τρώων κλειτῶν τ' ὀπικούρων Δεῖξαι Ἀλέξανδρον πάτ' ἀριζήλῳ Μενελάῳ. Οὕμβῳ γὰρ φιλότητι γ' ἐκεύθανον, ἐπεὶ ἴδοντο. Vbi κεύθανεν potest accipi pro Occulere, Occultare seu Abscondere: sed aptius reddetur Celare, (meo quidem iudicio) vt habeat eam significationem quæ compositio ὀπικεύθω data fuit. Annotat porro ibi Eustathius, hoc verbum Κευθάνω ex Κεύθω esse deductum: sed addit hanc deductionem orationi solutæ inutilem, at versui hexametro (quem dactylicum appellat) esse cõmodam. Eius verba sunt, τὸ δὲ ἐκεύθανον ἡ ὀκ τῶ κεύθω τῶ δραχυγρῆ λόγῳ, μὴν πιζῷ ἀσωπελής, δακτυλικῷ δὲ μέτρῳ χρῆται. Ex quibus verbis colligat fortasse quispiam, κεύθω quidem in oratione soluta locum habere, at κευθάνω non item. Ego tamen poeticum esse & illud κεύθω existimo, & nullum aut perquam rarum apud eos qui soluta oratione vtuntur, esse illius vsum.

E

F

G

Κευθάνω in vulgaribus lex. redditur Vado. Cui interpretationi additur, Item Tego. Subiungitúrque locus ille Homeri ex Iliados γ, qui paulo antè allatus fuit. Sed quod ad priorem illam interpretationem attinet, miror vndenam sumpta fuerit: & quãuis planè falsam esse credã, (vt alia infinita id genus mendacia in illis lexicis esse satis cõstat) nolui tamẽ eam te celare: quòd etiam verbo κεύθομαι eadem in iisdem libris tribuatur.

ATVERO Κευθμεία dicitur esse nomen plantæ apud Theophrastum, Hist. plant. lib. 9, c. 1. cui, vt atractylidi, succus inest sanguineus. suspicantúrque nonnulli esse illud genus betæ quod herbarii sanguinem draconis appellant. An autem sit à verbo κεύθω, præsertim quũ non aspirata θ, sed tenui τ scribatur, haud facilè iudicari possit. (Hoc quidem certè constat, in quibusdam deriuatis talem mutationem aspiratæ in tenuem, aut contrà tenuis in aspiratam inueniri) Sed vtrocunque modo se res habeat, eius hic mentionem fecisse nihil nocebit.

Ad iucundam vocem Μέθυ transeo, omissis in medio nonnullis quæ nec ita frequenter occurrunt, nec adeò magnum deriuatorum comitatum habent: ideóque sine magno incómodo in indicem reseruari poterunt. Sed ne ὁ μεθυδότης mihi irascatur quòd suum illud vocabulum in serie vocum à litera μ incipientium prætermiserim, negligentiam illam siue iniuriã ea diligentia sarciam quam hic adhibebo in vocis illius tractatione multo maiorẽ quam ibi adhibuissem. Debuit autem collocari hoc vocabulum μέθυ post μεθίημι, sequendo etymologiam quam etiam Eustathius ei tribuit: de qua dicam paulo póst.

ΜΈΘΥ, τὸ, Vinum. (Temetum ab hoc vocabulo μέθυ originem habere aliquando suspicatus sum: vt videlicet ex μέθυ primùm quidem Methum dictum fuerit, deinde verò Temethum, præfixa vna syllaba: quod & in aliis quibusdam vocibus Latinis quæ è Græcis factæ sunt, videre est. Sed addendum hoc fuerit, tãdem & mutationem aspiratæ in tenuem accessisse. Nolim autem nunc illam meam deriuationem pertinaciter tueri: hoc vnum dico, non minus nunc quoque hanc mihi probari quàm eam quæ vulgo affertur) Est autem poetis duntaxat vsitatum hoc nomen, licet pleraque ab illo deriuata magno apud prosæ etiam scriptores in vsu sint. Hom. Odyss. η, Ἡοντόνοε κρητῆρα κερασάμβροτε, μέθυ νεῖμον Πᾶσιν ἀνὰ μέγαρον. Apud eundem sæpe huius nominis epitherum est ἡδύ. vt Odyss. η, Ἡμεθα δαιμόνιε κρέα τ' ἄασπετα καὶ μέθυ ἡδύ. Potest tamen illud ἡδὺ censeri non pro perpetuo epitheto, (quoniam aliquod vinum potest esse quod non sit ἡδύ) sed pro epitheto certi vini cuius ibi fit mẽtio. Idémque fortasse dicendum de adiectiuo γλυκύ, quod alibi huic nomini adiungit: vt Odyss. ξ, — ἡμὲν ἔδωκε Ἡδὺ μέθυ γλυκύ. Plutarchus in Sympos. libro 3, quæst. 2, vult μέθυ esse τὸν αὔπικρις ἄκρατον: scribens, ὅθεν ὁ φίλιππος Διόνυσος οὐχ ὡς βοηθὸν ὅτι πολὺ μέθυ εὑρί ὡς πολέμιον τοῦ οἴνου τὸν κισσὸν ἐπιχαρῶν ὅς γε τὸν ἄκρατον αὔπικρις, μέθυ, καὶ Μεθυμναῖον αὐτὸς αὐτὸν ὠνόμασεν.

Μέθυ à verbo μεθίημι deductum esse, non vno in loco testatur Eustathius. Sed huius deductionis duplex ab eo affertur ratio. alicubi enim vult μέθυ dictum esse à verbo μεθίημι, quòd nos μεθίμονας reddat, id est negligentes: alicubi verò alium dans verbo μεθίημι vsum, vult μέθυ inde esse appellatum quoniam homines eo vsi μεθίενται εἰς ἀφροσύνην καὶ ἄνεσιν. Sed hoc posterius etymum in vno tantùm loco affert, quod sciam: at prius illud, in multis. Atque adeò posterius hoc, nõ eius est, sed ex Athen. petitum. cuius hæc verba sunt, δεῖπνοσοφ. l. 8, εἰς αὖ δὴ [sub. ἀνωχίας] σπουδάζοντες οἱ τὸ θεῖον πιμῶντες, καὶ εἰς ἀφροσύνην καὶ ἄνεσιν αὐτοὺς μεθιέντες, τὸ μὲν ποτὸν, μέθυ, τὸν δ' ὑπὸ τοῦτο δωρησάμενον θεὸν, Μεθυμναῖον καὶ Λυαῖον καὶ Εὔιον καὶ Ἰήϊον προσηγόρευον. Equidem rationi consentanea est vtraq; deductio, quòd vtrunq; effectum vini experiamur: sed prior illa magis cũ passim recepta verbi μεθιέναι significatione conuenit. Eustathius exponens hunc locum Homeri, in fine lib. ζ Iliadis, Ἀλλ' ἐκὼν μεθίης τε καὶ οὐκ ἐθέλεις, ait verbum μεθίης (ab eo tamen scribitur μεθίεις) significare ἀμελεῖς. & hinc esse μεθήμων, quo declaratur ὁ ἀμελητής: sicut ἡ ἀμέλεια nomine μεθηποσύνη. Quibus addit, καὶ μέθυ, ὁ εἰς μεθηποσύνην ἄγων οἶνος. Idem in versum hunc qui legitur in fine libri η eiusdem poematis, Δῶκεν Ἰησονίδης ἀγέλην μέθυ, χίλια μέτρα, annotat eum suo more μέθυ vocare vinum, διὰ τὸ τοὺς ἀμέτρως αὐτοῦ πίνοντας μεθιέσθαι: id est ἀμελεῖν. Rectè autem hic adiicitur ἀμέτρως: sicut & alibi dixit idem scholiastes μέθυ non natura esse huiusmodi, (id est, natura non habere effectum illũ nomini suo respõdentem) sed τῇ χρῆσι μέτρον εἰσδεχῆ, quoniam μεθίεται (id est ἀμελεῖ) ὁ πέρα τοῦ μετρίου οἶνον προσπέμπος.

C. Μεθυδότης, Vini dator. epithetum Bacchi: qui etiam lætitiæ dator à Marone dicitur. Sed in præsentia huius epitheti non aliunde mihi suppetit exemplũ quàm ex Etym. in voce Μεθυμναῖος. Ibi enim hæc scribit, Μεθυμναῖος, ὁ Διόνυσος, ὅτι μεθ' ὕμνων ἦλθεν. Τάχα δὲ καὶ παρὰ τὸ μέθην εἴρηται, ὡς μεθυδότης. Vbi accipio ὡς μεθυδότης pro vtpote μεθυδότης: hoc sensu, Vtpote μεθυδότης, quod μέθυ præbet occasionem μέθης. Fateor tamen posse & aliter intelligi: nimirum, sicut μεθυδότης dictum est παρὰ τὸ μέθυ, ita & μεθυμναῖος inde fortasse dictum esse. Quòd siquis obiiciat μέθη habere η, quum μέθυ (quod continetur hoc composito μεθυδότης) habeat υ, ideóque non esse verisimile eam Etymologi mentem fuisse: huic ei⁹ obiectioni μεθυμναῖος opponetur, quod apertè à μέθη deducit, quum tamen & illud habeat υ. Sed eò tandem deueniendum erit, (ti quidem istam posteriorem expositionẽ veram esse putemus) vt hunc grammaticum, sicut in deducenda voce μεθυμναῖος errat, (quod ex Plutarcho etiam & Athenæo satis constat) ita in deductione nominis μεθυδότης errare. Fateor alioqui, quum in μέθη sit η, tamen μεθύω & μέθυσος, atque alia quæ illius nominis μέθη significationem sequuntur, litera υ scribi.

C. Μεθυπλήξ, ῆγος, ὁ & ἡ, Ebrius, aut etiam Ebriosus. Huius compositi vsus extat in Anthol. epigrammat. Quod autem attinet ad verbum quocum componitur, eadẽ planè est ratio quæ & compositi οἰνοπλήξ, quod vide.

C. Μεθυσφαλής, ές, ὁ & ἡ, Ex vino seu præ vino labens, seu titubans, Cui vinum est causa lapsus. In Anthol. epigrammat. μεθυσφαλὲς ἴχος dicitur de vestigio ebrii: id est, de pedibus præ vino titubantibus. At verò μεθυσφαλεῖς ὑμέναιοι, Vino defectæ nuptiæ, in vulg. lex. sine autoris nomine. Suspicor autem ex Nonno petitum esse hoc epitherum, in quo certè verbum σφάλλεσθαι non satis ἀσφαλῶς vsurpari videtur, si quidem ei significationem illam dare oporteat.

C. Μεθυσῶφος, ου, ὁ & ἡ, Alẽs vinum. vt οἰνοβῶφος in Anthol. epigr. lib. 1, οἰνοτρόφον ὄμφακα Βάκχου.

Μεθυμναῖος dictus est Bacchus (vt etiam ex Plutarcho & Athenæo antea docui) à nomine μέθυ. Est autem Μεθυμναῖος & nomen ἐθνικὸν, à Μέθυμνα, quod est nomen vrbis in Lesbo insula. Existimatur enim DICTA Μέθυμνα primùm, (ex illo Bacchi epitheto Μεθυμναῖος) deinde VOCATA Μήθυμνα, mutata litera ε in η. Esse verò πολύοινον hanc vrbem, testatur & hic Nasonis versus, Gargara quot messes, quod habet Methymna racemos. Non abs re igitur suspicetur aliquis à nomine μέθυ nomen hanc vrbem sumpsisse: sicut Thraciæ VRBS Μεθώνη, inde dicta esse traditur, vtpote πολύοινος & ipsa. Sed si Methymnã inde appellatam esse constaret, Bacchum deinde hoc epitherum ab ea nactum aliquis fortasse credere mallet. Est certè rationi magis consentaneum, vocem Methymnæus à Methymna, quàm Methymna à Methymnæus deduci. Cæterùm Etymologum hoc epitheti μεθυμναῖος à nomine μέθη deriuare, docui in composito Μεθυδότης.

¶ Μέθη, ης, ἡ, Vinolentia, Temulentia, Ebrietas. Hic autem colloco vocabulum istud μέθη, quòd minimè dubitem quin à μέθυ deriuetur, quanuis litera η non υ terminetur. Ita enim existimo, quum quærenda esset litera qua terminatio illius à terminatione huius differret, literã η quauis alia commodiorem visam esse, quòd huiusmodi substantiuis conueniret. at in nomine μέθυος & in verbo μεθύω seruatam nihilominus fuisse literam υ, quòd eam retineri nihil prohiberet. Eustathius tamen non à μέθυ deriuat fœmininũ illud μέθη, sed vnde ortum est illud μέθυ, inde & μέθη originem habere existimat: nimirum à verbo μεθίημι. Sed hac quæstione omissa, ad exempla veniendum est. Plato in Minoe, ὦ

Κρήτη δὲ εἷς οὔπω ὅτι τῶν ἄλλων νόμων οὗ Μίνως ἔθηκε, μὴ συμπίνειν ἀλλήλοις εἰς μέθην. Aristot. Polit. lib. 2, ἔπι δὲ ὁ ἀρχαῖος τῶν μέθην νόμος, τοῖς νήφοντας συμποσαρχεῖν. Demosthenes in Midiam, ὁ τὸν δεσμοδέτην παπάζας τρεῖς εἶχε πορφάσεις, μέθην, ἔρωτα, ἀγρυπνίαν. Athen. lib. 10, ἔπινε δὲ Ἀλεξανδρος πλεῖστον· ὡς καὶ ἀπὸ μέθης συνεχῶς κοιμᾶσθαι δύο ἡμέρας καὶ δύο νύκτας. Plutar. Sympos. l. 3, τὸ κισσοῦ καταβεννώτος τὴν μέθην τῇ ψυχρότητι. Idem μέθην & οἴνωσιν alicubi copulat, (vt lib. 2, De Alex. fortuna, ᾧ [videlicet Ἀλεξανδρῳ] μέθην τινὲς ἐγκαλοῦσι καὶ οἴνωσιν) quum tamen hæc inter se differre ipsemet non vno in loco testetur, vt docui in nomine Οἴνωσις, t. 2, col. 1247. Ab Herodiano lib. 2, copulantur μέθη & κραιπάλη. Ab eodem lib. eodem dicitur ἀπὸ μέθης κραιπαλᾶν. Philo quandam etiam μέθην appellat νηφάλιον, De vita Mosis, lib. 1, καὶ μεθύοντες οὐ τὴν ὑπ' οἴνου μέθην ἀλλὰ τὴν νηφάλιον.

Μέθαι etiam dicitur plurali numero. Athenæus l. 2, δὸ καὶ θοίνας καὶ θαλίας καὶ μέθας ὠνόμαζον. Idem lib. 10, εἰς μέθας καὶ ὀμωχίας τρατέντα. Idem lib. 6, καὶ τοῖς ἀποβάλλοντας τὰς οὐσίας εἰς μέθας καὶ κύβους, καὶ τὴν τοιαύτην ἀκολασίαν. Vsus est hoc plurali & Plutar. cum alibi, tum in Sympositacis.

Μέθυσος, ου, ὁ & ἡ, Ebrius, Temulentus. Interdum verò Ebriosus, Vinolentus. A Luciano copulantur μέθυσος & πάροινος, in Timone, μέθυσος καὶ πάροινος οὐκ ἀχρεῖος ὠφῆς καὶ ὀρχηστὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ λοιδορίας καὶ ὀργῆς πρόξενος. Vsurpatur μέθυσος & genere fœmININO. Athen. l. 13, κωμῳδῶν αὐτὴν ὡς μέθυσον. Sic apud Libanium, οὐκ ἔστιν ἡ γυνή μοι μέθυσος.

FOEM. Μεθύσα apud Atticos. vtitur enim hoc fœmININO Aristoph. cum alibi tum in Vespis: item in Nubibus, γραῦς μεθύσα, anus vinolenta. Apud Lucianum Socrates ὁ ἀπὸ Μόψου quendã reprehendit qui VOCE Μεθύσης pro masculino μέθυσος vsus esset.

COMPOS. Μεθυσοκόταβος, Ebrius, Temulentus. Sed proprie de eo qui iam ebrius cottabo vel potius cortabismo ludit. Aristoph. in Acharn. Πόρνιν δὲ Σιμαίταν ἰόντες μεγαλοκρεῶ Νεανίαι κλέπτοιτο μεθυσοκόταβοι. Vide Κόταβος.

Μεθύω, Ebrius sum. Homerus Odyss. σ, Ὡς δὲ νεὼς Ἵππος κεῖνος ἐπ' αὐλείῃσι θύρῃσιν Ἕστα νθυσαίζων κεφαλῇ, μεθύοντι ἐοικώς. Aristoph. Pluto, Τοιοῦτον πέπονθε τοῖς πολλοῖς ἀρά. Μεθύων γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὀξύτερον βλέπει. (At verò Alex. Aphrodis. non ὀξύτερον βλέπειν sed διπλᾶ βλέπειν dixit nonnullos μεθύοντας: scribens Probl. lib. 1, τοῦ ἄγαν μεθυόντων ἔνιοι διπλᾶ βλέπουσι) Xenophon in Sympos. οὐ βιαζόμενος ὑπὸ τοῦ οἴνου μεθύειν, ἀλλ' ἀπαθὴς ὁρῶν. Opponuntur autem οἱ μεθύοντες & οἱ νήφοντες: vt in hoc Aristotelis loco, τοὺς μεθύοντας, οὐ τυπήσασι, πλείω ζημίαν ἀπαιτεῖν τοῦ νήφοντος. Quæ cõueniunt (vt hoc obiter annotem) cum iis quæ scribit Ethic. lib. 3, ἴδιον τοῖς μεθύουσι διπλᾶ τὰ δοκοῦντα. ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς κύριος γὰρ τοῦ μὴ μεθύειν. Dicitur etiam μεθύειν μέθην. vt in isto Philonis loco, καὶ μεθύοντες οὐ τὴν ὑπ' οἴνου μέθην ἀλλὰ τὴν νηφάλιον.

Metaphoricè interdum vsurpatur verbum μεθύω, & quidem vel cum genitiuo, vel cum datiuo, vel cum accusatiuo. Cum accusatiuo extat in Anthol. epigrammat. μεθύω τὸ φίλημα. (Cum quo loco conuenit hic Lucianicus, ὁ δὲ, φιλήσεις αὐτίκα ἐμεθυε, καὶ παρὰ φόρος ἰῶν) Cum datiuo autem vsus est Demosthenes Phil. 1, de ipso Philippo, ὁκόταν μεθύειν τοῖς μεγέθεσι τῶν πεπραγμένων. At cum genitiuo apud Theophylactum extat, ἐρωτικῶν μεθύοντες ἡδονῶν. Sic Horatius vocem Ebrius metaphoricè vsurpauit, quum dixit, Fortuna dulci ebrius. qui locus non malè cum illo Demosthenico cõuenit, etiam quod ad sententiam attinet. Homerus autem pellem μεθύουσαν ἀλοιφῇ dixit pro Madentem pinguedine, seu perfusam. (Possimus autem fortasse & in illo Theophylacti loco, ἐρωτικῶν μεθύοντες ἡδονῶν, reddere itidem Voluptatibus amatoriis perfusi) Vel potius Valde perfusam, seu Valde madentem. Locus est Iliados ρ, Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ταύροιο βοὸς μεγάλοιο βοείην Λαοῖσιν δώῃ πανύειν μεθύουσαν ἀλοιφῇ. Vbi nõ placet quod scribit Eustathius, nimirum illud μεθύουσαν ἀλοιφῇ, nõ esse πάνυ σκληρότερον quàm hoc dictũ, μεθύει τοῦ μεγέθους τῶν πεπραγμένων ὁ Φίλιππος. (quod Demosthenis est, vt apparet ex iis quæ paulo antè protuli) Quanuis enim vtrobique sit metaphora, non debuit tamen locus hic cum Demosthenico comparari, quum planè diuersum habeant metaphoræ genus.

Μεθύω actiuè etiam poni existimatur pro Ebrium reddo, Inebrio. Cuius significationis exemplum hoc affertur in vulg. lex. ex Luciano, οἴνῳ ἑαυτὸν μεθύσασα. Item ex Nonno, in paraphr. cap. 12, euangelii Ioannis, ἐμέθυσεν ὅλον δύμον ἐνθεος ὀδμή. Sed nõ dubito quin ad μεθύσκω referri hæc debeant, quæ tamen, quod ad coniugationem attinet, sint tanquam à μεθύω: aut (si mauis) coniugationem verbi μεθύω sequantur. Idem certè dicendum & de voce passiua μεθύομαι, quæ in iisdẽ lex. habetur: affertúrque ad eius confirmationem futurum μεθυσθήσῃ ex Luciano. Sed minimè dubium mihi est quin quanuis μεθύσκομαι dicatur, non μεθύομαι: futurum tamen aliáque tempora tanquam à μεθύομαι sumantur. Vide igitur μεθύσκω & μεθύσκομαι.

Μεθύσκω, Ebrium reddo, Inebrio. Plutarchus Sympos. libro 3, διὰ τί τὸ γλεῦκος ἧκιστα μεθύσκει; Ibidem, μεθύσκειν κιττὸν οἴνῳ μιγνυμένον. Athenæus lib. 10, εἰ ὁ οἶνος μετείως ἀφεψηθείη, πινόμενος ἧττον μεθύσκει. Sunt verò & alia quæ dicuntur nos μεθύσκειν metaphoricè: (sicut μεθύειν, id est ebrium esse, metaphoricum vsum habere docui) vt apud Plutarchum, μουσικὴν παντὸς οἴνου μᾶλλον μεθύσκουσι. Plato De leg. καὶ παντ' ὄσα δι' ἡδονῆς αὖ μεθύσκοντα παραφρονα ποιεῖ, id est, inebriantia voluptate. Sed notanda diligenter est constructio: quòd non vtatur datiuo, vel accusatiuo, vel genitiuo solo, (vt verbum μεθύω has constructiones habere ostendi) sed genitiuo præfixam habente præpositionẽ διά. Possitque videri cuipiam δι' ἡδονῆς μεθύσκοντα, aliud esse quàm ἡδονῆς μεθύσκοντα: vertit tamen & Budæus. Voluptate inebriantia, non secus ac si legeretur ἡδονῆς sine adiectione, aut ἡδονῇ. Cæterùm μεθύσω & ἐμέθυσα mutuatur hoc verbum μεθύσκω à μεθύω, vt docui suprà, quum de Μεθύω agerem, quod neutralem signif. habet.

Μεθύσκω alicubi reddi potest Perfundo, Imbuo. Vel potius, Largè perfundo, seu imbuo. Quidam αἰώνιμος, Anthol. epigrammat. lib. 2, πέρλιν δὲ μεθύσκων. Alioqui reddi etiam possit Inebrio, in hoc loco, aliisque huiusmodi, vsurpãdo videlicet metaphoricè. Vide compos. Ἐκμεθύσκω.

PASS. Μεθύσκομαι, Inebrior, Ebrius reddor, Ebrius fio, Inebrio me. Xenophon Pæd. 1, πίνων δ' μεθύσκεται. Idem eiusdem operis libro 4, αὐτός τε ἐμεθύσκετο, μεθ' ὧν παρεσκεύου, ὡς ἐπ' ἀτυχίᾳ. Aristoteles, ὅμοιος δὲ ὁ ἀκρατὴς τοῖς ταχὺ μεθυσκομένοις καὶ ὑπὸ ὀλίγου οἴνου. Lucianus, οὐκ ἐμφορεῖται μὴ ἀπιροσκαλώτερον τοῦ κολάκων, μεθύσκοντας ὃ φανερώτερον; Plutarchus Sympos. διὰ τί γυναῖκες ἧκιστα μεθύσκονται, πάγκυ δὲ εἰ γέροντες; Quemadmodum autem μεθύσκω à μεθύω mutuatur ἐμέθυσα, sic μεθύσκομαι à μεθύομαι mutuatur ἐμεθύσθην. vnde μεθυσθῶμεν, Aristoph. in Vespis. Luc. cum genitiuo, ἵσοῦτον ἐμεθύσθη τοῦ νέκταρος. Apud eundem extat & futurum, μετὰ τοῦ ἡλικιωτῶν μεθυσθήσῃ.

Μέθυσμα, ατος, τὸ, Ebrietas, vt quidem redditur in v. l. sed absque vllo exemplo, aut nomine autoris. Sonare autem videtur quasi quis dicat Inebriamentum: atque adeo hunc vsum habet apud Græcos Bibl. interpretes, videlicet pro inebriamento, id est eo quod inebriat, seu inebriare potest: lib. 1, Reg. c. 1, καὶ οἶνον καὶ μέθυσμα οὐ πέπωκα.

Μεθυστικὸς, ου, ὁ, Qui talis est vt facilè inebrietur, Propensus seu procliuis ad ebrietatem. Vno verbo, Ebriosus, Vinolentus, Vinosus. (Perperam autem Phrynichus confundit cum μέθυσος, scribens, μέθυσος γυνὴ καὶ μεθύσκη μεθυστικὸς ἀνήρ. nam μέθυσος est vel ebriosus, vel etiam ebrius. at μεθυστικὸς est duntaxat ebriosus) Plato, ὅταν μεθυστικός τε καὶ ἐρωτικὸς καὶ μελαγχολικὸς γένηται. Ex Philone, εὐθὺς δὲ αὐτὸν μεθυστικὸν αἰσθόμενος ἐρῶντα. Inuenitur autem μεθυστικὸς & pro inebriandi vim habente: vt sonet q. d. Inebriatiuus.

COMP. Ἀμέθυστος, ου, ἡ, (q. d. Inebriabilis) Lapidis pretiosi est nomen sic dicti quòd inebriari non sinat. Affertur ETIAM Ἀμέθυσος, pro Non ebrius: sed su-

ſpectum mihi eſt. Quinetiã pro ἀμέθυστος, quod lapidis nomen eſt, inuenitur alicubi ſcriptum ἀμέθυστος, perperã. Vide plura de ἀμέθυστος, in Indice: vbi & ἀμέθυστα φάρμακα.

C. ΑΠΟμεθύσκομαι, (q.d. Exinebrior. qualis cõpoſitio in alio quopiã fortaſſe reperiri queat) Ebrius eſſe deſino, Ebrietate liberor. Vtitur Etym. in voce Μεθύω, quũ dicit hoc quidem verbum eſſe à μέθη: at hoc nomen eſſe ἀπὸ τοῦ μὴ θεῖν. quoniam οἱ μεθύοντες ſunt ἀκίνητοι, donec ἀπομεθυσθῶσι. Eſt autem ἀπομεθυσθῶσι tanquam ab ἀπομεθύομαι, ſicut ἐμεθύσθω dicitur tãquam à μεθύομαι, pro quo tamen vſurpatur μεθύσκομαι.

C. ΕΚμεθύσκω, idem quod ſimplex μεθύσκω, ſed minus vſitatum. Apud Theophraſtum ἐκμεθύσκειν pro Implere humore & obruere. videlicet De cauſis plant. libro 5, ἀλλὰ τὸ ὕδωρ ἐνίοτε τοῦ πλείστου διαφθείρει, σῆπον τοὺς ῥίζας καὶ λίαν ἐκμεθύσκον.

C. ΥΠΕΡμεθύσκομαι, Supramodum inebrior, aut etiam ſuprà quàm dici poſſit. Vehementer inebrior. Affertur infinitiuus ὑπερμεθυσθῆναι pro Admodum temulẽtum eſſe, in vulgaribus lex. Eſt autem hic aoriſtus infinitiui tanquam ab ὑπερμεθύομαι: cuius tamen nullum exẽplum extat, (quod ſciam) ſicut nec ſimplicis μεθύομαι, vt antea dictum eſt.

Sequitur verbum Μειδάω, quod poſt μεῖον collocandum fuiſſet, ſi etymum ab Etymologo excogitatum mihi placuiſſet. (quod enim tribuit τοῦ Μειδάω, huic Μειδάω iuſtius tribuetur, quum illud ex hoc, nõ hoc ex illo factum ſit) nimirum ortum eſſe à μεῖον. quoniam ὁ μειδιῶν, id eſt qui ridet, μείονι κέχρηται γέλωτι. Sed hoc eius commẽtum parum mihi arriſit: quod tamen nunc dum propius inſpicio, tale eſſe fateor vt multa multo deteriora & minus veriſimilia apud eum extent. Hoc enim habet ſaltem, quòd optimè cum propria huius verbi ſignificatione conuenit. quia verum eſt quod ſcribit, illius qui μειδιᾷ, riſum eſſe μείονα, id eſt minorem: quum μειδιᾷν, ſicut & μειδᾶν, propriè ſonet Ridere leniter, & Subridere potius quàm Ridere: & quod vulgò dicimus iocantes *Rire du bout des dents*. Ideóque Medardi nomini (quod ab hoc μειδᾶν deductum eſſe liquet) optimè conuenit eiuſmodi riſus qualẽ vulgus noſtrum ei tribuit, (ac meorum Pariſinorum vulgus præſertim)

Sainct Medard, qui rit du bout des dents.

ΜΕΙΔΑΑ΄ΩΩ, (aut Μειδέω, ſecundum alios) Rideo leniter, ſeu molliter, Subrideo. Hanc enim propriam eſſe eius ſignificationem puto, ſequendo ea quæ paulo antè tradita fuerunt: vt quod Euſtathius verbo μειδιῶ tribuit, huic etiam conuenire dicatur: præſertim quum in eo Homeri loco in quem ſignificationem illam annotat, habeatur hoc verbum, non illud. Siquidem in hunc verſum lib. ε Iliad. Ὡς φάτο, μείδησεν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, hæc annotat, Iupiter autem ob illud ſcomma non dicitur γελᾶν (σεμνοῦ γὰρ προσώπου ὁ Διὸς Διούτοις γέλως ἀλλόπεριον) ſed μειδιᾷν. quod eſt multo σεμνότερον quàm γελᾶν. quum μειδᾷν dicatur τοῦ γέλωτος ἠρεμαίου, οὐκ ἀκρατοῦς σωνοίᾳ. Eiuſdem poematis l. α, deæ tribuitur, μείδησεν τε θεά. Legimus hoc verbum apud eundem poetam cum alibi, tum Odyſſ. υ, cum accuſatiuo σαρδάνιον. vbi canit, — μείδησε δὲ θυμῷ Σαρδάνιον, μάλα τοῖον. vbi Euſtathius ſcribit eſſe τὸ ἄκροις χείλεσι σεσηρέναι τὸν ἔσω δακνόμενον θυμῷ ἢ λύπῃ. Sed ſcrupulum mihi aduerſus hanc expoſitionem monet datiuus θυμῷ, qui ab Homero additur: niſi ſecus accipiatur quàm in aliis eiuſdem poetæ locis, verbis quibuſdam ſubiunctum.

Μείδημα, ατος, τὸ, Riſus, vel Lenis riſus, ſequendo ea quæ de verbo μειδῶ dicta fuerunt. Heſiodus ὀάρους & μειδήματα coniunxit. Apud Heſychium legitur ETIAM Μεῖδος. Habet enim Μεῖδος, μείδημα, γέλως. Fuerit autẽ, vt opinor, μεῖδος, εος, τό.

COMP. Ἀμειδής, ές, ὁ & ἡ, ITEM Ἀμείδητος, ου, ὁ & ἡ, Qui talis eſt vt nunquam rideat, Riſus expers. Vide Indicem.

COMP. Φιλομειδής, ές, ὁ & ἡ, (ITEM Φιλομμειδὴς apud poetas, geminata litera μ, ob metrum) Amans riſus. & quod Gallicè dicimus, *Qui n'aime qu'à rire.* Vnde optimè conuenit Veneri hoc epithetum, cui etiam tribuitur paſſim ab Homero. vt Iliados ο, — τοῦ δ' αὖτε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη Αἰεὶ παρμένιδι χεῖρ' ἐπιβάλε, καὶ ἔπεα φωνεῖ. Quem in locum Euſtathius annotat geminare μ, metri gratia, vt verſus λαγαρόστις μεσοθῆ τοῦ μέτρου ἕνεκεν. Sed addit, epithetum iſtud habere hanc literæ μ geminationem, ſecundum quædam exemplaria: vnde colligimus, fuiſſe quædam in quibus ſimplici μ ſcriptum extaret. Ex iis certè eſt meum: quod alioqui τῆς ἀκριβέστατα γεγραμμένοις annumerari dignum eſt. (idque vel ex Euſtathio probari poteſt qui de quibuſdam lectionibus loquens quæ ἐν τοῖς ἀκριβεστάτοις ἀπογράφοις extarent, aliquas affert quæ in illo meo exemplari inueniuntur) Sed eo in loco litera μ ſuperpoſita eſt huic epitheto, quæ an eiuſdem manus ſit, dubitari poteſt. Sed vt eiuſdem eſſe putem, facit hic verſus libri γ, eiuſdem poematis, Τῇ δ' ἄρα δίφρον ἐλοῦσα φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη. hic enim illud ἀπόγραφον geminam μ habet. Affertur porro & τὸ φιλομειδὲς pro Amor riſus, Studium riſus.

ETIAM Φιλομμειδὴς ſcriptum inuenitur, ſiue Φιλομμηδὴς, per η in penultima: ſequendo etymum quod Heſiodus in Theogonia huic epitheto tribuit: quum epitheta aliquot Ἀφροδίτης, id eſt Veneris, recenſens, vocatam etiam φιλομμηδέα tradit, ὅτι μηδέων ἐξεφανήθη: id eſt, quod è genitalibus (Saturni videlicet) in lucem prodiit. Sed hoc ſciendum eſt, legi etiam φιλομμειδέα per ει, itidémque μειδέων. (perperam autem in quibuſdam vulgaris editionibus, φιλομμηδέα quidem per η, at μηδέων per ει legitur) quam lectionem & margini illius exemplaris Homerici adſcriptam reperio. Siquidem è regione illius verſus Homerici, lib. γ Iliadis, habet margo, φιλομειδὴς, ἢ φιλόγελως, ἵνα ᾖ, καθ' Ὅμηρον· καθ' Ἡσίοδον, ὅτι μειδέων ἐξεφανήθη, ὁ ἐστιν αἰδοίων. Sed quomodo retineri hæc ſcriptura in iſta ſignificatione poterit? Bœoticæ dialecto hæc literæ η in ει mutatio adſcribenda erit, ex Euſtathii autoritate: quem vide pagina 439.

Alterum autem VERBVM Μειδάω, ῶ, idem ſignificans quod μειδῶ, & ex eo factum, (vti dictum eſt) in ſoluta quoque oratione locum habet, potius quàm hoc. Philoſtr. in quadam epiſtola, τίς ἡ κατήφεια αὕτη; τίς ἡ νύξ; τί τὸ ζηλοῦν σκότος τοῦτο; μειδάσον, καταστήθι. δεσπότης ἡμῖν τῶν θεῶν ὀμμάτων ἡμέραν. In vulgaribus lexicis habetur ETIAM Μειδάζω: ſed eius exemplum deſidero. Eſt autem à μειδῶ VERBALE Μειδάμα, Riſus, ſeu Lenis riſus, vel mollis. Lucianus, οὐδὲ ὅσον ἄκρῳ τοῦ μειδάματι ὑπεσημηνάμενος τῆς γλώττης τῶν δεσποτῶν. Apud Heſychium autem LEGITVR Μειδίασμα, eadem ſignificatione. In vulg. lex. habetur ETIAM Μειδιασμός, ITEM Μειδίασις, eadem ſignificatione, ſed abſque vllo autore.

COMP. Ἐπιμειδάω, ῶ, Subrideo. Redditur etiam Arrideo, ſed verbo προσμειδῶ ſeruãda potius eſt hæc interpretatio. Apud Homerum autem legitur ὀπιμειδήσας à VERBO Ἐπιμειδῶ, Il. θ, Τὼ δ' ὀπιμειδήσας προσέφη νεφεληγερέτα Ζεύς.

COMP. Καταμειδῶ, Derideo, Ludibrio habeo. Ita v. l. vt præpoſitio κατὰ eandem vim habeat quam in καταγελῶ. Sed nullum huius ſignificationis exemplum affertur.

COMP. Προσμειδῶ, Arrideo. Quæ ſignificatio datur & cõpoſito ὀπιμειδῶ, vt antè dixi: ſed magis huic conuenit propter præpoſitionem πρὸς, cui reſpondet Ad in compoſitione.

COMP. Ὑπομειδῶ, Subrideo, aut certè Clàm ſubrideo. quum etiam ſimplex μειδῶ dictum ſit poni pro Subrideo, Leniter rideo.

Legitur ETIAM Μειδιθῶν apud Heſych. quod exponit γελῶν. Sed pro μειδιθῶν ſcriptum eſſe μειδιθῶν, non immẽ ritò fortaſſe quiſpiam ſuſpicetur.

Verbum Μειλίσσω, de quo nunc agendum eſt, tutò poſt nomen μέλι potuiſſe collocari videtur. Quum enim valde vicina ſit deductio, vt nimirum μειλίσσω à μέλι deducentes, μειλίσσω dici exiſtimemus quaſi μελίσσω, & ſignificatio huius verbi optimè cum illius nominis ſignificatione conueniat: vix quenquã deriuationi iſti refragaturum arbitror. Neque verò mirari quiſquam debet μειλίσσω ſcribi cum ει, quũ μέλι habeat ε ſimplex: quoniam multa ſunt apud poetas quæ eandẽ literæ ι epenthẽſin habẽt. ex quibus eſt μείλανι apud Homerum pro μέλανι. (vnde & Μειλανίων nomen propriũ pro Μελανίων) Eodem modo μείλινον ἔγχος pro μέλινον, & εἰλάπινον pro ἐλάπινον. Sic autem & υ interiicitur ex Ionicæ dialecti cõſuetudine: vt videmus in νῦσος pro νόσος, & πυλις pro πολις.

ΜΕΙΛΙΑΣΣΩ, F. ίξω, Pr. ιχα, propriè Dulcedinẽ quãdam melleam indo, Mellitũ reddo, καθ' μέλι γλυκαίνω. vt Euſt. exponit, quum de voce μείλια agens, φερνὶω eo vocabulo appellatam eſſe tradit, διὰ τὸ τὸν ἄνδρα μειλίσσειν, ἤτοι καθ' μέλι γλυκαίνειν. Sed vſurpatur potius metaphoricè pro Blandis verbis & velut mellitis demulceo, aut etiam delinio. Interdum verò non verbis ſed facto quopiam dicimur aliquem μειλίσσειν, id eſt, eum demulcere, & nobis conciliare. vt legimus τραπέζῃ μειλίξαντες apud Herodot. Apud Hom. autem Il. η, Οὐ μὲν δή τις φεῦδος ἐνεικεῖν καταπεύθεται ἀνὴρ Ἑλλήνων, ἐπεί κε θάνωσι, πυρὸς μειλιοτέρῳ ὄπι, accipio μειλιοτέρῳ, pro Demulcere, faciẽdo quod gratum ſit & acceptum, aut iucundum. adeo vt expoſitio quã Heſych. infinitiuo μειλιοτέρωμαι tribuit, optimè iſti μειλιοτέρῳ cõueniat, mea quidem ſentẽtia: videlicet, προσωπῇ & κεχαρισμένα προφέρειν. Ac niſi μειλιοτέρωμαι in alio quopiã huius poetæ loco reperiatur, μειλιοτέρῳ Heſychium ſcripſiſſe & inde deprompſiſſe ſuſpicer. Breuium ſchol au t. τ. διὰ πυρὸς μειλίσσειν eſſe dicit κηδεύειν καὶ θαφῆς μεταδιδόναι. (addens, ἢ διὰ πυρὸς θάπτεσθαι. vbi tamen θάπτειν potius dicendum fuiſſe videtur) Sic in meo veteri exemplari Homeri, expontur διὰ πυρὸς θεραπεύειν καὶ θάπτειν. Sed hæc propriam verbi μειλίσσειν ſignif. non exponũt. quum μειλίσσειν dici quiſpiam poſſit no ſolùm ἐν τῷ θάπτειν, ſed alia etiam officia præſtando. Multo igitur aptior eſt expoſitio quæ eiuſdem exẽplaris margini adſcripta extat (altera enim interlinearis eſt) his verbis, ἢ τρόπος φεῦδος γίνεται τοῖς πεθεῶσι χαρίζεσθαι τῷ πυρός. τοῦτο δὲ δηλοῖ τὸ μειλιοτέρῳ. ἐπὶ γλυκείᾳ ἢ χάρις. Euſt. autem ait μειλίσσειν eſſe ſuetè dictum eſſe. ſicut enim παίδων μειλίγματα ſunt τὰ ἐκείνων θελήματα, ſic νεκροῦ μείλιγμα eſſe τὴν ὠφέλειαν θαφῆς, μειλιοτέρῳ οὖν διὰ πυρός: vt vicidim eius μείλιγμα eſſe τὸ μὴ θαφῆς θάπτεσθαι.

Μειλίσσομαι actiua etiã ſignif. vſurpatur, & quidẽ illa quã metaphoricã eſſe dixi actiuo μειλίσσω: videlicet pro Blandis verbis & velut mellitis demulceo, ſeu delinio. & quidvno verbo καταπραύνω dicitur. In iſto tamen Hom. verſu 96, Od. γ, Μηδέ τι μ' αἰδόμενος μειλίσσεο, μηδ' ἐλέαιρε, non ſignificat σωφρόνως idem quod καταπραύνω, (inquit Euſt.) ſed λέγει τὰ μείλιχα. id eſt, loquor blanda, ſeu ſuania. Heſych. exp. κεχαρισμένα καὶ ἡδέα λέγε. Neque enim dubium eſt quin μειλίσσεο quod verbis illis exponit, (& quidẽ extra ſuum locum, nimirum in ſerie vocabulorum quæ ſyllabam μιλ in principio habẽt) id ipſum ſit quod in illo Homeri loco legitur. Illa autem ſignif. quam Euſtath. huic verbo σωφρόνως eſſe tradit, nimirum τῷ καταπραύνειν, (ſicut & Suidas μειλίξασθαι exp. πραῦναι: qui & participũ μειλιοτέρῳ exp. θωμαλεῶν, item πραεῖν) bellè iſti Plutarchi loco accommodari poteſt, in quo πθασσευων & μειλιοτέρῳ copulat: De Alex. fortuna, lib. 1, εἰ δὲ Βασιλεὺς μέλλοι ἔθνη διεκαθέκτα, καὶ μαχόμενα καθαρῶς ζῶα, πθασσεύων καὶ μειλιοτέρῳ, ἐνθῶν οἰκείαις καὶ σωφρόνεσιν ἐξεπραύνει διαίταις καὶ κατέστελλεν, οἰκειούμενος αὐτῶν τὸ δίδυμον καὶ παρηγορῶν τὸ σκυθρωπόν, &c. Quæ Bud. ita vertit, At ſi magnus ille rex, gentes indomitas feratum in modum manſuefaciens, vernaculis eas veſtibus aſſuetiſq; viuẽdi inſtitutis demulſit placidioreſque reuocans, tum verò ægritudinem leniens, &c. Vt autẽ ſimplex μειλίσσομαι, ita etiã cõpoſitum ἐκμειλίσσομαι in proſa interdum vſurpari, docebo quum ad hoc peruenero. In v. l. Μειλίσσομαι redditur etiã Adulor, Palpo. ſed malim Blandior. Alicubi autem reddi poteſt (ſicut & μειλίσσω) Lenio, Placo: ſicut μείλιγμα ὀργῆς, Lenimentum ſeu Placamẽtum reddi poſſe, docebo paulo póſt.

Μειλίσσομαι, vt paſſiua voce, ita etiam ſignificatione, eſt Demulceor.

Μείλιγμα, ατος, τὸ, Mulcimentum: ſi hoc vocabulo cum Budæo vti licet: qui μείλιγμα eo interpretatur, in hoc Plutarchi loco, in Pompeii vita, Σκιπίωνι ὀργῆς μείλιγμα τῷ ἑαυτοῦ θεραπείᾳ καταυήσας. (AT VERO Μείλιγμα quod hic vulg. lex. habent, planè mendoſum eſſe exiſtimo) Poſſit tamen hi reddi etiam Lenimentum, ſeu Lenimen. vt μείλιγμα ὀργῆς ſit Lenimen iræ. Quinetiam Placamen ſeu Placamentum locum habere hic poſſit. Homerus autem μειλίγματα θυμοῦ de canibus dixit, Odyſſ. κ, Ὡς δ' ὅταν ἀμφὶ ἄλοκα κύνες δαΐτηθεν ἰόντα Σαίνωσ' αἰεὶ δορὶ φέρει μειλίγματα θυμοῦ. vbi μειλίγματα θυμοῦ, ſunt κρέα πινά, ſiue μαγδαλιὰ μειλίσσουσα κυώας, vt inquit Euſtath. (qui alibi παίδων μειλίγματα eſſe tradit τὰ ἐκείνων θελήματα, vt dixi quum de ipſo verbo μειλίσσομαι agerem) Autor breuium ſcholiorum eſſe dicit τὰ πρὸς ἡδονὴν δωρήματα, ſiue κρέα πινά. aut etiam πῶν ἀπομαγδαλιαὶ, ἐν ὧν προσδεχόμενοι οἱ κύνες ἐγείρονται. Legimus verò & μειλίγματα νόσων apud Nicandrum in Theriacis, vbi lenimenta ſeu lenimina commodè interpretari poſſumus: Καὶ μὴν καὶ σίσυμβρα πέλει μειλίγματα νόσων. minus autem ad verbum, Medicamenta ſeu remedia morborum.

Μειλίγματα Heſychio ſunt χαρίσματα. (vt μειλίσσεσθαι ſuprà exponi dixi χαρίζεσθαι) item ἀπαρεγόρματα, & δῶρα. Quinetiam ἢ προσῖξ. ſicut μείλινον exponit μείλιγμα: addens, λέγει δὲ πῶν προσῖκα, τὰ χαρίσματα. Illud autem ἀπαρεγόρματα valde ſuſpectum eſt. Apud eundem lexicographum in alio loco, nimirum inter vocabula quæ à ſyllaba μιλ, non μειλ, initium habent, extat datiuus μειλίγμασι expoſitus κολακείαις & ἐδέσμασι. quæ poſterior expoſitio videri poſſit conuenire cum illa ſuperiore qua dicebatur ſignificare χρέα.

Μείλιξις, εως, ἡ, (à ſecunda perſona μεμείλιξαι, ſicut μείλιγμα eſt à prima μεμείλιγμαι: cætera autem verbalia ſunt à tertia μεμείλικται) in propria quidẽ ſignificatione declararet actionem reddendi dulce, ſeu dulcedinem quandam melleam indẽdi: metaphoricè autem, actionem leniendi, ſeu blandis verbis & velut mellitis de-

mulcendi & deliniẽdi. Extat autem apud Suidam hoc verbale, sed in quodam loco vbi quid potissimum significet, vix iudicari potest: quòd pauca illius verba proferantur. Postquam enim μειλίγμασιν exposuit ἀπαπήμασιν, & ἐξιλεώσασιν, & ἡδύσμασι: subiungit, καὶ τὸν τόπον τῆς μειλίξεως οὐδ' αὐτὸν ἀπεκρύψατο. Hoc autē minimè prætermittendum est, legi apud Suidam & Μειλισσιεγὶς, sine expositione, inter Μειλίξαδω & Μειλιοσύμβρος: sed quanuis, si seriei alphabeticæ ratio, habeatur, minimè suspectum videri hoc vocabulum possit, non dubium est tamen quin Μιλησιεργὶς aut certè Μιλησιεργὴς reponi debeat. Dicitur autem Μιλησιεργὴς eadem forma qua Ἀθηναιεργὴς, atque alia nonnulla.

Μειλικτὸς, ή, ὸ, Qui talis est vt mulceri possit, seu leniri. Aut etiam, Qui lenitus est, vt quidam interpretantur. Quòd si priorem illam interpretationem ei tribuamus, cum compositorum ἀμείλικτος & δυσμείλικτος interpretatione conueniet. Nam DICITVR Ἀμείλικτος Qui mulceri non potest, seu leniri, aut placari, Implacabilis. (Vnde redditur etiam Asper, Durus, item Crudelis, Sæuus. Hesiod. ἀμειλίκτων ἀπὸ δεσμῶν) Eadémque forma est alterius COMPOSITI Δυσμείλικτος, Qui difficulter seu vix mulceri potest, seu leniri, aut placari, Non facilè placabilis. Quinetiam interdum redditur Implacabilis, item Inexorabilis: tanquam particula δυς priuationem significante, sicut α in ἀμείλικτος. Vtrique autem contrariam significationem habet COMP. Εὐμείλικτος, Qui facilè mulceri potest, seu leniri, aut placari. Pro quo perperam in vulg.lex. legitur Εὐμειλίατος. (Apud Hesychium autem habemus & NOMEN Εὐμειλὲς, quod exponit per illud ἀμείλικτον. Habemus, dico, quòd minimè dubitem quin pro ἀμειλὲ, quod est in vulg.editionibus, scriptum reliquerit ἀμειλὲς) Hæc igitur composita faciunt vt nomen μειλικτὸς illam priorem interpretationem admittere potius existimem. At in vulg.l.scriptum est μείλικτος, accentu posito in prima, & expositum Suauis.

Μειλικτήριος, ή, ὸ & ή, Mulcendi vim habens, aut demulcendi, seu leniendi, Aptus ad mulcendum, seu leniendum, aut placandum. q.d. Lenitiuus, seu Lenitorius. Hesych. exponit ἀμφιπηπτικός. Μειλικτήριον autem, neutro genere, tanquam substantiuè positum, redditur in vulg.l. Placatio: sed malim Placamentum, seu Placamen. In iisdem, ex Apollonii Argonauticōn l.4, affertur NOMEN Μείλικτρα: quod exponitur μειλικτήρια.

Μείλιχος, ή, ὸ & ή, Blandus, Placidus. Vel Mitis, Mansuetus, Placidus: aut etiam Placabilis. Hom. Iliad. ρ, -- πᾶσιν γὰρ ἐπίστατο μείλιχος εἶναι Ζωὸς ἐών. Idem libro vltimo eiusdem poematis, Οὐ γὰρ μείλιχος ἔσκε πατὴρ πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεῦ. In hoc autē loco libri τ, Τῷ σ' ἄμοσον κλαίων πεφνεῖν ὅπα, μείλιχον αἰεὶ, Eustathius μείλιχον esse ait τὸν γλυκύθυμον. Apud Hesiodum autem legimus ἔπεα μείλιχα, verba blanda: in Theogonia, versu 84, Τοῦ δ' ἐπὶ ὀκ τόματος ῥεῖ μείλιχα. Ita enim ibi legendum est, non autem Τοῦ δ' ἐκ ὀκ τόματος, vt habent editiones quæ meam præcesserunt. Vt porro μείλιχα ἔπεα hic legimus, sic μείλιχος μῦθος interdum apud poetas legitur. Quò pertinet μείλιχα μυθεῖσθαι apud Oppianum, siue subaudiendo substantiuum aliquod cum μείλιχα, siue accipiendo aduerbialiter pro μειλίχως: De venatione libro 3, Φαίης κεν παυάσασθαι ἐὸν πάϊν ἀμφιβεβῶσαν Μείλιχα μυθεῖσθαι, καὶ λιτομβρότιν ἀγορεύειν, Dicas eam blanda fari, vel blandè fari, (accipiendo aduerbialiter) Dicas eam blanda quadam oratione vti. Genere fœmININO apud Hesiodum, Λητὼ μείλιχος. Aliquis est huius nominis μείλιχος vsus in soluta quoque oratione. Synesius quidem certè vsurpauit, in libello De insomniis: καὶ γὰρ ὅσα ἐλπίδες, αἱ τὸ ἀίθρωπον βόσκουσι θρύλος, ὀρέγουσι χρηστά τε καὶ μείλιχα.

Μείλιχα dicta fuerunt σῦκα apud Naxios, vt docebo vbi de μειλίχιος epitheto Bacchi disseram.

Μείλιχος Ζεύς, vide in Μειλίχος, paulo pòst.

Μείλιχος, est etiam vrbis nomen. vt quidē in vulg. lex. annotatur.

COMPOS. Μειλιχόδωρος, ή, ὸ & ή, Blanditias donans, seu Blandos reddens, vt quidam interpretātur in isto Hermippi loco, apud Athenæum, libro 1, -- Μάγνητα δὲ μειλιχόδωρον, Καὶ Θάσιον, τοῦ δὴ μάλιστ' ὀπηδεῖ δρομὰς ἐδωμή. subaudi autem οἶνον.

COMPOS. Μειλιχόμητις, Cuius blandum est consilium, seu Cuius blanda sunt consilia, vel mitia. Reddi etiam potest, Miti ingenio præditus, seu placido, aut etiam suaui. Ab Hesychio exponitur non solùm ἡδὺς & πραΰνους, verùm etiam πραΰγελως & ἡδύγελως. Quas expositiones forsitan aliquis mirari potius debeat quàm sequi.

COMPOS. Γλυκυμείλιχος, q.d. Dulciter blandus, Vel, Dulcis & blandus. Siue, Blanda quadam dulcedine præditus. At in v.l. redditur Dulciloquus.

COMPOS. Ἀμείλιχος, ή, ὸ & ή, Minimè blandus, Minimè comis, seu mitis. Vel Immitis, Implacabilis, Rigidus. ἀμείλιχον ἄδαν dixit quidam poeta: Theocritus, si bene memini.

Μειλίχος, ή, ὸ & ή, idem quod μείλιχος, Blandus, Placidus, Comis. &c. Vt ex Heliodo attuli μείλιχα ἔπη, sic μειλίχια ἔπη ex plerisque Homeri locis afferre possum. Iliad. κ, -- τοὶ δὲ χαρέντες Δεξιὴ κατέζοντο, ἔπεσί τε μειλιχίοισι. Odyss. ι, -- ἀμφὶ δ' ἑταῖροι Μειλιχίοις ἐπέεσιν ἐρητύον ἀλλοθεν ἄλλος. Eiusdem operis lib. ζ, Ἠ αὐτως ἐπέεσσι δοσαδα μειλιχίοισι λίσσοιτο. Alicubi autem μειλίχια ἔπη & σκληρὰ inter se opponit: vt si blandis verbis dura seu aspera vel rigida opponamus. Iliad. μ, Ἄλλον μειλιχίοις, ἄλλον σκληροῖς ἐπέεσσι Νείκεον. Plerisque tamen locis μειλιχίοισι sine illius substantiui adiectione vsurpat. vt Iliad. ζ, Αὐτὰρ ὁ μειλιχίοισι τε σὺν σπουδῇ πειθῴα λεαῦν. Sic lib. ρ, eiusdem operis, Πολλὰ δὲ μειλιχίοισι τε σὺν σπουδῇ, πολλὰ δ' ἀρειῇ. Vbi obserua ἀρειῇ opponi τοῖς μειλιχίοις ἔπεσι, (subaudiendum enim hic substantiuum relinquitur) sicut paulo antè σκληρὰ ἔπη opponi illis vidisti. Apud eundem legimus alicubi μειλίχιον μῦθον: vt Iliados κ, Αὐτὰρ ὁ μειλίχιον μῦθον φέρε Καδμείοισι, Κεῖσ' ἀπάρ &c. vbi Eustathius μειλίχιον esse ait τὸν εἰρηνικόν. Quidam Pacatoriam orationem interpretantur: sed illam Eustathii expositionem sequendo, pacificam orationem potius vertere oporteret. Idem scholiastes in hunc versum 148, Iliad. ζ, Αὐτὰρ μειλίχιον καὶ κερδαλέον φάτο μῦθον, significationem γλυκύπικρος huic epitheto subesse annotat. Scribit enim, ἑρμηνεύων ὁ ποιητὴς ὡς οἱ ὀνειδίζοντα τὸ Ὀδυσσέως λόγοι δεινῶς μεθοδεύοντα καὶ λόγον γλυκύπικρος. Τοιοῦτον γὰρ ὁ μειλίχιος λόγος.

Μειλίχιος Ζεύς: (qui & μείλιχος alicubi vocatur) Aristoteles in libro De mundo (si modò ille huius libri autor esse putandus est) varia Iouis cognomenta enumerans, inter alia istius meminit: ἑταιρεῖός τε καὶ φίλιος καὶ ξένιος καὶ φράτριος καὶ φυταλιὸς καθάρσιός τε καὶ παλαμναῖος, καὶ ἱκέσιος καὶ μειλίχιος, ὡς φασὶ οἱ ποιηταὶ λέγειν. Vbi ἱκέσιος & μειλίχιος à Budæo reddūtur Supplex & Placabilis. Videri autem possunt hæc duo epitheta ad eandem significationem pertinere: quum erga ἱκέτας se μειλίχιον præstare oporteat. Verùm vt EPITHET. Ἱκέσιος non lubenter reddiderim cum Budæo Supplex: sed potius Supplicum præses, aut Supplicibus iura dans, (sicut ξένιος Ζεύς, ex Virgilio, Iupiter qui iura dat hospitibus: vt dixi tomi 1, col. 1686, in ἱκετήσιος) ita μειλίχιος haud scio an satis aptè hic reddatur Placabilis: ac fortassis aptius interpretemur Placidus. Quidam autem verterunt Placatus. Sunt etiam qui actiuam significationem huic epitheto tribuentes exposuerint Placator: à quibus dissentio. Thucyd. libro 1, pag. 40, meæ editionis, ἔστι γὰρ καὶ Ἀθηναίοις θύσια, ἃ καλεῖται Διὸς ἑορτὴ μειλιχίου μεγίστη. Pausanias in Argolicis, ἄγαλμά ἐστι καθήμενον, Διὸς μειλιχίου, λίθου λευκοῦ. Idem in Atticis. βωμὸς ἐστιν ἀρχαῖος μειλιχίου Διός. ὅθεν πύνθανομαι Θησεὺς ἐκεῖθεν ἀπορίαν τοῦ Φυτάλου καθαρσίων ἔτυχε, λευκαῖς καὶ ἄμεσι ἀποκτείνας. Vt autem Iupiter, ita etiam Bacchus cognomento isto insignitus fuit, vt videre est apud Plutarchum quoque περὶ σαρκοφαγίας libro 1, καὶ τὸν ἡμερείδιον καὶ μειλίχιον αἰχνεῖν Διόνυσον. Atque vt

hic ἡμερείδιον & μειλίχιον, sic alibi χαριδότιον & μειλίχιον coiungit: in Ant. scribens, θύσαν δὲ καὶ κιθοῦ καὶ φαλληφόρον ἡ πόλις τῷ πλέα, Διόνυσον αὐτὸν ἀνακαλουμένων χαριδότιον καὶ μειλίχιον. τῷ γὰρ ἀμέλει Τιθοῦς ἐνίοις. At verò Naxii (vt apud Athen. Andriscus & Agasthenes testantur) Bacchū vocabant μειλίχιον, quòd τὸν σύκινον καρπὸν tradidisset. vnde etiam τῷ Βακχέως Διονύσου πρόσωπον apud eos esse ἀμπέλινον: at τὸ τοῦ μειλιχίου, esse σύκινον. nam σῦκα, μείλιχα vocari. Plutarchus De fortuna Rom. Obsequentem τύχην (id est fortunam) esse ait πῶν πειθήνιον, vel πῶν μειλίχιον, secundum alios. Inuenitur autem & μείλιχος, vt μειλίχιος, de Ioue dictum: (sicut antea admonui) sed non sine mendo fortasse.

FOEMIN. Μειλιχίη Ionicè pro μειλιχία, vt μειλιχίη Κύπρις in Epigram. Blanda Venus. Sic αἰδοῖς μειλιχίη apud Hesiodum in Theogonia, non procul ab eo loco vbi ἔπεα μείλιχα dicit. Sequitur enim, paucis interiectis, Ἐρχόμενον δ' αὐτὰ ἄτυ, θεοὶ ὤς, ἱλάσκονται, Αἰδοῖ μειλιχίῃ. vbi αἰδοῖ μειλιχίῃ vulgata lex. interpretantur Veneratione humana: sed malim μειλιχίῃ (sequendo interpretationem quæ & aliis plerisque locis data fuit) reddere blanda: & αἰδοῖ, reuerentia.

Μειλιχίη, substantiuè positum. Hom. Il. ο, circa finem, Τῷ ὀν χρεὼ φίλος, ἠ μειλιχίη πολέμοιο. Sed quanuis hic μειλιχίη substantiuum esse constet, nullāque de hac re sit controuersia, est tamen controuersa huius versus expositio: atque adeo apud antiquos etiam fuit. Nam Aristarchus quidem ita accipiebat, ὁν τοῦ δρᾶν ἐστιν ἡ νίκη, οὐκ ὀν τῇ μειλιχίῃ τοῦ πολέμου. At Dionysius Thrax μειλιχίη nominatiuum esse volens, ita intelligebat, ὁν χρεὼν ἡμῖν ἡ σωτηρία, τὸ σώνειν δὲ οὐκ ἔστι πολέμου. Adeo vt, sequendo Aristarchum, ita posse reddi versus ille videatur, In fortitudine seu strenuitate sita est victoria, non in bello remissè & placidè gerendo. Sequendo autem Thracem Dionysium, sic, In manibus sita est nobis salus: mansuetudo autem bello non conuenit. Sic pro mansuetudine ex Apoll. Argon. 2, affertur.

AT VERO Μειλίχια apud Plut. dubiū esse possit an pro substantiuo accipi debeat, an pro adiectiuo. Si autem adiectiuum esse dicamus, aut ἱερά, aut aliquid huiusmodi subaudiri existimabimus. Locus est in lib. De orac. defectu, ἑορτὰς δὲ καὶ θυσίας, ὡς τῷ ἡμέρας ἀποφράδας καὶ σκυθρωπάς, ὧν αἷς ὠμοφαγίαι καὶ δίψαι σκιεῖ, νηστεῖαί τε καὶ κοπετοὶ, πολλαχοῦ δὲ πάλιν αἰρεσιολογίαι τοῖς ἱεροῖς, μανίαι τε ἄλλαι ὀρνιθόμυιαι ῥιψαύχενι σὺν κλόνῳ, θεῶν μὴν οὐδενὶ, δαιμόνων δὲ φαύλων ἀποτροπῆς ἕνεκα φήσαιμ' ἂν πενθεῖν μειλίχια καὶ πωθαμύθια. Quem locum Turnebus ita vertit, Cæterùm ferias & sacrificia, tanquam dies, nefasta & tristia, in quibus epulæ crudæ, & laniatus, ieiunia & planctus, sæpenumero etiam verborum obscœnitates versantur, furoris quoque & vlulatus concitationes. cum capitis iactatione, nemini deorum, sed ad depulsionem malorum dæmonum fieri affirmauerim, vt placentur atque leniantur.

Μειλιχίως, Blandè, Comiter, Leniter, Mansuetè.

Μείλιον, ή, τὸ, Munus quo aliquem μειλιοῦμεθα, id est demulcemus. seu quo aliquem possumus μειλίσσεσθαι, id est demulcere. Sed pluralis potius numerus Μείλια in vsu est. Apollon. Argon. lib. 4, -- αὐτίκα δ' Ὀρφεὺς Κέκλετ' Ἀπόλλωνος τρίποδα μέγαν ἐκθορὼν ὁ Δαίμοσιν ἐγχρυσέοις νόῳ ἔπι μείλια θεσθαι. vbi scholiastes μείλια exponit τὰ ἐκμειλίξασθαι δωράματα δῶρα, item τὰ ἱλαστήρια. Scribo autem in illo Apollonii versu, ἔπι μείλια disiunctim, non ὀπιμείλια: quòd scholiastem non hanc sed illam vocem agnoscere videamus. Sed & in aliis duobus locis eiusdem poetæ habemus μείλια, qui certè eandem dubitationem non admittunt. Vnus est lib. 3. Μείλια δ' ἔκβαλε παῖτα. Vbi idem enarrator μείλια exp. παίγνια δ' ὧν οἱ παῖδες μειλίσσονται. addens, Homerum ὀπὶ τοῦ ξενίων voce ista vsum esse, -- ἐγὼ δ' ὀπὶ μείλια δώσω Πολλὰ μάλα. Alterum autem locum, in quo πωθαμύθια exponit, postea proferam. Nunc ad illum Homericum venio: qui legitur Iliad. ι, Τάων ἤν κ' ἐθέλῃσι φίλῳ, αὐάεδ'νον ἀγέσθω Πρὸς οἶκον Πυλίοιο· ἐγὼ δ' ὀπὶ μείλια δώσω Πολλὰ μάλ', ὅσ' ἄπῃ τις ἐῇ ἐπέδωκε θυγατρί. Vbi tamen non ὀπὶ μείλια separatim sed ὀπιμείλια coniunctim legitur. atque adeò Eustathius, tanquam de vera lectione dubitans, scribit Homerum πῷ φερτῷ vocare μείλια seu ὀπιμείλια. Eius verba sunt hæc, φερτὴ γὰρ ἡ τῆς γυναικὸς θεῖξις· οἷον, θεσθεὶς φερνὰς πατήρ· τῷ Ὅμηρος καὶ μείλια ἢ ὀπιμείλια λέγει, ὀξὺ τὸ τὴν αὔρα μειλίσσειν, ἤτοι κατὰ μειλιγλυκαίνειν. ὡς ἄρ καὶ ἑδνα ἔρηται πωθὰ τὸ πῷ νύμφῳ ἥδειν ἥδανά πινα ὄπα, καὶ ὀν συνοδῇ καὶ συγκοπῇ, ἔδνα. Apud Hesychium quoque non μείλια solùm sed ὀπιμείλια legimus. Verùm hoc COMPOS. Ἐπιμείλια sunt ei τὰ ἐπόθετα χρήματα: quum alibi μείλια dicat significare θεῖκα inter alia. In v.l. ὀπιμείλια exponitur, Munera demulcentia, Munera vltra dotem, Res dotales: & ipsa dos, quòd maritos demulceat. Addūntque, Hesychium rectius interpretari ἐξαθεσικον, id est, dotem aduentitiam, dotisque accessionem, præter dotem profectitiam, vt loquitur Vlpianus. quoniam quæ ibi postea doti dicit & promittit Agamemnon, propriè dos est profectitia: super quam etiam ex abundanti ὀπιμείλια dicit se adiecturum aduentitiæ dotis loco. Sic Liuius, Punici belli lib. 6, Super dotem quam accepturus à socero es, hæc tibi à me dotalia dona accedēt. Hæc sunt quæ & ibi de voce ista leguntur. Sed vt omittam, magis videri rationi consentaneum, vt quæ postea enumerat Agamemnon, sint ea ipsa quæ μείλια vocauit, (cur enim eorum quæ ad dotem additurus esset, mentionem prius quàm ipsius dotis faceret) loci etiam alicuius autoritatem desidero in quo ὀπιμείλια ita scriptum sit vt minimè dubitari possit quin præpositio ad hoc ipsum nomen pertineat, & ita quidem vt eius pars sit. Nam in eo quem protuli Homeri loco vix credere possum Eustathium existimasse posse vel μείλια scribi, vel ὀπιμείλια, nimirum præpositionem relinquendo huic nomini, vel iungendo eam verbo. Vix, inquam, credere possum, Eustathiū ea in opinione fuisse: quum ipse Homerus se non voluisse dicere, ὀπιμείλια δώσω, sed ὀπιδώσω ὀπιμείλια, verbis proximè sequentibus ostendat: vbi videlicet dicit, Ὅσ' ἄπῃ τις ἐῇ ἐπέδωκε θυγατρί. (Memini autem me in quodā veteris epigrammatis pentametro legere itidem, πολλ' ὀπὶ μείλια δοὺς, pro πολλὰ μείλια ὀπιδοὺς: nimirum Homerum imitādo) Equidem breuium scholiorum autor nequaquam vtranque lectionem in eo loco Homeri admittit: sed seiunxisse præpositionem ὀπὶ cum verbo δώσω, apertè ostendit: quum scribit, τὸ ἑξῆς, ὀπιδώσω μείλια. deinde μείλια esse ait οἷς μειλίσσονται θεοὶ αἰδρας: nimirum πῷ θεῖκα. Quinetiam ipse Eustath. licet in ambiguo relinquat, μείλια an ὀπιμείλια dixerit Homerus, differentiā tamen illā inter hæc duo vocabula minimè constituit: vt ex illis quæ attuli eius verbis satis apparet. Esse autem & alia nonnulla nomina apud Homerum quibus adiuncta fuerit à plerisque præpositio quæ alioqui ad verbum compositum pertinebat, in aliis huius Thesauri locis patefeci.

Μείλια à scholiaste Apollonii Argonauticōn lib. 3, redditur etiam πωμεία, in hoc versu, Νόσφιν δ' οἱ αὐτὰρ φάτ' ἐοικότα μείλια πόσιν. Hic enim exponit πωμεία ἀποπόσιν. Ac fortasse μείλια hac in significatione per antiphrasin vsurpatum censeri posset.

Μειλινὸς, Blandus, Suauis. Ex Euripide μειλινὸν ὑδονὶ pro Gratam voluptatem, afferunt v.l. Non malè autem fortassis μειλινὸν alicubi melleum vel mellitum quispiam reddiderit. Ac quanuis hoc μειλινὸς inter deriuata à μειλίσσω ponam, (quoniam μείλια à grammaticis inde deriuari video) non minus tamen placeret ab ipsomet nomine μέλι, sicut μελίσσω, ita & illud immediatè deducere.

AT VERO Μέλινος, Fraxineus. vt μείλινον ἔγχος in variis Homeri locis, fraxinea hasta. Dicitur autem μείλινος pro μέλινος, per pleonasmum literæ ι, à nomine μελία, seu μελίη Ionicè, quod fraxinum significat. A μελία (inquit Etymol.) fit μελίϊνος, & per syncopen μέλινος, & per pleonasmum literæ ι, μείλινος. vt μείλανι πόντῳ legimus pro μελανι: & Μειλανίων pro Μελανίων. Sed cum alia plurima vocabula in exemplum huius pleonasmi

τῷ ι poterat afferre, tum verò illud ipsum μειλίσσω, cuius derivata proximè præcedunt.

C. Ἀπὸ Ομειλίσσομαι, Demulceo, Delinio, sicut & de simplici μειλίσσομαι dictum est. Potest autem exponi & Placo. aliisque modis: sequendo significationes quæ illi μειλίσσομαι datæ fuerunt. At v.l. habent participium ἀπομειλιττομένους, (cum ττ Atticè pro σσ) quod reddunt Placentes. Sed non dubito quin Placantes scribendum sit.

C. Ἐκμειλίσσομαι, itidem Demulceo, Delinio, &c. ἐκμειλίξασθαι pro Demulcere, ex Basilio affert Bud. At in v. l. ἐκμειλίσσομαι redditur tantùm verbo Mitigo.

C. Κατ' Αμειλίσσομαι, idem quod proximè præcedentia composita ἀπομειλίσσομαι & ἐκμειλίσσομαι. In hoc tamen præsertim præpositio vim intendendi significationem habere videri potest. In v.l. habetur vox activa Καταμειλίσσω.

Voculæ μὲν (de qua nunc dicendũ est) originem inuestigare, perinde esset fortassis ac siquis ἀπαμου τρίμω quæreret. Nihilo certè magis inuestigandum particulæ μὲν quàm particulæ δὲ ortum existimo: at verò an sicut δὴ ex δέ, ita etiam μὴν ex μὲν ortum sit, rationi consentanea fortasse quæstio fuerit.

ΜΕ'Ν, Quidem. Solet autem hanc particulam μὲν, excipere particula δέ, sicut apud Lat. particulam Quidem excipit particula Verò, vel Autem, aut etiam At. vt, σὺ μὲν πλουτεῖς, ἐγὼ δὲ πένομαι, tu quidem diues es, ego verò sum pauper. Aut, ego autem. Aut, at ego. Xen. ἀνάβ. lib. 7, Ἀναξίβιος μὲν ἠμέλησε, τοῦς Ἀρίσταρχον δὲ διεφθείρετο τε &c. Paulo pòst, Ἀναξίβιος μὲν οὐκ ἔστι ταύταρχος, ἐγὼ δὲ τῇδε ἀρίστης. εἰ δέ τι καὶ ὑμῶν λήψομαι &c. Idem alibi, ἐγὼ τοι σε μὲν δίκαιον νομίζω, σοφὸν δὲ οὐδ' ὁπωσοῦν. Interdum verò in huiusmodi locis δὲ absoluit membrum orationis, vt apud eundem rursum ἀνάβ. lib. 7, ἀπεκρίνατο ὅτι τὰ μὲν ἄλλα εἶη ἀγαθός, φιλοστρατιώτης δὲ καὶ δίψῶν &c. Sicut autem in loco paulo antè citato vides particulæ δὲ quæ respondet ipsi μὲν, subiungi illam ipsam in alio membro: sic in distributione aliquoties ponitur hæc particula δέ, respondens vni μὲν: eásque deinde sequitur aliud membrum cui eadem hæc particula adhibita est. vt vides apud eundem scriptorem in lib. III. ἀνάβ. 7, καὶ ἐπεὶ παρέδωκεν τοῖς ἡγεμόσι, οἱ μὲν ὁπλῖται ἠρώτων, οἱ δὲ πελτασταὶ εἰ πιστοί, οἱ δ' ἱππεῖς ὁπτιοφθφυλάκουν. Quibus subiungit, ἐπὶ δὲ ἡ μέσα ἐῶν, &c. Varii sunt autem vsus harũ particularum, quæ interdum quidem omnino aduersatiuam (vt ita dicam) orationem faciunt, interdum verò distributionem quandam simul indicant, aut etiam distributionem solùm: quinetiam quandam aliquando copulandi vim habent, qualem Latinis Cum & Tum. Quos ego vsus declarabo: sed tria sunt, vel potius quatuor, de quibus lectorẽ prius monendum censeo. primum est, non semper quærendam esse particulam δὲ paulo post μὲν, sed interdum multo etiam post, multis videlicet præcedentibus, atq; adeò interdum his ipsis particulis. Hoc autem in quibusdã Demosth. orationibus videre est, quarum principio hæc particula adhibetur, ita videlicet vt secunda sit vox. Sed quod dico de præcedẽtibus cum aliis plerisque verbis, tum etiam hac ipsa vocula μὲν cum sua (vt ita dicam) comite, duobus exemplis inde petitis planum faciam. Sic itaque orditur ille orator orationem ad Philippi epistolam, Ὅπῃ μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, Φίλιππος οὐκ ἐπείσθη τὴν εἰρήνην πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' ἀνεβάλετο τὸν πόλεμον, πᾶσι μὲν φανερὸν γέγονεν. Quibus verbis hæc per αὐτὰ πάσαν subiunguntur, ὅτι δὲ χρὴ μήτε ἐρρωδεῖν ἡμᾶς τὴν ἐκείνου δύναμιν, μήτε ἀθυμῶς αὐτῷ χρῆσθαι πρὸς αὐτόν, (&c.) ἐγὼ πειρασομαι εἰπεῖν. Sed cum alia multa inseruntur, tum verò hæc, τὰ μὲν ἔργῳ πάλαι πολεμεῖ πρὸς τὴν ἐπιστολήν, τὰ δὲ λόγῳ τοῦ ὁμολογεῖ δι' τῆς ἐπιστολῆς &c. Idem videre est & in Philipp. prima, cuius initium est, Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προυτίθετο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν, &c. vbi particulæ μὲν est αἰτιοπροσδοκία particula δὲ quarto post versu, ἐπειδὴ δὲ περὶ ὧν &c. Sed hoc inter hunc & alterum illum interest locũ, quòd illic per parẽthesin interiecta sint omnia illa, ἐπειδὴ γὰρ Φαρσαλίοις &c. vsque ad ὅτι δὲ &c. hic autem non possumus itidem ad redditionem venire omissis quibusdam verbis, vipote quæ non sint similiter per parenthesin inserta. Ita enim ibi totus locus legitur, Εἰ μὲν περὶ καινοῦ τινος πράγματος προυτίθετο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγειν, ἐπιχειρῶν εἰ ἕως οἱ πλεῖστοι τῶν ἐνθάδε ὄντων γνώμην ἀποφήνασθαι, εἰ μὲν ἤρεσκέ τι μοι τῶν ὑπὸ τούτων ῥηθέντων, ἡσυχίαν ἂν ἦγον· εἰ δὲ μή, πότ' ἂν αὖθις ἐπιχειρήσαιμι γνώμην λέγειν. quibus tandem subiungitur particula δὲ respondens non posteriori μὲν, (nam illis εἰ μὲν respondet hæc vicina εἰ δὲ μή) sed priori. sequitur enim, ἐπειδὴ δὲ περὶ ὧν πολλοὶ καὶ ἄπειροι ἤδη πρότερον συμβεβουλευκότες καὶ νυνὶ σκοπῶν, ἠγούμαι καὶ πρόσθεν αἰσχύνεσθαι, εἰκότως αὖ συγγνώμης τυγχάνειν. Ideo autem lectorem admonere hac de re operæpretium esse existimaui, quòd sciam quosdam interpretes in huiusmodi locis hallucinatos esse. Secundum autem cuius commonefaciendum eum duxi, hoc est, aliam interdum particulam quàm δέ, respondere illi μὲν, vt docebo in Μέν τοι. Tertium est, particulam μὲν aliquando nec δέ nec aliam eius loco habere sibi respondentem, ac tum nequaquam aduersatiuæ locum sed potius particulæ δὴ aut alius huiusmodi obtinere. Exemplum huius vsus particulæ μὲν extat cum alibi tum in principio celebris illius orationis Pro corona. hãc enim ita inchoat, Πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς θεοῖς εὐχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσον δύνοιμι ἔχων ἐγὼ διαπελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσοῦτον ὑπαρξαί μοι παρ' ὑμῶν εἰς τοῦτο τὸν ἀγῶνα ἐπιτυχεῖν, ὅπερ ἐστὶ μάλιστα &c. quod ἔπειτα non habens adiunctam particulam δὴ nec aliam eius officio fungentem, iungitur cum εὔχομαι repetito ὑπὸ τοῦ κοινοῦ. Quòd si non haberemus τοῖς θεοῖς in posteriore membro, possemus fortasse πρῶτον & ἔπειτα infinitiuis iungere. Vt autem hic particulæ μὲν non redditur δέ, sic nec in principio orationis πρὸς Ἀριστίωνα, ibi enim post μάλιστα μὲν subiũgitur εἶτα siue δέ. Quartum & vltimum est, particulam μὲν aptius interdum reddi Quidem certè, aut Quidem profectò, vel Equidem, quàm Quidem, vbi videlicet non additur illi respondens δέ, nisi potius omittendam illius interpretationem quis censeat. In hoc sanè Homeri loco (vbi ab ipsis etiam grammaticis particula μὲν dicitur esse αἰαπόδοτος) Ἰλιάδ. ω, -- ἐπὶ αὖ σέ γε θυμὸς Ὀτρυνέει ὀδυνᾶσθαι, ἐμεῖο μὲν οὐκ ἀθελούσης, non dubito quin μὲν aptissimè reddi possit Quidem certè. Quinetiã pro μὴν ab eo accipi annotant grammatici. sicut schol. Thucydidis ab eo pro δὴ alicubi sumi obseruat, de qua etiam signif. dixi paulo antè.

In exemplum autem aliorum vsuũ quos habere dixi particulas μὲν & ὦ, quos me declaraturũ dixi, afferam primùm hũc Theophr. locũ, ἐὰν αἱ ἀκτῖνες, αἱ μὲν πρὸς βορρᾶν, αἱ δὲ πρὸς νότον κλίνωνται, πύκνον μέσον ὄντος κατ' ὄρθρον, κοινὸν ὕδατος καὶ αὐέμου σημεῖόν ἐστι. Ideo autem ab hoc Theophrasti loco incipio, quòd Plinium videam tam αἱ μὲν, quàm αἱ δέ, interpretatum esse Partim: ita reddentem hunc locum, Si in exortu spargentur radii partim ad austrum, partim ad aquilonem, pura circa eum serenitas fit licet, pluuiam tamẽ ventósque significabunt. Sic autem sæpe dicunt & τὰ μὲν, τὰ δέ. Sed interdum etiam aliis partibus orationis quàm articulis iunguntur, vbi tamen vel hunc ipsum, vel similem vsum præstant. vt apud Xenoph. ἀνάβ. lib. 7, ἐκοῦν ὑμᾶς ἀκούοντας μὲν Ἀριστάρχου ὁπηνικαοῦν ὑμῖν εἰς Χερρόνησον πορεύεσθαι, ἀκούοντες δὲ Σεύθου πείθοντος αὐτὰ συστρατεύεσθαι, πάντες μὲν ἐλέγετο, σοὶ Σεύθῃ ἰέναι, πάντες δ' ἐπιψηφίσαιτε τοῦτο. Quæ particulæ tam quàm in priore membri parte quàm in posteriore habentur, si mihi vertendæ essent, in pri-

ore quidem non dubitarem pro μὲν & δὲ ponere Hinc & Illinc, in posteriore autem Cum & Tum, vel Tum, & Tum etiam. Apud Homerum autem enumerationi etiam adhibetur. Huc pertinet iste eiusdem scriptoris locus, (vt infinitos alios præteream) ἐπαίνου μὲν ἕνεκα, πάντα μὲν πόνον, πάντα δὲ κίνδυνον ὑποδυόμενος. (vbi etiam obserua tale quid quale & suprà docui de duobus μὲν in locis vicinis, sed non eodem modo positis) Et hic Æschinis, πάντας μὲν Πελοποννησίους ὑπάρχειν, πάντας δὲ Ἀκαρνᾶνας συστραταρχοῦντας. Et rursum cum verbis, apud Gregorium, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ συνεργοῖς χρώμενος, ἐθεράπευε μὲν τὰ σώματα, ἐθεράπευε δὲ καὶ ψυχάς. Itidémque cum nominibus, πλουτεῖ μὲν θεωρίαν, πλουτεῖ δὲ βίου λαμπρότητα. vbi perinde est acsi dixisset πλουτεῖ καὶ θεωρίαν καὶ βίου λαμπρότητα. At de τὸ μὲν, τὸ δὲ, & τοῦ μὲν, τοῦ δέ, alius erit dicendi locus.

De μὲν alii particulæ iuncto.

Μέν τοι, idem quod γέ, Enim. Homer. Odyss. σ, Οὐ μὲν τόν ποτε φησὶ κακὸν πείσεσθαι ὀπίσσω. Thucyd. lib. 7, pag. 251, πρότερον μὲν γὰρ ἐφθονοῦτο τοῖς μετὰ τοῦ Δημοσθένους ναῦς ἔπλουσας. vbi valde miror enarratorem dignum censuisse obseruatione coniunctionem μὲν vacare, quum huius vsus sint obuia passim exempla.

Μὲν δή, Quidem. Nam alicubi μὲν δὴ redditur hac sola particula. vt quum dicit Aristoph. in Pluto, καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα, Atque hæc quidẽ sunt huiusmodi. Vel, Atque hæc quidem ita se habent. Alioqui citatur ex Demosth. & pro Quidem ita posito vt μὲν, sequente particula δέ: sed locus Demosth. nõ profertur. Bud. autem in hoc eius loco, ὡμολόγησε μὲν δὴ, διεκρούσατο δὲ εἰς πυναθήναια, non interpr. simpliciter Quidem, sed cum Itaque, vel Quare: hoc modo, Itaque annuit quidem se facturum, sed reiecit in tempus Panathenæorum. Idẽ Demosth. alibi, πρὶν μὲν δὴ τοῦ ἄλλου ὅταν πρὸς ἐκείνους εἰσίω, τότε ἐρῶ πρὸς ὧν δ' ὑποπτεύω &c. Reperitur verò eum apud alios tum apud Xenoph. hic vsus particularum μὲν δὴ, sequente δέ, vbi tamen ego nolim illam Budæi interpr. sequi. vt Pæd. 6, p. 96, ἐγὼ μὲν δὴ ταῦτα προαιρεῖσθαι, εἰ δέ τις τι καὶ ἄλλο δέον ἑνορᾷ, πρὸς ἐμὲ σημαινέτω. hic enim malim reddere, Hæc sunt sanè quæ &c. Vel, Hæc sunt profectò. Aut, Equidem hæc sunt quæ &c. quòd si quis. Vel, Atque hæc quidem sunt ea quæ &c. Idem librum hunc sextum ita inchoat, Ταύτῃ μὲν δὴ πλὴν ἡμέραν οὔπω διαπαύσαντες, καὶ δειπνήσαντες, ἀνεπαύοντο· τῇ δ' ὑστεραίᾳ πρωὶ ἦκον &c. cui etiam loco ne dubitem adhibere particulam Atque, facit quidam Virgilii locus habens in libri itidem principio positam. ita enim ille inchoat librum Æneidos nonum, Atque ea diuersa penitus dum parte geruntur, Irim de cælo misit Saturnia Iuno Audacem ad Turnum. Dixerat autem idem poeta lib. 7, (non tamen in eius itidem initio) Atque ea per campos æquo dũ marte gerũtur, &c. Sed vidi quibus μὲν δὴ in huiusmodi locis placeret reddere Autem. At eos qui Igitur vertunt, ne audiẽdos quidem censeo: ac minus eorum iudicium improbo qui in sua interpretatione prætermittũt. Μὲν δή, Certè quidem Vtique. Item Profectò, in v.l. vbi & μὲν δή που ex Xen. Apol. pro aduerbio illo Profectò: καίτοι ὅπτ' ἀπέθανε μὲν δή τινα νέων ἐξαφθορᾷ, quanquam profectò quæ sint iuuenum corruptelæ nouimus. ‖ Μὲν δή, Verò. vt quum à Cic. dicitur, id quod Attico ostendisti, & verò etiam mihi: Græci dicerent, καὶ μὲν δὴ καὶ ἔμοιγε. Sic & quum negationi adhibetur. Xen. ἄλλος δ' αὖ ἐπήρετο αὐτόν, εἰ καὶ τῶν πόλεων πλέων ἔχοι μαστεύειν; μὰ Δί', ἔφη, οὐ μὲν δή, Minimè vero, inquit. Ita Bud. vbi docet οὐ μὲν δὴ esse negantì accommodatum. Quibus addo, adhiberi itidem affirmationi, seu responsioni affirmatiuæ, aut simpliciter etiam dicto quo alicuius sententiam probamus. vt apud Xenoph. Pæd. 6, circa principium, ἀδίκως γὰρ ἐγὼ, ὡς ἔοικεν, Ὑστάσπαν αἰτιῶμαι· καὶ ὁ Ὑστάσπης εἶπε, ναὶ μὰ Δία, ἔφη, ὦ Κῦρε, ἀδίκως μὲν δή. Iniustè verò. Sed reddi etiam posse arbitror, Iniustè equidem. vel, Iniustè sané. ‖ Μὲν δή, Tamen. Item, εἰ μὲν δή, Atqui si. Has Ciceronis interpretationes vide in meo Cic. Lexico, pag. 13, & 31.

Μὲν οὖν pro Quidem certè sumi mihi videtur in isto Thucydidis loco, lib. 1, pag. 45, meæ editionis, de Themistocle, λέγουσι δέ τινες καὶ ἑκούσιον φαρμάκῳ ἀποθανεῖν αὐτόν, ἀδύνατον νομίσαντα τοῦ βασιλέως βασιλεῖ ἀντιοχεύειν μνημεῖον μὲν οὖν αὐτοῦ ἐν Μαγνησίᾳ τῇ Ἀσιανῇ, ἐν τῇ ἀγορᾷ. τούτῳ γὰρ ἦρχε τῆς χώρας, δόντος βασιλέως αὐτῷ, &c. vt videlicet totum hunc locum ita reddamus, Sunt & qui eum veneno sibi mortem conciuisse tradant, quòd regi ea quæ pollicitus erat, præstare se non posse existimaret. Eius quidem certè sepulcrum in Magnesia Asiana extat, in foro. Hic, inquam, μὲν οὖν commodè reddi existimo Quidem certé. vt perinde sit acsi diceret Thucydides, Hoc quidem certè cõstat, sepulcrum eius extare apud Magnesiam, Asiæ vrbem. At Valla μὲν οὖν hic reddidit Itaque: ita interpretans, Itaque monumentum eius apud Magnesiam Asiæ in foro ostenditur.

Μὲν οὖν pro At vel Atqui, in assumptione: vt ἀλλὰ μὴν, inquit Budæus, afferens ex Aristotele, εἶτα εἰ πεπερασμένα τοῦτο ἐστιν, καὶ ἄπειρα τὰ εἴδη. πεπερασμένα μὲν οὖν ἄχ οἶον π. (vbi fortasse reddi possit itidem Quidem certè) At μὲν οὖν pro Verò vel Etenim, ex hoc eiusdem Aristotelis loco affert, De animalibus, pag. 292, ἀλλὰ μὴν τοῦτό γε παῦ ἢ ἀχρήστου τοῦτο ἐστι· ἢ χρησίμης. ἄχρηστον μὲν οὖν λόγῳ, αὐ' ἧς μηδὲν συμπεῖται ὅτι πρὸς φύσιν. Cui loco hunc Gregorii subiungit, πολὺ κρεῖττον μὲν οὖν, ὅσῳ φθόνῳ ὅτι χρεῖ, πλέον ἀλίσκεται, Vice enim versa, vel Vice verò versa.

Μὲν οὖν, Porro quidem, Sanè quidem, Sed, At, Atqui, Imo verò. Ita vulg. lex. quæ afferunt in exemplum, primùm quidem hunc Aristophanis locum, in Pluto, Ἄνεν γεπεῖν οὖν ἐστὶ τὸ πλουτοποιεῖν; ΣΥΚ. Τὸ μὲν οὖν βοηθεῖν τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις. Deinde hunc Xenophontis locum, Ἔπειτα ἔφη, εἰ τοῦτό σοι τούτων οὐδὲν ὀφίσκοντα ποιεῖν; Πάντα μὲν οὖν, ἔφη. Sed his in locis μὲν οὖν aduersandi vim habere, & accipi pro Imo verò, non pro alia vlla ex cæteris particulis existimo. Ex eodem afferrur μὲν οὖν pro Quidem, in isto loco, χαλεπὸν μὲν οὖν ἐστὶ τοῖς οἰκείοις πόνοις ἀπολυομένοις, ἀδύνατον τὸ ποιοῦντι τρέφειν. Quanuis autem, vt iudicium de hoc loco ferri turò possit, præcedentia videre necesse sit, existimo tamen (quantum eorum meminisse possum: quoniam quærere non vacat) aptius reddi posse hîc, μὲν οὖν Certè quidẽ, quàm sola particula Quidem. Conuenire autem has particulas Quidem certè aliorum etiam locorum interpretationi, paulo antè docui. Afferunt præterea μὲν οὖν pro Vtique, seu Verò: ex Platone De rep. lib. 1, οὐ τοῦτο τοῦ ἔργον θήσομεν; θήσομεν μὲν οὖν, Ponemus vtique, Ponemus verò. Afferunt præterea εἰ μὲν οὖν, pro Atenim si, Cæterùm si, Quòd si, absque exemplo. At verò de παῦ μὲν οὖν dictum alibi fuit.

Μὲν οὖν γε, (pro quo scribitur ΕΤΙΑΜ Μενοῦνγε coniunctim) Imò verò. Budæus postquam μὲν οὖν aduersatiuam interdum esse dixit pro Imò verò: & ex Basilio attulit exemplum istud, ὥσπερ ἡ βρῶσις τοῦ ὁ Κύκλος ἔφα γε, οὐκ ἔστι ἡδυπαθείας ἡμῖν ἀφορμή, τὸ ἐναντίον μὲν οὖν ἐγκρατείας ἢ αὐταρκείας ὅρος ὁ αἰνῶ πάτω: subiungit, Μενοῦνγε apud Apostolum non absimilis est significationis, ad Rom. 9. μενοῦνγε ὦ ἄνθρωπε σὺ τίς εἶ ὁ ἀντιποκρινόμενος τῷ θεῷ; Enimuerò, ô homo, tu quis es qui ex aduerso respondeas Deo. Vel, Sanè veró. Vel, Tute enimuerò, homo, quis es &c. Ita Bud. Sed possumus illis ipsis particulis Imò verò, hîc quoque vti. Nisi malimus interpretari, Quin potius. Quam autem hoc in loco interpret. hisce particulis dabimus, eandem & in aliis nonnullis huius Apostoli locis dare oportebit. Quorum è numero est hic, eiusdem epist. ad Rom. cap. 10, Ἀλλὰ λέγω, Μὴ οὐκ ἤκουσαν; Μενοῦνγε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν. Vbi tamen vetus interpres (qui in altero illo capitis noni loco, particularum istarum interpretationem prætermiserat) vertit Et quidem: sed perperam. Vsus est & Lucas his voculis in illa significatione, nimirũ pro Imò veró: cap. 11. Ibi enim quum mulier quædam è turba Christo dixisset, μακαρία ἡ κοιλία ἡ βαστάσασά σε, καὶ μαστοὶ οὓς ἐθήλασας, respondet ipse, μενοῦνγε μακάριοι οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ φυλάσσοντες αὐτόν. vbi vetus ille interpres vertit Quinimò. Locũ autẽ hîc quoq; habere possit Quin potius. Sciẽdum

est autem inueniri etiam ἀλλὰ μὴν οὖν γε apud Paulum, (vt ad eum reuertar) epist. ad Philipp. cap. 3, ἀλλ' ἅπερ ἦν μοι κέρδη, ταῦτα ἡγοῦμαι δι' τὸν Χριστὸν ζημίαν. ἀλλὰ μὴν οὖν γε καὶ ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι, διὰ τὸ ὑπερέχον, &c. vbi vetus ille interpres vertit Veruntamen: alii, cum Erasmo, reddiderunt Quinetiam, & quidem rectius. Sed μὴν οὖν γε, præfixa illa particula ἀλλὰ, apud vllum ex classicis scriptoribus non memini me legere. Quod autē ad scripturam illam attinet μὴν οὖν γε, pro μὴν οὖν γε, quanuis vulgò receptam esse sciam, vix probare possum: nisi itidem μὴν οὖν scribamus. Cur enim μὴν οὖν quidem disiunctim, at μὴν οὖν γε coniunctim scribēdum esse censebimus? Apud Hesychium quidem certè μὴν οὖν itidem scriptum extat: sed quin tamen μὴν οὖν γε disiunctim scribamus, vt passim μὴν οὖν legimus, nihil obstare puto.

Μέν που, vt μὴν δὴ, Quidem, Quidem certè, Sanè, Vtique, Nimirum. Sophocles in Aiace, ὦ κλεινὰ Σαλαμὶς, σὺ μέν που Ναίεις ἁλίπλακτος ὀδαίμων, θάσσουσ' εὐφραντὸς αἰεί· Ἐγὼ δ' ὁ τλάμων, &c. vbi obseruā illis duabus particulis μέν που reddi δὲ, vt reddi solet particulæ μὲν per se positæ, id est sine alius adiectione. Aptissimè igitur hîc redditur Quidem: hoc modo, (vt Cam. vertit) Tu quidem istic manes oberrante mari felix, omnibus conspicua semper: ego verò miser, &c. Posset etiam verti, Ego autem miser: vel, At ego miser. Aliter apud Platonem De rep. lib. 7, γυμναστικὴ μέν που καὶ μουσικὴ ἔν γε τῷ πρόσθεν ἐπαιδεύοντο ἡμῖν. Eiusdem operis lib. 6. μνημονεύεις μέν που, ὦ δ' ἐγώ, ὅτι πολλὰ ἤδη ψυχῆς διεστασάμεν στασιάζουσαν. Apud eundem, epistola 7, εἰδέναι μέν που χρή, redditur Nimirum.

Μέν που interrogationi etiam adhibetur. vt à Platone Polit. lib. 1, φέρε δὴ τὸ πόνου δὲ πρὸς αὐτῶν πῶς λέγεις; τὸ μέν που δρεπτὸν αὐτῶν καλεῖς, τὸ δὲ κακίαν; πῶς γὰρ οὔ; Nempe horum alterum virtutem, vitium, alterum vocas? Hoc est οὐκοῦν, vt ibidem dixit Cic. Pro Milone, Quid ergo tulit Pompeius? nempe vt quæreretur? Bud.

Μέν ῥα poeticè, pro μὴν, sequente particula δὲ, in altera orationis parte. vt initio libri β Iliadis, Ἄλλοι μὲν ῥα θεοὶ τε καὶ αἰνόβιοι ἱππηκοροῦσαι Εὕδον παννύχιοι· Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος. In v.l. hæ duæ particulæ μέν ῥα exponuntur duabus istis, ὡς δὴ, nullo addito exemplo. Est autem sumpta ex Hesychio illa expositio: quæ tamen neque in illo Homeri loco locum habet, neque in alio vllo habere posse videtur. adeo vt suspicer non cōiunctim scripsisse Hesychium ὡς δὴ: sed particulas illas exposuisse particula δὴ, & alia quapiam separatim: pro qua irrepserit ὡς.

Μέν τ' αὖ, ex μέν τοι & αὖ, vide post Μέν τοι.

Μέν τε, pro μὲν, apud poetas inuenitur, & nominatim apud Homerum, sicut μέν ῥα. Vacare autem τε & cum aliis quibusdam vocibus notum est.

Μέν τ' autem pro Vtique ex Anthol. epigr. affertur. Eandem certè significationem habet interdum μέν τοι, in soluta oratione. ac fuerit fortasse dictum μέν τ' metri causa.

Μέν τοι, VEL Μέν τοι coniunctim, varios vsus habet, & variè redditur. Incipiam autem à Ciceroniana interpretatione, per particulam Sed. Hæc igitur Platonis in Phædro verba, νέος ἔτι ὦ Φαῖδρε Σωκράτης· ὃ μέν τοι μαντεύομαι κατ' αὐτό, λέγειν ἐθέλω, ita vertit, Adolescens etiamnunc ô Phædre Socrates est: sed quid de illo augurer, lubet dicere. Huic interpretationi affinis est ea qua redditur Verùm, quum videlicet aduersatiua esse censetur. vt in hoc Platonici Gorgiæ loco, ἀληθεῖς ἄρα οἱ ἔμπροσθεν λόγοι ἦσαν, ὅτι οὐδένα νῦν μεῖς ἴσμεν ἀγαθὸν ἄνδρα γεγονότα τὰ πολιτικὰ ἐν τῇδε τῇ πόλει· σὺ δ' ὡμολόγεις τῶν γε νῦν οὐδένα, μέν τοι ἔμπροσθεν, verùm maiorum quosdam fuisse. Xenophon, τοῦτο μέν τοι εἰδώς, οὐδὲν μᾶλλον δοκήσαιμι ὅπως δεῖ χωρεῖν. Sed in quibusdam locis μέν τοι, præfixa negatiua vocula μὴ, reddi posse videtur vel illa coniunctione aduersatiua Verùm, vel aduerbio Tamen. veluti in isto Aristotelis, οἷον, εἰ ὁ μὲν ἔπι τέκτων, ὁ δὲ γεωργός, ὁ δὲ ἄλλο τι ποιοῦντα καὶ τὸ πλῆθος εἶεν μυρίοι, μὴ μέν τοι κοινωνοῖεν ἄλλου μηδενὸς ἢ μέν τοι ποιοῦντων, οἷον ἀλλαγῆς ἢ συμμαχίας· οὐ δὲ οὕτω πόλις. Sic in isto eiusdem scriptoris loco, Polit. lib. 3, ὁμοίως δὲ οὐδὲ εἴπερ οἰκοῖεν χωρὶς, μὴ μέν τοι δοκοῦσιν ἀπόθεν εἶεν ὥστε μὴ κοινωνεῖν.

Μέν τοι siue Μέν τοι, non redditur dūtaxat Sed, seu Verùm, (sic tamen vt interdum ambiguum sit vtrum Verùm an Tamen interpretari oporteat: sicut paulo antè ostendi) sed interdum etiam Verò: veruntamen in certo quodam huius particulæ vsu. Si quidpiam concedere velis & fateri, (inquit Bud.) μέν τοι erit accommodatum. quemadmodum Verò & Sanè assentientis sunt. Xenophon in Œcon. εἰ καὶ ἐμὲ οὖν (ἔφη ἡ γυνὴ) δέοιτο ταῦτα ποιεῖν; δέοιτο μέν τοι (ἔφω ἐγὼ) ἔνδον μένειν. id est, Te verò, inquam, manere intus oportebit. Hūc enim vsum habet particula Verò apud Ciceronem cum alibi, tum in hoc Tusc. 5, loco, Quid igitur contra Brutum me dicturum putas? Attic. Tu verò, vt videtur, nam præfinire non est meum. Apud eundem, Sed quaro vtium aliquid actum superioribus diebus an nihil arbitremur. Attic. Actum verò, & aliquantum quidem. Affert autem hos locos in exemplum Budaus: qui interiecta & aliarum significationum mentione, tradit μέν τοι talem vsum habere qualem Et verò, in isto eiusdem Ciceronis loco, De diuinatione lib. 1, Tum Quintus, Dicitur quidem istuc (inquit) à Cotta: & verò sæpius. Hîc enim Et verò valere idem quod Et quidem. atque ita accipi μέν τοι à Xenophonte in Symposio, οὐδενὸς δὲ ἐρκίζοντες, ἀεὶ ὀμνύοντες, καλόν με φασὶ εἶναι· κἀγὼ μέν τοι πιστεύω. καλοὺς δὲ καὶ ἀγαθοὺς αἰδοῦμαι ὑμᾶς νομίζω. Subiungit autem huic Xenophontis loco quendam alium Ciceronis, ita vsurpantis Et verò: quem tibi apud eum videndum relinquo. Sed iis quæ ab eo dicuntur de μέν τοι significante Verò, addo duo: quorum vnum est, posse μέν τοι, vbi redditur Verò, aliter quoque reddi. Veluti in illo Xenophontis loco, qui allatus fuit ex eius Œconomico, εἰ δὲ ἐμὲ οὖν (ἔφη ἡ γυνὴ) δέοιτο ταῦτα ποιεῖν; δέοιτο μέν τοι (ἔφω ἐγὼ) ἔνδον μένειν. Hîc enim vt possimus interpretari, Te verò, inquam, intus manere oportebit: ita etiam verterimus commodè, Te quidem certè manere intus oportebit. Itidémque Vtique vel Nimirum locum hîc fortassis haberepoterit, aut etiam aliud quodpiam vocabulum. Alterum autem quod addere volo iis quæ à Budæo hîc dicta fuerunt, est istud: habere coniunctionem μέν τοι (siue pro vna particula siue pro duabus habeamus) alium quoque voculæ Verò vsum: eum nimirum qui ei vsitatior est. vt in isto Demosthenis loco, oratione in Midiam, pag. 239, ἐγὼ δ' εἰ μὲν οὐ συμβουλεύων ῥήτωρ ἐστὶν, οὔτε φύγοιμ' ἄν, οὔτ' ἀπαρνοῖμ' ταῦτα τοιοῦτο· εἰ μέν τοι ῥήτωρ ἐστὶ, οἵοις ἐνίοις νῦν λεγόμενον ἐγὼ καὶ ὑμεῖς δὲ ὁρᾶτε, αἰαῖ δεῖς, καὶ δεῖ ὑμῶν πεπλουτηκότας, οὐκ ἂν εἴη ἀπόκρισιν ἐγώ. id est, Si verò eiusmodi est orator, &c. vel, Sin eiusmodi est, &c. Sic autem & in aliis plerisque eiusdem scriptoris præsertim locis, particulæ μέν τοι subiungitur μέν τοι hunc eundem vsum habens. Itidémque apud Xenophontem particulæ μέν τοι subiungi μέν τοι videmus, cum alibi tum in isto loco, ὑπὸ μὲν τοῦ κατάλυσιν τοῦ πολέμου ἐκ τῆς ἀποδημίας, ἰωὶ μέν τοι αὐτόθεν ἐφαίνω. Eodémque modo μέν τοι subiūgitur τῷ μέν, in isto eiusdem scriptoris loco, ἀναβάσεως lib. 6, pag. 219, meæ editionis, Γέγραφ, ὦ ἄνδρες, ἡδέως μὲν ὑπὸ ἐμοῦ τοῦ μέν τοι θρόνου, εἴπερ ἄνθρωπός εἰμι· καὶ χαίρειν ἔγωγε, καὶ δύναμαι δοκεῖν μοι τοῖς θεοῖς, εἴπον πόνος ἐμοῦ ἀγαθοῦ γενέσθαι· τὸ μέν τοι ἐμὲ τοσοῦτον ὑπὸ ὑμῶν ἐρόμενον. Λακεδαιμονίου ἀνδρὸς παρόντος, οὐκ ὑμῖν οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ συμφέρον εἶναι. Fuerunt autem afferenda loci huius verba altius repetita, vt harum particularum vsus perspicià lectore posset. Romulus Amasæus interpres (quem ego summa in locis quos intelligebat interpretandis non dexteritate solùm sed felicitate vsum esse iudico: & in quibusdam præstitisse quod pauci alii assequi potuerunt, vt nimirum nihil minus quàm interpretem agere videri posset) μέν τοι hoc in loco vertit Sedenim: non malè, mea quidem sententia. Hoc tantùm displicet, quòd particula Verò paulo pòst vtitur, in vno eodémque orationis membro. Ita enim hæc vertit, Ego, milites, magnopere lætor, quum tantum mihi video à vobis honorem haberi, si quidem humano sensu præditus sum: ac vobis sanè gratiam habeo: deósq; oro vt mihi eam facultatem dent vt vobis

quamoptimè aliquando consulere possim. Sedenim mihi non video cur studeatis imperium decernere, quum Lacedæmonium hominem habeatis: id verò ego si accipiam, neque è vestra neque ex mea re fore arbitror. Hoc in loco vt μέν τοι rectè mihi videtur vertisse Sedenim, ita perperam subiunxisse Verò. Hac enim particula antea potius vtendum erat, eo videlicet in loco vbi Sedenim vsurpauit. Aut certè, quoniam Sed vel Sedenim magis ibi conuenire videtur quàm Verò, dicēdum fuisse videtur, Id enim: aut alia huius significationis particula vtendum.

Μέν τοι, siue Μέν τοι, quod Cicero reddit Verò, reddendum potius censerem Imo verò, in isto Platonis loco, De rep. lib. 1, πῶς, ἔφη, ὦ Σοφόκλεις, ἐὰν σὺ τὸ γήρας φέρῃς; ἆρ' οἷός τ' εἶ μοι καὶ συγγίγνεσθαι; καὶ ὅς, Οὐ μέν τοι, ἔφη, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμένιστα μέν τοι αὐτὰ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποφυγών. Ita enim ille hanc historiam narrat, ex hoc ipso loco sumptam, in libro De senectute, Bene Sophocles: quum ex eo quidam iam confecto ætate quæreret vtrutérne rebus venereis. Dii meliora, inquit, libenter verò istinc, tanquam à domino agresti ac furioso, profugi. In v.l. affertur μέν τοι & pro Atqui: absque vllo tamen exemplo. Sed aliquis fortasse μέν τοι, quod in illo Platonis loco legitur, in huius significationis exemplum sumere non dubitauerit.

Μέν τοι, siue Μέν τοι, Porro. vt quidam interpretantur in isto Xenophontis loco, οἱ μέν τοι ἀγαθοὶ οἰκονόμοι, ὅταν τὸ πολλοῦ ἄξιον μικροῦ ὀξῇ πωλῶσι, πότε φασὶ δεῖν ὠνεῖσθαι. Μέν τοι, vel Μέν τοι, pro αὖθις, id est, Vice versa & Rursus: ponitur, vt inquit Bud. afferēs in exemplum hunc Aristophanis locum, πρὸς γίγνεσθαι αὖ τοῦ μηδέν, μὴ μέν τοι μηδ' ὅπλεσθαι. Quanquam & pro Etiam intelligi potest, (vt idem subiungit) sicut Cicero De vniuersitate, Nihil porro igni vacuum videri potest, nec verò tāgi, quod careat solido. Affértque & alios eiusdem scriptoris locos vbi Verò pro Etiam accipi censet: existimans nimirum, sicut μέν τοι plerunque respondet particulæ Verò, hæc autem interdum pro Etiam posita inuenitur, ita quoque μέν τοι pro Etiam posse accipi. Sumptus est porro à Budæo locus ille ex Aristophanis Pluto, in quo ostendens poeta quid sit inter πένητα & πλούσιον discriminis, hæc scribit, Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος οὐ σὺ λέγεις, ζῆν ἐστι μηδὲν ἔχοντα· Τοῦ δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα. Γενεσίγνεσθαι δ' αὖ τοῦ μηδέν, μὴ μέν τοι μηδ' ὅπλεσθαι. Fortassis autem μὴ μέν τοι reddi posset hic (vt in illis Aristotelis locis qui allati paulo antè fuerūt) Non tamen. vt perinde sit ac si diceret, nihil ei superesse, sic tamen vt nihil desit. Sunt qui μέν τοι verterint Item, hoc in loco. E quibus est is qui versus illos Græcos his Latinis reddidit, — mendici est, quem narras, proprium, prorsus vt habeat nil: Eius qui fiet inops, contrà operi intentum viuere parcé: Cui desit ad communem vsum nil, cui supersit item nil. Sed ita ordinem verborum περιγίγνεσθαι & ὅπλεσθαι, permutando, μέν τοι non posset illo aduerbio Tamen reddi.

Μέν τοι, vel Μέν τοι, interrogatiuè etiam vsurpatur. Huiúsq; vsus ex illo ipso comico Aristophane exemplum affertur, in Nubibus, τί μέν τοι πρὸς τοῦτον ἰῶ; vbi redditur particula Sed, (pro qua vsurpari docui & antea, citra interrogationem) hoc modo, Sed quid primum erat? Additúrque, sequi paulo pòst, τίς ἰῶ; ἐν ᾗ μαπόμεθα μέν τοι ἄλφιτα. Vbi tamen μέν τοι non itidem interrogatiuè vsurpatur. Sunt qui hic reddant Quidem: ego malim Nimirum.

Μέν τοι, vel Μέν τοι interdum ornatus causa magis quàm significationis ponitur, vel explendæ orationis gratia. Xenoph. in Symposio, καὶ αὐτίκα μὴν μέν τοι ὦ σοφιστὰ ἐλεγχόμενος. Νὴ Δί', ἔφη ὁ Σωκράτης, αὐτέχεσθαι μέν τοι. ἔπει καὶ οἱ μαντεῖς λέγονται δὴ τοῦ αὐτοῦ μὴ μέν τοι προορᾶν τὸ μέλλον, ἑαυτοῖς δὲ μὴ μέν τοι ὁρᾶν τὸ ὄπισθεν. Id est, Et patere tu quidem ô sophista te conuinci. Patiatur verò ipse quidem, inquit Socrates. Vel potius in secundo loco, Patiatur sané. Bud.

Dicitur ETIAM Μέν τοι, ITEM Μέν τοι γε. Demosthenes. Pro corona, τοῦτα ἄξια μὲν χαίρειν καὶ ἐπαινεῖν κρίνων, πόρρω μέν τοι τοῦ ἐμαυτοῦ πεπολιτευμένων. Luc. Μέν τοι γε dixit, ἐγὼ μέν τοι γε πολὺ τοῦ κολακευομένων τοὺς κόλακας ἐξωλεστέρους ὑπείληφα. Pro hoc fortasse Cicero Verò, & Quidem iunctim dixit: vt in primo De finibus, Vtrum igitur percurri omnem Epicuri disciplinam patet, aut de vna voluptate quæri? Tuo verò id quidem arbitratu, ὅπως μέν τοι γε σοὶ δοκεῖ. Hæc Bud. qui videtur existimasse μέν τοι που in illo Demosthenis loco accipiendum esse pro Verùm: quoniam illum subiungit Platonico cuidam antea prolato, vbi μέν τοι interpretatus erat Verùm. Sed fortasse nō minus commodè reddi potest Tamen. In Luciani autem loco alius est τῷ Μέν τοι γε vsus: ac fortasse non malè reddetur Quidem certè. sic tamen vt Budæi interpretationem minimè reiiciendam esse existimem.

Dicendum hic est & de PARTIC. Μέν τ' αὖ, quippe quæ ex μέν τοι & αὖ compositæ sint, vt annotat Bud. cui meritò fidem hac in re adhibebimus: quum μέν τ' αὖ pro μέν τε αὖ nullo posse modo accipi, vel ex iis quæ affert exemplis longè manifestissimum sit. Sophocles in Aiace, Γένοιτο μέν τ' αὖ παῖ θεοῦ πεχωρισμένου. Demosthenes Pro Ctesiphonte, ἐμὲ δὲ ὦ τί τοτε γεγενῆσθαι, τὸ τίνος φρόνημα λαβόντα, αἰαβαίνειν ὅτι τὸ βῆμα ἐδεῖ; τὸ τούτων αὖ ἀξιοῦν ἐρωτῶντες; δικαίως μέν τ' αὖ ἀπέθανον, Atqui si hoc commisissem, iure ab ipsis morte affectus fuissem. Apud eundem in oratione quæ πρὸς Φίλιππον inscribitur, ἐπειδὰν δ' ἀκούσῃ τοῦ λέγοντος, ἀποδεικνύντος ἐν ὑμῖν, τί καὶ πεπόνθασι ζητοῦντες; πολλὰ αὖ ἀλίσκεται, ἐξὸν ἐλάττω; καὶ πάντα θεραπεύειν βουλήσεται, δύο ἢ τρεῖς ἐξόν; μαίνοιτο μέν τ' αὖ, at furore id agitari esset. Apud eundem μέν τ' αὖ exponit τίνων, hoc in loco, μαχαίλω μέν τ' αὖ δρέπω, μᾶλλον δ' πέχθω, ἔθης αὖ θυρικώς. Hæc Bud. qui hoc ipsum τίνων, quo explicat μέν τ' αὖ, exponit itidē Atqui: vt apud eundē videbis, in loco ex oratione πρὸς Λεπτίνου deprompto. Quod autē ad illum Aiacis Sophoclei versum attinet, Γένοιτο μέν τ' αὖ παῖ θεοῦ πεχωρισμένου, sciendum est nullo pacto conuenire illi posse interpretationem quam Budæus Demosthenis loco tribuit, qui hunc Sophocleum proximè apud eum sequitur: videlicet Atqui. Quòd si id existimauit ille, (vt certè existimasse videtur, quum loco illi cæteros tāquam similes subiungat: id est, tanquam in iis μέν τ' αὖ eādem significationem habeat) hoc inde contigit quòd præcedentium minimè recordaretur. Nam tantum abest vt μέν τ' αὖ in illo Sophoclis loco aduersandi vim habeat, qualem habet Atqui: vt contrà sit assentientis quodāmodo. Quum enim (pag. 6, meæ editionis) dicenti Mineruæ de Aiace, Ἀλλ' οὐδὲ νῶϊ σε μὴ παρόντ' ἴδ' ἡ πέλας, respōdisset. Vlysses, Πῶς; εἴπερ ὀφθαλμοῖς γε τοῖς αὐτοῖς ὁρᾷς; Minerua dubitationem illam eximens, dicit, Ἐγὼ σκοτώσω βλέφαρα καὶ δεδορκότα. Ad quæ ille, Γένοιτο μέν τ' αὖ παῖ, θεοῦ πεχωρισμένου. adeo vt manifestum sit μέν τ' αὖ assentientis esse, vti dixi: potius quàm aduersantis. Quidam interpr. Scilicet: quam interpretationem tolerari posse arbitror: sic tamen vt non minus placeat Nimirum; vel Nempe: aut Equidem, vel Quidem certè. Sed vtendo duabus hisce particulis, eas cum participio potius quàm cum verbo iungerem. hoc modo, Deo quidem certè industriam suam commodante, nihil est quod fieri non possit. Is autem qui versibus hanc tragœdiam iampridem reddidit, planè alienam ab autoris sententia interpretationem attulit: hanc nimirum, — quæ fausta sunt, Diis agantur omnia gubernātibus. Quod autem ad scripturā harum particularū attinet, id est particulæ μέν τ' cui aliæ sunt annexæ, sciendum est coniunctim potius scribi quū alicui earum quæ encliticæ sunt, & plerunque etiam προσπληρωματικαί, præfigitur: veluti quum dicitur μέν που, vel μέν τοι: sic μέν τοι που & μέν τοι γε. At μέν τοι & μέν τοι disiunctim scribi debere, minimè controuersum est. De μέν οὖν γε verò quid sentirem, antea docui.

Μέν interdum apud poetas particula προσπληρωματικὴ esse, ideóque pro enclitica debere haberi videtur: vsurpatúrque hoc modo post οὐδὲ nonnunquam, nisi me memoria fallit. Inuenitur autem & præfixam habens particulam γε: vbi non immeritò προσπληρωματικὴ esse dici itidem poterit. atque adeò quotundā exemplarium scripturam sequēdo, enclitica censeri poterit:

in iis enim ſcriptum eſt γέ μήν, in Antholog. Epigr. Hoc quidem certè rationi conſentaneum eſt vt hanc ſcripturam probemus, ſi παραπληρωματικὴν eſſe huiuſmodi in locis voculam illam cenſeamus. Frequentior eſt tamen altera ſcriptura, quæ videlicet particulam γε diſiungit à μήν. Afferunt autem vulg.lex. has particulas ex Heſiodo pro Autem: in Theog. Βριάρεών γε μὴν πῦν ἐόντα, Briareum autem ſtrenuum. Et pro Quidem: ex eodem poemate, οἵγε μὴν ὃν θεόφιν. Item pro Tamen, ex eodem, — πολλαί γε μὴν εἰσὶ καὶ ἄλλαι, multæ tamen ſunt & aliæ. Afferunt etiam ex Homero in Bœotia, -- ἀνὴρ οἳ αὔαρχοι ἔσαν, πόθεόν γε μὴν ἀρχόν: addúntque, legi etiam πόθεόν γέ μιν ἀρχόν. Sed Euſtathius ſuis ſcholiis verba illa textus inſerens, alteram illam ſcripturam ſequitur, quam mihi magis probari modò dicebam. Scribit enim πόθεον γέ μὴν, non πόθεόν γε μὴν. Neque verò illius alterius lectionis γέ μιν mentionem vllam facit. Ac illa altera lectio quæ alii Hom. verſui paulo pòſt ſequenti conuenit eiq; tribuitur, falſò iſti adſcribitur fortaſſis in vulg.lex. Legimus enim paulo pòſt, -- ἀνὴρ δὲ τε λαοὶ Δεύονθ' ἡγεμόνος, πόθεον δέ μιν ἐσθλὸν ἐόντα. vbi pro δέ μιν verisimile eſt legi etiam γέ μιν: at Euſtathius legit, πόθεον γέ μὴν, ſicut & in illo ſuperiore. Vbi etiam innuit γέ μὴν ſignificare Tamen: ſcribens, διὸ καὶ τὴν κόσμιον ἔχοντες, ἐπίθεον ὅμως καὶ ἀπόντα τὸν κρείττονα. Sciendum eſt postro in principio prioris illius verſus ex eodem Bœotiæ loco allati haberi hanc particulam poſt οὐδέ. ita enim totus verſus ibi ſcriptus eſt, Οὐδὲ μὴν οὐδ' οἳ αὔαρχοι ἔσαν, πόθεόν γε μὴν ἀρχόν. Vtrobique autem enclitice illam particulam ſcribo, ſequendo ea quæ paulo antè dixi. Sed μὴν aliud in priore verſus parte, aliud γέμὴν in poſteriore ſignificat. Nam οὐδὲ μὴν οὐδ' οἳ ſonat, Ac ne hi quidem: (exponitúrque οὐ μὴν οὐδέ) at πόθεον γέ μὴν ſignificat Deſiderabant tamen.

ATTICE Μενί, pro μὴν, apud Ariſtophanem præcedente aduerbio ἰοῦ. Scribi autem & ἰοῦ μὴν & ἰοὺμὴν coniunctim, docui in mea Appendice ad ea quæ de dialectis Ioannes Grammaticus & Corinthus ſcripſerunt, nimirum in iis quæ in articulum huius LXI annotaui, pag.50.

Quum in proximè præcedentibus de particula μὴν egerim, hîc de particula μὰν eadem opera eſſe agendum cenſeo: in dubio relinquens tamen an hæc ex illa facta ſit. Ad μὰν autem quod attinet, non eſſe diuerſam voculam à μὲν, ſed Doricè α in ea poni pro η, ſatis notum eſſe poteſt. Cæterùm quum μὲν nonnullis voculis ſubiungatur, de quibus quum diſſererem, declarāda ſimul huius particulæ illis adiunctæ fuit ſignificatio: ad ſing ulos huius operis locos vbi dictum de ea fuit, lectorem remittam, reliqua, id eſt, quæ dicenda de ea ſuperſunt, illis adiicere contentus.

MHN, particula non ſubiuncta alii particulæ, & cum earum aliqua velut copulata, (qui vſus eius alioqui eſt frequentiſſimus) ſed per ſe poſita, interdum quidem officio fungens τῆς δέ, redditur particulæ μὴν, & ei in altera orationis parte reſpondet. vt in iſto Platonis loco, πᾶς γὰρ δημιουργὸς ἕνεκά τινος, παντὸς μὴν ἕνεκα πάντα ἐργάζεται, θεὸς τὸ κοινῇ σωτείνον βέλτιστον· μέρος μὲν ἕνεκα ὅλου, καὶ οὐχ ὅλον μέρους ἕνεκα ἀποτελεῖται. Sic apud eundem in Epinomide, ὦ φίλε Κλεινία καλῶς μὴν λέγεις· ἀπόπειν μὲν ἀκούσεσθαί σε λόγον οἶμαι, καὶ πινα θόπον οὐκ ἄπορον αὖ. Vbi μὲν Bud. vertit Cæterùm: ita reddens hunc locum, Rectè quidem loqueris, ó Clinia, cæterùm abſurdum ſermonem, vt opinor, auditurus es, & rurſus eundem modo quodam non abſurdum. Vbi particulam μὲν pro γεμὲν poſitam eſſe tradit: ſubiungens, Hermogenem quoque vſum eſſe illa pro δέ. In iſto autem eiuſdem Platonis loco, Leg.lib.11, δεύτερος μὲν νόμος, μέτοικον εἶναι χρεὼν ἢ ξένον ὃς μέλλει καταπλεύσειν, vult μὲν poſitum eſſe itidem pro γεμὲν, vel pro δέ. At in loco quem primum ex eodem ſcriptore attuli, πᾶς γὰρ δημιουργὸς &c. (præcedente particula μὴν) non aliū voculæ μὲν quàm particulæ δὲ vſum tribuit. Sic pro δὲ accipi teſtatur in iſto Alciphrontis loco, initio cuiuſdam epiſtolæ, Οἴχεται Βακχὶς ἡ καλή, Εὐθύκλεις φίλτατε, οἴχεται· πολλά τε μοι καταλιποῦσα δάκρυα καὶ ἔρωτος ὅσον ἡδίστου τὸ τέλος οὐ πονηροῦ μὲν μνήμῃ. (Scimus autem δὲ pro loco aliter atque aliter reddi. Interdum enim δὲ non Verò vel Autem redditur: ſed debet potius verti Verùm aut Sed, aliáve quapiam huiuſmodi particula) Idem interpr. Verò, in iſto Platonis loco, πάσχουσι γὰρ δὴ τοιοῦτα αἱ πόλεις νεῶν χρόνον ἀπέσχοντο, ὅμως ἔνιαι ἔνεισι αὐτῶν μόνιμοί τε εἰσὶ καὶ οὐκ ἀναστρέφονται· πολλαὶ μὲν ἔνιοι, καθάπερ πλοῖα καταδυόμενα διόλλυνται, καὶ διολώλασι, καὶ ἐπὶ διολοῦνται. Mὲν nō rarò ponitur & pro Tamen, & quidem præcedente nonnunquam eodem modo particula μὴν. Sic ex Plat. epiſt. 7, affertur μὲν pro Tamen: vbi ſcribit, ἀξιῶ μὲν, ἔφην, μὴ κύριον ἡγεῖσθαί σε Δίωνος ἐμέ. Sic ex Xenophonte, vbi ſcribit, ὅλως μὲν τὸ ὑπαίτιον εἴ τινι, οὐ πάνυ πρεσβύτερος εἰμί. At verò μὲν pro Tamen, præcedente μὴν, habes in iſto Syneſii loco, ἀλλὰ μόλις μὴν αὖ ἐν τῇ θνητῇ φύσει συμπλεκθεὶς ἰόμῆς τε καὶ φρόνησις· ἔστι μὲν ὅτε συνάγχῃ αὐτὸς ὁ Θεός. Sed alicubi præcedente μὴν, ſequitur μὲν, vbi tamen interpretatio illa non conuenit, qua redditur Tamen. Exemplum eius rei habemus in iſto Platonis loco, epiſtola 7, ταῦτα δὴ πρὸς τοῖς πρόσθε διανοούμενος, εἰς Συράκουσας διεπορευόμην· ἴσως μὲν κατὰ τύχην· ἔνια μὲν ἴσως μαχανωμένῳ πεὶ τὴν κρείττονων, ἀρχὴν βαλέσθαι τὴν τοῦ γενόμενον πραγμάτων πρὸς Δίωνα καὶ τοῖς περὶ Συρακούσας. Hic enim Bud. μὲν poſitum eſſe ſcribit pro δὴ, vel potius pro γεμὲν. Sed nihil obſtat fortaſſe quominus hîc quoque pro Tamen accipiatur. Inuenitur etiam ὅμως μὲν: vbi vel hæc duo ponuntur ὀκ πρόσκαιρον, (ſicut τυχὸν ἴσως, & λίαν παύ, atque alia pleraque) vel μὲν vacat. Plato in Politico, τοιόν δέ τι δεῖ γε ζητεῖν, οὐ πάνυ ξαδίως δὲ δὲ ῥᾴδιον ἰδεῖν· ὅμως μὲν πειρώμεθα λαβεῖν αὐτό.

Mὲν (vti dixi) pleriſque particulis ſubiungitur. dicitur enim Ἀλλὰ μὲν, & Γεμὲν, & Καὶ μὲν, & Οὐ μὲν, & quidem ſequente interdum tertia quapiam particula, vt mox docebo.

Ἀλλὰ μὲν & Ἀλλὰ μὲν οὐδέ, vide Tomi 1, col. ſeu ſemipag. 336. g.

Γεμὲν autem (quod reſeruatum in hunc locum fuit) ſignificat Verò & Porro. hoc eſt μὴν τοι, inquit Budæus, afferens ex Xenophonte, τοῖς γεμὲν ὀρχεῖν δεῖ μὴ μεγάλους τὸν ἵππον ἔχειν. Ex eodem, ὅσφιν γεμὲν ὅσῳ αὖ πλατυτέρα καὶ βραδυτέρα ἦ, τοσούτῳ ῥᾷον ὁ ἵππος τὰ πρόσθεν αἴρεται. Ex Platone item, De leg. lib. 10, ἐπόμθυοι γεμὲν αὐτοῖς, σκεψόμεθα τοῖς ὀκεῖθεν, τί ποτε καὶ τυγχάνουσι διαιοούμθυοι. In v.l. γὲ μὲν traditur ſignificare Vtique, Autem, Verò: necnon Tamen, Porro, Sané. Interdum etiã, Atqui, Quãquam. Sed trium duntaxat ſignificationum exempla afferuntur. Pro Porro, ex Xenophonte, ὁσμῶν γεμὲν τί αὖ ἡμῖν ὄφελος; odorũ porro quæ nobis vtilitas? Item ἐπὶ γὲ μὲν pro Atque etiam, ex Alexandro Aphrodiſæo. Subiungitúrque hic locus ſine autoris nomine, εἴγε μὲν μηδεὶς δύναιτ' αὖ ἐξελέγξαι με, πῶς οὐκ αὖ ἤδη δικαίως ἐπαινοίμεν; pro Quòd ſi nullus, &c. Sed quum duæ tantùm reperiantur harum particularum ſcripturæ, in fide dignis exemplaribus, tertiam hîc videmus. Prima ſcriptura eſt qualis in illo Xenophōtis loco, τοῖς γεμὲν ὄρχεῖν: item, ὁσφὺς γεμὲν: item, ὁσμῶν γεμὲν, &c. Secunda autem eſt, ſi τοῖς γε μὲν, & ὁσφὺς γε μὲν, & ὁσμῶν γε μὲν ſcribamus: vt videlicet γε ſub præcedentis vocabuli accentu pronuntietur. At tertia eſt quum ὁσμῶν γὲ μὲν ſcribitur, vt habent v.l. ita vt particula γε nec ſub præcedentis vocabuli accentu legatur, nec tamen cum μὲν iungatur. In iiſdem

iiſdē v.l. ſcriptum eſt in iis qui allati modò fuerūt locis, ἔπ γὲ μὲν, & εἰ γὲ μὲν, vbique particula γε ſuum accentum habente. Verùm etiamſi concederem ſcribi poſſe ἔπ γὲ μὲν, non tamen itidem poſt ὁσμῶν & εἰ ſcripturam illam admitti poſſe putarem: quum in vocem ἔπ minimè reiici poſſit accentus, vt in ὁσμῶν & εἰ reiici poſſe ſcimus. Sed γεμὲν coniunctim vbique ſcribendum potius cenſuerim. Atque hanc ſcripturam apud Herodotum etiam reperio: vt in Polymnia, pag. 274, meæ editionis, ἐγὼ ὃ ὀφείλω λέγειν τι λεγόμενα, πείθεσθαι γεμὲν οὐ παντάπασι ὀφείλω. hanc enim ipſam ſcripturã ea quoque editiones quæ meam præceſſerunt, habent. Vbi γεμὲν particula Sed, ſiue At, aut etiam Tamen redditur. Sic autem & γεδὴ coniunctim ſcriptum alicubi inuenio.

Ἦ μὲν, Certè quidem, Equidem, Profectó. Hom. Il. β, Ἦ μὲν ἢ πόνος ἐστὶν ἀνιηθέντα νέεσθαι. (Alibi autem ἦ μὰν Doricè ſcribit, vt docebo vbi de μὰν differã) Ariſtoph. in Pluto, ἦ μὲν ὑμεῖς γ' ἐπ' μ' ὀρθῶς μεθεπέμψασθον. Apud eundem in Nubibus, Ἦ μὲν οὐ τοῦτοις τὸν χρόνῳ ποτ' ἀχθέσῃ. quem locum vulg.lex. perperam afferunt, vt ſponſionibus & expromiſſionibus has particulas conuenire probent. Illis enim alicubi adhiberi non inficior: ſed hunc verſum nihil tale habere dico. Apud Platonem in Euthydemo poſt exclamationem, ὦ Ζεῦ, ἔφην ἐγώ, ἦ μὲν καὶ τὸ πρότερόν γε ὑμῶν ἐφαίνη καλὸν τὸ ἐρώτημα. Vbi etiam addi γε obſeruandum eſt, & DICI Ἦ μέν γε pro ἦ μέν. nam γε quod hîc habetur poſt πρότερον, non ſecus ad ἦ μὲν pertinere cenſeri poteſt, quàm pertinet ad ἀλλὰ μὲν, vbi Demoſth. ſcribit, ἀλλὰ μὲν ὑπόρ γε τῶν, &c. Item ad καὶ μὲν, in hoc eiuſdem loco, καὶ μὲν πρὸς ἄν γε πρεσβεύεται ξαπεῖπεῖν.

Ἦ μὲν frequentiſſimum in iureiurando vſum habet. Demoſth. καὶ κατὰ πάντων ὄμνυε ἢ μὲν ἀπολωλέναι Φίλιππον. Sic apud Thuc. Xen. Platonem, aliióſque veteres ſcriptores, poſt ὀμόσαι addi ſolet ἦ μὲν pleriſque locis. Eadē ratione poſt ὁρκοῦν adiicitur, quod ſignificat Iuſiurādū exigere. vt Thuc. lib. 8, pag. 286, meæ edit. ὥρκωσαν πάντας τοὺς ὁραπώτατα τοὺς μεγίστους ὅρκους, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐκ τῆς ὀλιγαρχίας μάλιστα, ἦ μὲν δημοκρατήσεσθαί τε καὶ ὁμονοήσειν. Quinetiam ſimplici & nudæ promiſſioni ſeu ſponſioni (id eſt, cui iuſiurandum non interuenit) interdum adhibent ἦ μέν. vt legimus apud eundē hiſtoricum, lib. eodem, pag. 288. ὡς Τισαφέρνης αὐτῷ ὑπεδέξατο, ἦ μὲν, ἕως αὖ τι τοῦ ἐαυτοῦ λείπηται, τοῦ λοιποῦ πιστεύῃ, μὴ ἀδικήσειν αὐτοὺς Ἕλληνας. Niſi fortè quiſpiam, quanuis non adiiciatur verbum quod iurare ſignificat, tamen ἦ μὲν eandem vim habere, atque adeo ante ἦ μὲν ſubaudiri debere exiſtimet: vt perinde ſit acſi dictum eſſet, ὑπεδέξατο, ὀμνύων ἦ μὲν, &c.

Καὶ μὲν item, quoniam in Καὶ non expoſui, hîc exponã. Eſt igitur καὶ μὲν, apud Homerum Quinetiam: Od. λ, Καὶ μὲν Ταύταλον εἰσεῖδον χαλεπ' ἄλγε' ἔχοντα. Paulo pòſt, Καὶ μὲν Σίσυφον εἰσεῖδον κρατερ' ἄλγε' ἔχοντα. Vſus autem fuerat aliquanto antè particula καὶ ſine μὲν, hoc in verſu, ſimilem alioqui narrationem habente, (ſimilem voco cuius ſimilis eſt forma) Καὶ Τιτυὸν εἶδον, γαίης ἐρικυδέος υἱόν. In ſoluta quoque oratione legiſſe mihi videor pro Quinetiam, ſed potius ſequente καί. Bud. tradit ſignificare Et quidem, item Atqui: afferens ex Plat. Politico, καὶ μὲν οὐ φαῦλόν γε αὖ κινήσας τις τοιοῦτον τὸν λόγον αὐτοῦ καθαρὰν, & quidem. Ex eodem eius libro affert καὶ μὲν ſequente καὶ pro Atqui: καὶ μὲν καὶ πρὸς ὀκεῖνα οὐδὲ αὖ πρῶτον. Sic καὶ μὲν, non ſequente illa copula, ex Ariſtide, in aſſumptione, pro Atqui: vt ἀλλὰ μὲν: vbi ſcribit, πρὸς τοὺς τε τὸ φωνάς, ἐὰν ἐν καὶ πρὸς τοὺς ἐνθάδε. δεηθέντας δέ τινι, καὶ τυχεῖν. καὶ μὲν τοῦτό γε ἀμήχανον, μὴ θεοφιλεῖς ὄντας. Sic καὶ μὲν οὐδὲ pro Atqui neque, vel Neque verò, ex Demoſth. καὶ μὲν οὐδ' ὀκεῖνο καλόν. Apud eundem legimus & καὶ μὲν ſequente μὴν, & in altera orationis parte δέ: vbi ſcribit, καὶ μὲν πάντα μὴν αἰρεῖν ἀλαζεύεσθαι δεῖ ποιεῖν, μάλιστα δὲ τοῦτο. Sic & apud Thuc. καὶ μὲν οὐδέ, pro Neque verò.

Καὶ μὲν δὴ, Imò, Enimuerò, Sedenim. v.l. abſque vllo exemplo.

Καὶ μὲν εἰ, Quòd ſi, v.l. ne hîc quidem allato vllo exēplo. Fortaſſe autem reddi poteſt etiam Atqui ſi.

Καὶ μὲν καί pro Quinetiam alicubi inuenitur, ſicut καὶ δὴ καί. Habent alioqui & alium vſum hæ particulæ καὶ μὲν καί, vt vides in loco qui ex Platone allatus fuit; vbi de Καὶ μὴν agebatur. Sed pro Quinetiam inuenitur ETIAM Ναὶ μὴν καί. Dionyſ. ὁ περιηγητὴς, pag. 151, editionis paternæ, Ναὶ μὴν καὶ λειμῶνες ἀεὶ κορόωσι πετήλοις. At in v.l. eſt SCRIPTVM Ναὶ μὲν coniunctim: quod exp. Inſuper, Verè, Sané. abſque exemplo.

Καὶ μὴν οὐδὲ vide paulo antè in Καὶ μὲν.

Καὶ μέν που, ſequente καί, ſicut & καὶ μὲν, Et quidem; vt exp. B. in hoc Themiſtii loco, in oratione quæ περὶ φιλίας inſcribitur, καὶ μέν που καὶ πόθεν δεῖ σκοπεῖν, εἰ βάσκανος, εἰ φθόνου κρείττων. At verò καὶ μὲν καί ex Platone in aſſumptione poſitum affert, (vt aſſumptioni adhibitū vidiſti ſuprà καὶ μὴν, apud Ariſtidem) De rep. lib. 2, in fine pag. 27, Aldinæ, vbi interrogatiuè ponitur: καὶ μέν που καὶ τά γε ξυνθέτα πάντα σκεύη τε καὶ οἰκοδομήματα καὶ ἀμφιέσματα, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τὰ δὲ εἰργασμένα καὶ δὲ ἔχοντα, ὑπὸ χρόνου τε καὶ τῆς ἄλλων παθημάτων ἥκιστα ἀλλοιοῦται; ad quam interrogationem reſpondetur, ἔστι δὴ ταῦτα. Sed quanuis hîc ſicut in loco Ariſtidis aſſumptioni adhiberi velit, (quū alioqui diuerſam eſſe huius formā manifeſtū ſit) nō tamē reddere itidē poteſt Atqui, quū adūerſatiuè nō ponatur. Nec malè fortaſſis à Ficino redditur Quinetiam. qui & citra interrogationem legiſſe videtur: hoc quoque forſitan non malè. vt autem hîc interpretabimur, ita interpretari poterimus & in iſto eiuſdem Platonis loco, De rep. lib. 6, pag. 2, καὶ μήν που καὶ πόθεν δεῖ σκοπεῖν, ὅπαι κρίνειν μέλλῃς φύσιν φιλόσοφόν τε καὶ μή; Vbi idem interpres vertit Præterea: quod cum Quinetiam ſignificatione conuenire ſcimus.

Μὴ μὲν, idem quod οὐ μὲν, Non tamen. Sed multo vſitatius eſt οὐ μὲν quàm ἦ μέν. Bud. ex ſolo Chryſoſtomo exēpla profert. quorum vnum eſt hoc, ὅπ σωθέσαιμεν αὐτῷ ἡμαρτῆσθαι πνὰ ἁμαρτήματα, μὴ μὲν αὐτὸν εἰδέναι τοῦτο ἁμαρτήματα. In altero autem, μὴ μὲν reſpondet præcedenti μὴν: vbi ſcribit, ἐπειδὴ γάρ ἐστιν εὐλογῆσαι μὴν, καὶ μὴ καταφεῦσθαι, μὴ μὲν ἐξ ἀγάπης τοῦτο πεῖσαι, βούλεται καὶ διαφέρειν νεῦσθαι ἡμᾶς τῇ φιλίᾳ. Vbi μὴ μὲν exponit οὐ μὲν, ſeu μὴ μέντοι, ſicut & in proximè præcedente loco. Apud Homerum autem legitur μὴ μὰν pro μὴ μὲν, vt mox docebo in μὰν Dorico.

Οὐ μὲν, Non tamen, ſeu Nec tamen. aut Nec verò, vel Verùm non, Sed non, &c. item Οὐ μὲν γε & Οὐ μὲν ἀλλὰ, ſeu Οὐ μὲν ἀλλά γε, & Οὐ μὲν ἀλλὰ καί: item Οὐ μὲν οὐδὲ, & Οὐ μὲν ἀλλ' οὐδὲ, vide in Οὐ, tomi 2, col. ſeu ſemipag. 1533. Οὐδὲ μὲν autem ſeu Οὔτε μὲν, habes col. 1537.

DORICE Μὰν pro μὲν dicitur. Theocr. idyll. 1, Τὴν μὰν θῶες, τὴν οὐ λύκοι ὠλύσαντο. Apud eūdem in idyll. quod Cyclops inſcriptum eſt, Νῶῦ μὰν ὦ κόρον νεῶ αὐτόπ νεῖν γε μαθεῦμαι. Apud eundē EXTAT Ἦ μὰν, idem valens quod ἦ μὲν, de quo antea dictū fuit. vt idyllio 4, Ἦ μὰν, δ' ἐν ἀιάν γε, καὶ οὐκέπ λῶῖν ἐν μεθέῃς. Sic apud Hom. Il. β, Ἦ μὰν αὖτ' ἀγορῇ νικᾷς γέρον υἷας Ἀχαιῶν. (Idem alioqui ἦ μὲν etiam vſurpat pro eodē, vt vides in verſu quem ſuprà ex libro eodē protuli) Apud eūdem HABES Μὴ μὰν, cum alibi, tum in iſto verſu 304, Il. χ, Μὴ μὰν ἀπουδεί γε καὶ ἀκλειὼς ἀπολοίμην, Ἀλλὰ μετὰ ῥίζας τι καὶ ἐατομύοισι πυθεῦ (Dixerat autē antea, — ἰοῦ αὖτέ με μοῖρα κιχάνει) Vbi μὰν Euſt. exponit ſimpliciter δή. In hoc autē loco Il. θ, Μὴ μὰν ἀπουδεί γε νεῶν ὀπιδᾶῖεν ἕκηλοι, autor breuiū ſchol. exponit μὴν δή. Legitur & Il. ο, Μαρναί τε Τρώεσσι, καὶ ἄλλοις ὄρνυθι λαοῖς. Μὴ μὰν ἀπουδεί γε δαμασσάμθυοί περ ἕλοιεν Νῆας ἐϋσσέλμους· ἀλλὰ μνησώμεθα χάρμης. In illo quidem certè primo loco μὴ μὰν reddi poſſe arbitror Non tamen: at duobus poſterioribus, præſertimque ſecūdo, nequaquā conuenire, mea quidē ſententia, poteſt. Sonat enim potius quaſi quis dicat, Ne ſaltē. quam interpretationē & ille primus poſſe admittere videtur. Apud eundem poētam legimus ETIAM Οὐ μὰν, Il. ο, Οὐ μὰν οἴδ' εἰ αὖτε κακορραφίης ἀλεγεινῆς Πρώτη ἐπαυρήσαι, καί σε πληγῆσιν ἰμάσσω. vbi quidam interpr. Verùm haud ſcio.

Μῆδος, de quo nunc dicendum est, vsitatiorem habet pluralem numerum μήδεα. Existimo autem ex hoc nomine fieri μήδομαι, non contrà μῆδος ex μήδομαι. Si enim μῆδος ex μήδομαι factum esset, quidni itidem μέδος ex μέδομαι haberemus? Imò verò & hoc ipsum μέδομαι non immeritò fortassis quispiam ex μήδομαι factum esse suspicetur: quanuis alioqui deductio à μέλομαι talis sit quæ omnino reiici non possit. Quod autem ad ea attinet quæ ϑ habent, (ex quibus sunt προμηθὴς, προμήθια, & προμηθοῦμαι. nam μήδομαι aliũde esse existimatur) ea literã ρ in ϑ mutarunt, eodem modo quo in οὐδεὶς, facto ex οὐδὲς, mutatam esse videmus.

ΜΗ̃ΔΟΣ, εος, τὸ, Cura, Consilium. Sed singularis numeri exemplum non affertur: pluralis autem μήδεα cum apud alios poetas, tum apud Homerum extat variis locis. vt Iliad. ω, — πυκινὰ φρεσὶ μήδε' ἔχοντες. Sic Odyss. τ, Ἐπεὶ δέ μοι ᾧ ἐνὶ πυκινὰ φρεσὶ μήδε' ἔχουσα. Habet idem, paritérque Hesiodus, Ζεὺς ἄφρασι μήδεα εἰδώς. Apud hunc extat etiam, παί νων πέρι μήδεα εἰδώς, de Prometheo. Apud illum cum genitiuo, non semel, vt Il. ο, — ἦ δὴ πάγχυ μάχης ὀϊζὺς μήδεα κείρει Δαίμονι ἠμετέρῃ. Apud eundem (vt alios plerosque locos omittam) extat nomen hoc μήδεα nomini βουλαὶ subiunctum: Ἐν πυρὶ δὴ βουλαί τε γηροίασι μήδεά τ' ἀνδρῶν, &c. Vbi fortasse non malè μήδεα reddatur Curæ, (βουλαὶ autem consilia) vt μήδομαι est Curam gero. Alioqui dicendum esset ὀκ πολυσημίου poni duo illa nomina βουλαὶ & μήδεα.

Hinc sunt COMPOS. Ἀλιμηδὴς, ET Κακομηδὴς, ος, ὁ & ἡ, ET Γυκιμηδὴς. Primum illud Ἀλιμηδὴς, vide t. 1, col. 366, inter composita ex nomine ἅλς. Secundum Κακομηδὴς, sonat, Cui malum est consilium, id est callidum seu fraudulentum. Vel, Mala cogitans & vafra seu fraudulenta, seu in animo versans: deriuando ab ipso verbo μήδομαι. Siue autem à verbo siue à nomine potius deriuetur, poterit vno verbo reddi, Callidus, Astutus, Vafer, Fraudulentus. Homerus hymno in Mercurium, versu 389, Ζεὺς δὲ μέγ' ἐξεγέλασσεν, ἰδὼν κακομηδέα παῖδα. Sed ibi legitur κακομήδεα proparoxytonè, non κακομηδέα paroxytonè, in plerisque editionibus. Minimè dubium est tamen quin hæc lectio melior sit quàm illa, vt nominatiuus sit nõ κακομήδης, sed κακομηδὴς, sicut ἀλιμηδὴς. Alioqui ex eo accentu suspicari quis posset κακομήπα scriptum fuisse (non κακομήδεα) ex nominatiuo Κακομήτης, qui apud Hesych. extat. Tertium compositum est Πυκιμηδὴς, per syncopen factum ex πυκινομηδὴς: Cui sunt πυκινὰ μήδεα, id est, prudentia seu callida consilia. Homerus Odysseæ α, in fine, Καὶ τὸν μὲν χαίρῃς πυκιμηδέος ἔμβαλε χερσίν. Vbi πυκιμηδέος exponere possumus ex alio eiusdem poetæ versu, lib. τ eiusdem poematis, πυκινὰ φρεσὶ μήδε' ἔχουσης. Vno autẽ verbo, quod ex eodem adiectiuo per compositionem factum est, exponere possis πυκινόφρονος. Nam πυκιμηδὴς & πυκινόφρων idem valent, sicut κακομηδὴς & κακόφρων. Quòd si ex nomine proprio appellatiuum facere liceat, cum πυκινομηδὴς conueniet COMPOS. Μηδεσικάστη: conueniet, inquam, quod ad significationem attinet. Sonat enim Μηδεσικάστη, q. d. μήδεσι κικασμένη. Homerus Iliad. ν, Κούρῳ ᾧ Πελάμοιο νόθῳ ἔχε Μηδεσικάστην. Vbi Eustathius, ἡ ἐνδεῖσα Μηδεσικάστη, inquit, ad exemplum τῆς Γοκάστης videri possit dici. Siquidem NOMEN Γοκάστη sonat ἡ κοσμουμένη ἵππῃ, id est βουλῇ: itidémque Μηδεσικάστη, est ἡ καλοειδὴς μήδεσιν, id est βουλεύμασιν. Quibus addit esse ὁμοίως πως τόπου & NOMEN Ἀγαμήδη, NECNON Μήδεια, & quæcũque sunt huiusmodi. Sciendum est autem esse (teste eodem scholiaste alio in loco) quædam etiam propria nomina in μηδὴς desinentia ex hoc verbo μήδεσθαι facta. E quibus EST Θεασυμήδης, ITEM Διομήδης.

(Μήδεα etiam scribitur pro μείδεα, id est τὰ αἰδοῖα, Genitalia. de qua scriptura vide quæ paulo antè dixi in Φιλομμειδὴς, post verbum Μειδάω, col. 1608)

Μηδοσύνη, ης, ἡ, Consilium. βουλή, Suid.

Μήδομαι, Futur. μήσομαι, Curam gero, Consulo, Delibero. Item Cogito, Excogito, Meditor: necnon Molior, Machinor, Struo. Est hoc verbum μήδομαι ex nomine μῆδος. nisi potius aliquis μῆδος ex μήδομαι factum esse velit: qua de re pertinacius contendere nolim. Homerus Iliad. β, Ἀλλὰ ἄναξ, αὐτός τ' ὀξὺ μήδεο πείθεό τ' ἄλλῳ. Idem eodem libro, — οὐδὲ τί οἶδε μήδεται ἔργα, Neque norat quænam moliretur Iupiter, seu machinaretur. Sic Hesiodus in Ergois, — αἰθρα ποιοῖ σ' ἐμήσατο κήδεα λυγρά. Tale est apud Homerum, Odyss. ι, — μήδεν ϑ' ἑτάροισιν ὄλεθρον. Apud eundem legimus non solùm μήδεμαί σοι τῶτο, vel ἐμοὶ αὐτῇ, sed etiam μήδεμαί σε τῶτο. vt Il. χ & ψ, Ἦ ῥα καὶ Ἕκτορα δῖον ἀεικέα μήσατο ἔργα. Sed μήδεμαί σε τῶτο ab illo ita dici videtur vt Latini vsurparunt verbum μηδεῖσθαι quum dixerunt Malè consulere in aliquem. Vnde Iliad. κ, — πόσα γὲ κακὰ μήσατ' Ἀχαιοὺς, enarrator exponit εἰργάσατο. Quem sequendo, dicendum fuerit poni id quod antecedit pro eo quod consequi solet. Quidam verò in huiusmodi locis exponunt βουλευτικῶς μεταχειρίζεται. Sic Eustathius particip. μησαμένου alicubi exp. βουλευτικῶς μεταχειρισαμένου.

Μήδεμαι in soluta etiam oratione aliquem vsum habet. Plato in Gorgia, εἴπ μήδ' ᾗ τοῦ λόγου τοῦ εἰρημένου, Siqua tibi cura est eius sermonis qui dictus est: vel, eius verbi quod dictum est. Bud. Legimus & apud Plutarchum De defectu oraculorum, ὧν μήδεσθαι προσήκει, καὶ φυλάττειν ὅπως, &c. In vulg. lex. dicitur idem scriptor hoc verbo esse vsus in libello περὶ τοῦ ἀκούειν, de apibus loquens. Sciendum est autem extare de iisdem apud eundem in opusculo quod inscribitur, πῶς αὐ τις ἀνδροῖτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῆ. verùm non ipse Plutarchus ibi vtitur, sed Simonides. ita enim scribit, ὥσπερ γὰρ αἴσιον ὁμιλεῖν ὁ Σιμωνίδης φησὶ τῶν μελίτταν ἕκαστον μέλι μηδομένων. Vbi μηδομένων fortassis reddi queat Scrutantem vel Rimantem.

Μήστωρ, ορος, ὁ, Consultor, Consiliarius, βουλευτής. vt μήστωρ ὕπατος Ζεὺς apud Homerum Iliad. ϑ, quasi κορυφαῖος ἐν βουλευταῖς. Vel accipiendo μήστωρ seorsum ab ὕπατος, idem quod μητέτης. Ex eodem affertur, Iliad. η, Δαρδανίδης Πρίαμος θεόφιν μήστωρ ἀτάλαντος, pro ἴσος θεοῖς κῆρ τῷ βουλῇ. Idem vocat Hectorem μήστωρα φόβοιο, cuius consilio & virtute in fugam coniiciuntur hostes. (At μήστωρε φόβοιο quidam interpr. Equi fugæ periti, id est periti arripiendi fugam velociter. Vnde etiam de celerrimis equis dici hoc existimatur) Itē μήστωρ αὐτῆς, Cuius consilio & virtute bellum geritur. Sunt tamen qui malint, Qui consilio, non autem temerè, prælium committit: ὁ ἐν μάχῃ βουλευτικός. Quidam simpliciter, Peritus pugnæ. Vide Eustathium & Hesychium. Fit autem μήστωρ ex μῆτιν, quod Hesychius exponit βουλεύσατο. Est & nomen proprium Μήστωρ, sicut & Ἀγαμήστωρ: quod v. l. esse tradunt Apollinis cognomentum, tanquam valde periti & consulti. Id genit. facit ορος, per ο μικρὸν, superius autem per ω μέγα, teste Eust.

COMPOS. Ἐπιμήδομαι, Excogito. vt ὀϊπιμήδεσθαι δόλοις, Hom. Odyss. ε, Excogitare dolos. vel Moliri dolos, seu struere.

AT VERO Ἐπιμηθὴς ET Προμηθὴς, (à quibus & quædam deriuata extant) η in ϑ mutasse existimantur: sicut οὐδεὶς, & alia quædam. In vulg. lex. ὀϊπιμηθὴς redditur Prudens. in qua interpretatione nulla præpositionis ὀϊπὶ ratio habetur: quæ alioqui in NOMINE Ἐπιμηθεὺς multum significationem immutat à significatione NOMINIS Προμηθεύς. quum Ἐπιμηθεὺς dicatur is qui μετὰ τὸ πρᾶγμα βουλεύεται: aut breuius, qui μετεβουλεύεται, sequendo Lucianum scribentem (in libello quo respondet ei qui ipsum Prometheum in verbis

esse dixerat) ἐπεὶ τόγε μεταβουλεύεσθαι, Ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ Προμηθέως ὄτι. Cui simile est quod à Synesio dicitur, ἀλλὰ τοῦ Ἐπιμηθεῖ τὸ μὴ μέλειν, φασὶν, οὐκ ἐῶ, τὸ δὲ μεταμέλειν ἐνίω. Fuit autem hic Epimetheus frater Promethei, vt discimus ex Hesiodo in Ergois: dictúsque est ἀμαρτίνοος ab eodem in Theogonia: sicut Prometheus ἀβολόμητις. A Pindaro autem Ἐπιμηθεὺς vocatur ὀψίνοος, in Pythiis, id est Qui serò sapit. Quum porro hæc sint duorum fratrum propria nomina, facta sunt tamen quodammodo appellatiua: adeo vt ὀϊπιμηθεὺς dicatur quilibet cui re peracta, tum demum consilium in mentem venit, & cognoscit quid opus facto fuerit: προμηθεὺς contrà, cuicunque prius quàm rem aggrediatur, consilium suppetit ad videndum quidnam facto opus sit. Vide Erasm. in prouerbio, Malo accepto stultus sapit. Antequam verò de Προμηθεὺς dicendi finem faciam: minimè prætermittendum est quod à Luciano scribitur: nimirum Atticos προμηθεὰς appellare solitos fuisse τοὺς πολυπράγμονας καὶ χωρεῖς. De figlino autem Promethei opere, à quo appellatio illa manauit, lege Hesiodum in Ergois, atque alios poetas. Ab Hesychio προμηθεὺς exponitur σώφρων: & alibi ὀλιγόκινδυνος, ὀλιγοφαλῶς ἔχων. Illinc factũ est nomen SVBST. Ἐπιμήθεια, & VERBVM Ἐπιμηθεύεσθαι: eodem modo quo ab altero est NOMEN Προμήθεια & VERB. Προμηθεύεσθαι. Fuerit autem Ἐπιμήθεια, Cõsilium quod initur seu capitur re iam peracta, Consilium quod serò capitur. sicut Ἐπιμηθεύεσθαι exponitur, Consilium capere re peracta, vel Serò consilium capere. Sed hæc raro occurrunt. Contrà verò Προμήθεια & Προμηθεύεσθαι, itémque adiectiuum NOMEN Προμηθὴς, quod hæc antecedit, satis frequenti sunt in vsu. Ac primùm quidem Προμηθὴς redditur Prouidus, item Circunspectus, Consultus. Apud Herodianum αἰὴρ προμηθὴς τε καὶ νήφων, Polit. vertit Prouidus & sobrius. Dicitur & de re, vt μέλισσα προμηθὴς à Thucydide libro 3. Apud eundem τὸ προμηθὲς substantiuè pro ἡ προμήθεια, Prouidentia. Superlat. Προμηθέστατος. vt apud Synesium, ὁ τοῦδε παντὸς ἑαυτοῦ προμηθέστατος, Qui sui maximam prouidentiam egit. de quodam duce fugacissimo, Bud. Item σόφισμα προμηθέστατον, apud Herodianũ. Inuenitur & superlat. gradus ADVERBIVM Προμηθέστατα, Maximè prouidè, Prouidissimé: aut certè Prouidentissimè, Maxima cum prouidentia. Apud Herodianum redditur etiam Prouidentissimo consilio. Quidam interpretantur & Consultissimé. AT POSITIVVS Προμηθῶς, id est Prouidè, vtendo prouidentia, &c. (Affertur verò & aliud ADVERB. Προμηθῶς ex Aristophane pro Prouidè, Prouidenter: item Circumspectè. Sonat autem q. d. Vt decet eum qui prouidus est: Vel, Cum quadam prouidendi peritia) Substantiuum autem Προμηθεία, Prouidentia. Et προμήθειαν ποιεῖσθαι, Prouidere. At προμήθειαν λαβεῖν dixit Euripides: vbi exponitur κηδεμονίαν. Apud Thucydidem libro 4, εἰξ. σὺν γὰρ δεδιότες, προμηθείᾳ μᾶλλον ἐπ' ἀλλήλοις ἐρχόμεθα, Cum maiori cautione. Itidémque προμήθειαν ποιεῖσθαι apud Platonem est etiam Cautionem adhibere, Cum multa cautione agere. Inuenitur ETIAM Προμηθία eadem significatione: quæ scriptura apud Sophoclem extat in Electra, pag. 124, meæ editionis, alteram non admittente versu. Ita enim scriptus est, Ἐν τοῖς ποιήσεις ὅστις ἡ προμηθία. Habetur alioqui & altera scriptura per ει apud eũdẽ, vbi versus vtrãlibet admittere potest. vt pag. 126, & 138. Quemadmodum autem & Προμήθεια & Προμηθία, ita etiam non solùm Προμηθεύομαι, SED ET Προμηθοῦμαι dicitur, Prouideo, Prouidentiam ago, (aut etiam Curam ago) Prouidentia vtor: item Prospicio. Redditur etiam Rationem habeo. Hoc posterius apud Platonem extat, ὁρᾷ γε μὴ ἐμοῦ προμηθῇ; Et apud Dionys. Areop. τῆς θεοειδοῦς εὐκοσμίας προμηθουμένη. Herodotus quoque isto vtitur, sed absque contractione, dicens, more Ionico; προμηθέεσθαι & προμηθέομαι: vt προμηθεόμενος ἐωῦτοῦ καὶ πᾶν ἐκέλευε. Item, προμηθέομαι σεο μὴ πλήξω. Affertur ex eodem & cum accusatiuo, προμηθέομαι τὸν ἀδελφεὸν, fratris respectum habens. Apud Alex. Aphrod. extat alterum verbum Προμηθεύεσθαι, similiter quidẽ cum accusatiuo, sed tamen in prima illa prouidendi significatione: in præfatione Problematum, ὅσοι δὲ διχοπαθοῦσι πότερον φύσει καὶ λόγῳ προνοητικὸς προμηθεύεται ἢ ἐν θρύῃ καὶ φθόᾳ. Qui locus facit vt minimè suspectum habere debeamus quendam Damasceni, libro 2, vbi eidem casui hoc verbum iungitur.

Quæri autem possit an ab eadem sit origine NOMEN Προμηθήτεια, quod προμήστρειαν apud Siculos significabat, teste Polluce: id est Pronubam, Nuptiarum conciliatricem. Sed apud Pollucem tertia syllaba litera υ, non η, scripta est. Καὶ προμήστρειαι μέν, inquit, αἱ συνάγουσαι τὸν γάμον. Σικελιῶται δὲ αὐτὰς καλοῦσι προμηθυτείας.

Sequenti nomini μηλέα, vel potius nomini μῆλον, quam originem tribuere videatur Etymologus, dicam postea, vbi agam de altero nomine μῆλον, quo significatur ouis. De hoc tantùm in præsentia lectorem monitum volui: quanuis μηλέα hic ponatur ante μῆλον, arboris nomen ante nomen fructus, sicut & in quibusdam aliis huiusmodi factum fuit, (quod etiam rationi maximè consentaneũ esse videtur) Tryphonem tamen apud Athenæum lib. 2, ὀμυγδάλη nomen fructus, pro ἀμύγδαλον, prius esse censet quàm arboris nomen ἀμυγδαλῆ. scribens,

κτηπικοῦ τοῦδε τὸν καρπὸν ὄντος τῷ χαρακτῆρος, καὶ οὐχὶ τοῦτο τοῦ δεντρώματος.

ΜΗΛΈΑ, ας, ἡ, Malus, arbor. Per contractionem dicendum esset μηλῆ, vt συκέα, συκῆ, & ἀμυγδαλέα, ἀμυγδαλῆ: itidémque alia. sed in hoc non itidem receptam contractionem esse puto. nusquam enim μηλῆ inuenio, sed μηλέα passim. Atque adeo Eustathius in hunc versum 339, libri vltimi Odysseæ, Ὄγχνας μοι δῶκας τρεισκαίδεκα καὶ δέκα μηλέας, annotat minimè contrahi μηλέα in μηλῆ, vt συκέα contrahitur in συκῆ. Apud eundem poetam legimus μηλέαι ἀγλαόκαρποι. de quo epitheto differit Plutarchus Sympositacõn lib. 5. Pausanias in Atticis, τοῖς δὲ χρεὼν ἔχει, τῇ μὲν κλάδον μηλέας, τῇ δεξιᾷ δὲ φιάλιον. Est autem generalis hæc appellatio arboris, sicut μῆλον, fructus. atque vt dicitur μῆλον κυδώνιον, ad differentiam, vel addito quopiam alio adiectiuo: sic dicitur μηλέα κυδωνία, aliúdve adiectiuum discriminis causa adiicitur. Dioscorides lib. 1, cap. 160, μηλέας πᾶσης τὰ φύλλα καὶ τὰ ἄνθη καὶ οἱ βλαστοὶ σύφουσι· μάλιστα δὲ τῆς κυδωνίας. Sic μηλέα Περσική, Malus Persica, siue Mal persica, (si hoc composito vti licet) apud Theophr. De causis plantarum, lib. 8. Vide Μῆλον.

Μῆλον, ου, τὸ, Malum: fructus quem fert malus, Pomũ. (DORICE Μᾶλον, & PLVR. Μᾶλα, apud Theocritum aliquoties) Homerus Odyss. η, versu 115, Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ. Sic autem versu 110, ὄγχνας & μηλέας simul cõmemorauerat, interiicitẽs ῥοιάς. Libro verò vltimo Odysseæ, ὀγχνας & μηλέας dũtaxat nominat hoc in versu, Ὄγχνας μοι δῶκας τρεισκαίδεκα καὶ δέκα μηλέας. vbi annotat Eustath. μῆλον esse non solùm τὸ συνήθως ὕπω λεγόμενον, τὸ ἐν ἀληθῶς ἀγλαὸν οἷς ἐρεθίζει ὁ ἔρως εἰς

ἄγαλμα φύσεως: sed etiam τὸ τῆς ὀφσίας, καὶ τῆς ὑστερον. A
Quinetiam τὸ κιτρέον, quod vocari à Romanis κίτρον, teste Pamphilo. Quibus addit, hoc κιτρέον apud Libyas (vt quidam perhibent) vocari μῆλον ἑσπερικόν. A quibus Hercules Eurysthei iussu in Græciam attulit μῆλα quæ propter τὴν ἰδέαν vocantur χρύσια: nimirum τὰ τῶν ἑσπερίδων: quæ μῆλα dicit in stellas ἀλληγορεῖσθαι, quum Hercules εἰς ἥλιον μεταλαμβάνεται. Cæterùm vt ὄγχαι & μῆλα in duobus illis Homeri locis iunguntur, id est, eorum simul fit mentio: sic ἄπια & μῆλα interdum iungi in oratione soluta videmus. Est enim ἄπιον idem quod ὄγχη, Latinè Pirum. Cuius vocabuli si mihi quoque diuinare originem liceret, dicerem Pirum dictum esse quasi Prium, ex Græco Apium: (nimirum interiecta deinde litera r) potius quàm à nomine πῦρ, quòd in flammæ modum è lato in acutum tendat. secundum quam deductionem scribendum fuerit Pyrum, per y. Cæterùm quoniam à Plutarcho ἄπια & μῆλα, sicut ab Homero ὄγχας & μῆλα, simul poni dixi: sed vocem quidem ἄπιον in superioribus habes, at VOCEM Ὄγχην SIVE Ὄγχη, B C
non item: hanc de ea occasionem non omittam. Hoc igitur sciendum est, quanuis ὄγχη generaliter de piro dicatur, & quidem alicubi (vt in illis Homeri locis) de hortensi seu satiuo potius quàm de agresti, propriè tamen hanc appellationem agresti piro (quod & ἀγρὰς vocatur) conuenire existimari: tanquam hoc nomen sortito à verbo ἀγχάν, quod strangulare significat: quoniam acerbitate sua propemodum strangulant. Adeo vt sit propriè quod Galli dicunt *Poire d'estranguillon*: quod sonat quasi quis dicat Pirum strangulatorium. aut, magis ad verbum, Pirum strangulatus, D
seu strangulationis. Sed in eo quòd certo cuidam pirorum generi appellatio ista tribuitur, & quidem hortensi alioqui: cum nomine ὄγχη vndiquaque non conuenit. Eo autē nomine & ipsa arbor pirus appellatur. Sed quod ad scripturam attinet, non dubito quin ὄγχη potius quàm ὄχη scribi debeat, si verum sit (quod certè verisimile est) dici à verbo ἄγχειν, quod est strangulare. Venio ad locum in quo Plutarchus ἄπια & μῆλα iungit. Is extat in Artoxerxe, ἀπίοις δὲ καὶ μήλοις καὶ E
τοιούτοις ἄλλοις ἀκροδρύοις τρέφουσαν αἰθρῶπις πολεμικοὺς καὶ θυμοειδεῖς. Alibi ἰφάδας & μῆλα coniungit. vt Sympos. lib. 6, Probl. 8, παρῆσι δὲ ὕδωρ καὶ ἵππι καὶ ὄνοι, καὶ μάλιστα ὅταν ἢ ἰφάδας ἢ μῆλα κομίζωσιν.

Μῆλον cum adiectione, præter primam illam & propriam significationē alias etiā accipit: id est, cum aliis etiam fructibus, ob quandam formæ rotundæ præsertim similitudinem, nomen suum communicat.

Est enim QVODDAM Περσικὸν μῆλον, Persicum malum, seu Malum Persicum, aut compositè Malopersicum, (sicut μηλέα Περσικὴ habuisti paulo antè ex Theophrasto) vulgò *Pesche*: corruptè pro *Perse*, vt opinor. id est, voce *Perse* prauè detorta in *Pesche*. Quod autē vocamus *Presse*, éstque ex genere eorum quæ appellantur *Pesches*, sunt qui Duracinum Persicum esse existiment. At lingua Italica vocem Persicum penè integram seruat: atque adeò & aliæ linguæ, quæ præ Italica præsertim & Gallica semibarbaræ censeri possunt, eius vestigia retinent. Sed hoc sciendum est, Dioscoridem lib. 1, vno capite, nimirum 165, agere de Persicis malis: at capite 167, (interiecto videlicet capite 166 de Armeniacis malis) agere de iis quæ vel Medica vel Persica vel Cedromela, vel Latinè Citria vocentur. Apud eundem extat caput 188 eiusdem libri de arbore cui NOMEN Περσέα: quam extare in Ægypto dicit. Sic & Theophr. ἐν Αἰγύπτῳ, inquit, ἐστὶν ἕτερον Περσέα καλούμενον· σωζομένου μάλιστα τῇ ἀπίῳ φύλλοις. πλὴν τὸ μὲν, ἀείφυλλον, τὸ δ' φυλλοβόλον. Vnde Plinius, Ægyptus & Persicam arborem sui generis habet, similem piro, folia retinentē. Quæ autem ab his Περσέα, à Nicandro est DICTA H
Περσία, interiecto ι, propter metrum: vel potius IONICE Περσέη, in Alexipharm. Καί τε καταφθίνει μετ' ὀρχήνης ἐλαιοῦ Σκληρὸν ἀπὸ φορσίης κάρυα βλάβος οἶον ἐρύξει. Quibus addit, Περσεὶ λῶ πυρὶ πυρὶ λιπὼν Κρηνίδα γαῖαν, Αὐχέν' ἀποτμήξας ἀρπηγονόεντα Μεδούσης, (ita enim

scribendum est, non ἀρπηγονόεντα coniunctim, vt habent editiones quæ meam præcesserunt) Ῥεῖα Μυκηνάων ἐνιπέξησεν ἀρέταις. Vbi schol. annotat primùm quidē, quod ad NOMEN Κάρυον attinet, esse hîc quod vulgus ὀστέον appellet: atque ita vocari etiam à Theophrasto. esse enim κάρυα ὅλα τὰ ξυλῶδες λέπος ἔχοντα. (Eisque obiter hîc annotādum & istud de voce κάρυον, eam pro osse accipi. id est, eo quod vulgò appellamus *le noyau*. vt Sueronius ossa palmularum dixit. Quinetiā de VOCE Ὀστέον sive Ὀστοῦν, idem obseruandum est, eam & hunc metaphoricum vsum, sicut apud Latinos, habere. itidem enim ὀστᾶ & Dioscoridem vsurpasse videbis paulo post. Vocatur autem κάρυον ob similitudinem quam cum nuce habet) Quod verò ad vocem φορσείης attinet, annotat, Περσείης ὃ ἔοικε τὸ ἀχαῖον ἀπὸ τοῦ Θεοδοσίου καὶ Νικάνδρου μεταγραμμένον. Scribo enim ἔοικε, nō εἴπε, meum vetus exemplar sequens. vt sit sensus, τὸ ἀχαῖον, videlicet αἰτιγραφον. (neque enim dubito quin hoc subaudiri debeat) habuisse hanc vocem φορσείης. At si retineamus εἴπε, quod vulgatæ editiones habent, non video quis hinc elici sensus possit. Verùm & hoc obiter addendum est, non Νικάνδρου, sed Νικανδρίου, in illo ipso exemplari scriptum esse. Cæterùm apud eūdem poetam legimus genitiuum φορσείος, tanquam à NOMINATIVO Περσεὺς, significante illud ipsum φορσίν, id est φορσέν. Siquidem in Theriacis canit de quodam papilione, Τῷ ἴκελος φορσῖος ἐστ βέφεπαι πεπάλοιπ. Vbi scholiastes φορσῖος genitiuum Æolicum esse ait, à nominatiuo φορσεύς: vt nimirum à βασιλεὺς est βασιλῆος. Itaque φορσέα à Nicandro φορσῖα etiā & φορσεὺς vocatur: à Callimacho autem Περσεὶς ἐπώνυμος: vbi canit, Καὶ πεπάτη Περσεὶς ἐπώνυμος· ἣς ὀρόδαμνον Αἰγύπτῳ καταπηξεν. In quibus verbibus obseruare etiam debemus, eum de Ægypto dicere (quod conuenit cum iis quæ ex aliis scriptoribus antea protuli) quod Nicander de Mycenis. Constat porro vnam eandémque arborem esse cum ea quæ à Dioscoride φορσέα vocatur: quū ipse de hac disserens, dicat esse arborem in Ægypto nascētem, quæ fructum ferat ἐδώδιμον & θυσάμαχον: & in eo φαλάγγια inueniri quæ DICVNTVR Κερατοκόλαπα: itidemque Nicander sub φορσεῖος foliis bestiolam φαλάνη similem nutriri tradat. Cæterùm φορσῖα (ii scholiastæ illius poetæ credimus: quem scripsisse φορσέα verisimilius est) fuit DICTA Ῥοδακινέα. Sed nomen hoc recentius & suo tempore vulgare fuisse videtur innuere: quum scribit. πλὴν Περσῖαν, λῶ ῥοδακινέαι καλοῦσι. Sic autem à Suida φορσέα nomine illo ῥοδακινέα, tanquam notiore, exponitur. At v.l. habent ῥοδακινέα, cum ν, & quidem ex Aetio quoque, tractatu 13, cap. 118. Fructus autem meminisse illum tradunt lib. 1, vbi de Persiæ malo agit. At verò apud Nicolaum Myrepsum, capite De vnguētis, esse SCRIPTVM Ῥοδακινία. Ibidem annotatur, alia esse quæ DICVNTVR Δωρέκινα: quæ tamen sunt de genere Persicorum. Annotaui autem suprà, Duracina persica esse quæ vulgo appellamus *Des presses*, in Persicorum genere. quæ appellatio Plinii autoritate nititur, scribentis lib. 15, cap. 12, initio, Sed Persicorum palma duracinis. Si tamen sunt ea quæ vulgò Parisiis appellamus *Des presses*, longè nunc à Pliniano diuersus est Parisiensis gustus. Non dubium est autem quin vox illa δωρέκινα seu δωρεκινὰ (accentu posito in vltima) ex Latino sermone petita sit.

Verùm, vt tādem finem dicendi de περσία faciam, sciendum est non paruam esse inter eos qui in Dioscoridem scripserunt, hac de arbore controuersiam: nimirum an ea non aliud sit quàm malus persica, an contrà discrimen aliquod inter has esse existimandum sit. Equidem vt idem esse putemus, facere potest & hoc, quod apud Dioscoridem legimus, libri sexti cap. 22, aduersus ψμμύθιον, id est cerussam, auxiliari φορσῖκῶν τῶν ὀστᾶ: quoniam videlicet apud Nicādrum περσείης κάρυα aduersus hoc ipsum opitulari legimus. Sed vicissim non pauca sunt quæ ad constituendum inter hæc duo discrimen impellere nos videantur: è quibus vnum hoc est, quòd ipse Dioscorides nō vnà cum malis Persicis sed seorsum mentionem facit: & quidem talem vt

peculiaris descriptio esse iudicari possit. Quamobrem A
si meo quis stare iudicio velit, duo illa esse eadem negabit.

Postquam autem περὶ τῶν φορσικῶν μήλων mentionem fecit Dioscorides, de iis quæ VOCANTVR Ἀρμενιακὰ meminit, & quidem ita vt vnum idémque μήλων genus illi esse manifestū sit. At quæ minora sunt, (inquit) & appellātur Armeniaca, Latinè præcocia, stomacho sunt vtiliora. Cæterùm hoc NOMEN Πραικόκια cuius meminit Dioscorides, quidam ex recentioribus Græcis vsurparunt. Hoc porro sciendum est, non B
solùm φορσικὸν μῆλον seu φορσικὰ μῆλα dici, sed interdum etiam φορσικὸν seu φορσικὰ, sine substantiui adiectione: vt vel in illo quem ex Dioscoride paulo antè protuli loco videre est: vbi videlicet dicit φορσικῶν τὰ ὀστᾶ, pro φορσικῶν μήλων. Nec dubito quin alia quædam adiectiua ex iis quæ subiungam, itidem sine substantiui adiectione posita inueniantur: sed huic adiectiuo frequentiorem quàm vlli alii hunc vsum esse arbitror. adeo vt Latini quoque hāc ἔλλειψιν sibi permittēres, Persica dixerint, non addito substantiuo Mala. Sed hoc sciendum est, C
non solùm dici φορσικὰ μῆλα, sed etiam φορσικὰ κοκκύμηλα. Scribit enim Diphilus Siphnius apud Athenæum, libro 3, φορσικὰ λεχέμφα μῆλα, ἅτ' πνων δὲ Περσικὰ κοκκύμηλα, μέσως ὄζει δ' ὄχρολα, θρεπτικά πεφ δὲ τῶν μήλων. Scribit autem Suidas κοκκύμηλα esse quæ vocata sint à recentioribus βερίκοκκα. (quum enim dicit τὰ παρ' ἡμῖν λεχέμφα, id est, quæ à nobis dicuntur: vel sui seculi vel suæ regionis homines ita vocasse significat) quod βερίκοκκα id omnino esse videtur ex quo factum sit à nobis vocabulum *Abricots*. Quæ tamē alii esse D
censent ea quæ DICVNTVR Ἀρμενιακὰ μῆλα nominat. Nonnulli verò, quoniam addit ea esse quæ à Latinis præcocia vocentur, volunt potius esse quæ dicuntur *Auantpesches*. quæ peculiariter etiam fuisse appellata *Pesches de Troye* (id est Persica Trecensia) quidam annotarunt.

Celebre est ETIAM Μηδικὸν μῆλον. i. Medicū malum. éstq; μηδικὸν nomē ἐθνικόν. Cōstat aurē id esse quod vulgò vocamus *Orange*. Sed quòd φορσικοῦ appellationē huic quoque tribuit Dioscor. nō minus quàm μηδικοῦ, id verò quidā mirantur. Legimus tamen & apud Theo E
phrastū lib. 4, cap. 4. οἷον, ἡ τε Μηδία χώρα καὶ Περσὶς ἄλλα τε ἔχει πλείω, καὶ τὸ μῆλον τὸ Μηδικὸν καὶ τὸ Περσικὸν καλούμενον. quæ autem subiungit, vnius tantùm mali, nimirum citri, descriptionem continent. Quinetiam Athenæus ipsum Theophrastum testem producens, scribit, καὶ τὸ μῆλον τὸ Περσικὸν ἢ Μηδικὸν καλούμενον. quæ lectio minus etiam dubitationis relinquere cuiquam potest. Adde quòd Macrobius ex Oppio scribit, Generantur autem in Perside omni tempore mala citrea. alia enim præcarpuntur, alia interim maturescunt. Iam verò & F
illa VOX Κεδρόμηλον, (quæ apud Dioscoridem tertia est mali Medici appellatio) quibusdam suspecta fuit, (idque non immeritò fortasse) ne nimirum pro κιτρόμηλον seu κίτρον μῆλον, aut κίδρομηλον, posita esset: quanuis hoc ipsum κεδρόμηλον alibi quoque extare faterentur. In vulgatis autem lexicis annotatur, vocem κέδρος dici etiam de arbore citrei mali: cuius materies citium à Varrone & Martiale appelletur. Sed huius appellationis illud ipsum, quod suspectum esse dico, testimonium afferunt: illum videlicet ex Dioscoride petitum locum, in quo tamen non κέδρος sed duntaxat compositum vocabulum κεδρόμηλον habetur. Addunt verò & Plinii locum, lib. 13, cap. 16, vbi de cedro loquutus, subiungit, Alia est arbor eodem nomine, malum ferens execratum aliquibus odore & amaritudine, aliis expetitum, domos etiam decorans, nec dicenda verbosius. Hanc enim aliam arborem, Medicam malum esse aiunt. Sed quo reste id probare possunt? Hoc certè si verum esset, Plinium hæc de Medica malo intellexisse, ci H
trum illi & cedrum idem esse dicendum foret: atqui hæc diuersa illi esse manifestum est, lib. 13, cap. 1, Cedri tantùm & citri suorum fruticum in sacris fumo conolutum nidorem verius quàm odorem, nouerant, iam rosæ succo reperto. Quinetiā libri 15, caput 14, ita inchoat, Malorum plura sunt genera. De citreis cum sua arbore diximus. Medica autem Græci vocant, patriæ nomine. Atqui si verum esset quod de cedri appellatione in vulg. lex. annotari dico, aliquam vel hîc vel aliis in locis, vbi de Medica malo agit, mentionem fecisset: vbi nimirum & Assyriam nominat. vt lib. 12, c. 3, Malus Assyria, quam alii vocant Medicam, venenis medetur. Reliqua ibi vide. Hoc quoq; de pomo isto addam, nos *Orange*. (vti iam dixi) Italos autē simili voce nominare: vtrosque ab eadē origine, nimirum à quadā appellatione quæ recentioribus Græcis in vsu fuit. sic tamen vt Itali multo minus quàm nos illam immutauerint. Ea enim EST Νεράντζιον, apud Nicādri scholiastem. Nam in hunc Alexipharmaci locum, — ποτὲ φύλλον ὀκαλέμβρον ἀναπῆσι Καρδαμίδος, μῆλόν τε, καὶ ἐμφορέεται σίνηπι: scholiastes annotat, μῆλον (quod sine adiectione ponitur) significare τὸ μηδικὸν μῆλον. quod μηδικὸν μῆλον, esse τὸ νεράντζιον. Non dubium est certè quin hanc appellationem tanquam suo tempore omnibus familiarem atque adeo vulgarem afferat. Facitque hæc vox νεράντζιον vt Itali ii qui *Naranzo* aut *Narancio* seu *Narangio* pronuntiant, (vt taceam illos qui *Naranzaro* dicunt) se rectius loqui dicere possint quàm ii qui *Arancio* vel *Arangio* proferunt: quanuis alioqui Dantes & Petrarcha necnon Boccatius horum altero non autem vllo illorum vtantur. Sed hoc addo, extare apud eos & aliam vocem, eámque compositam, videlicet *Melarācio*: verùm hāc de arbore potius quàm de fructu vsurpasse illi Italicæ linguæ scriptores videntur. Quin autem *Melarancio* sonet idem quod *Pomo arancio*, vtpote compositum ex Melo, (vt si ex μῆλον facias Melum pro Malum) & ex *arancio*, minimè mihi dubiū est. Hoc quoque sciendum est, sicut καδρόμηλον apud Dioscoridem scribi dicebam, quum tamen κιτρόμηλον seu κιτρεόμηλον scribendum potius videatur, sic Italos dicere *Cedri*, cum d non t. Sed hoc nomine appellant id genus quod omnium maximum seu crassissimum est. Et quoniam in hunc sermonem incidi, paulo eum longius persequens, ostendam quanto diligentius nostri seculi homines singula huiusce fructus genera propriis appellationibus quàm vel ipsi Græci olim (quatenus quidem nouimus) distinxerint. Atq; vt per gradus à minoribus ad maiora ascendam: primum genus statuam, *Aranci* siue *Arangi*, aut etiam *Narangi*, seu *Naranzi*, (quæ propius ad vocem νεράντζιον accedere docui) Gallicè *Auranges*, vel *Oranges*, vt alii pronuntiant. Secundum genus, *Limoni* & per diminutionem *Limoncelli*: Gallicè itidem *Limons*. Quinetiam *Limes* alicubi, terminatione fœminina, de rotundioribus. Tertium genus *Poncini*: quæ tamen appellatio non est per totam Italiam vsitata. nobis itidem *Poncires*. Quartum genus *Cedri*, de omniū maximis & crassissimis. Sic verò & in quibusdam Galliæ locis illa vocantur *Cidres*: quum tamē alii *Poncires* potius appellēt. At verò *Cedrangoli* diminutiua forma dici videtur: quod in Italia me audisse nō memini, sed tamē in quibusdā eius partibus ita vocari ea etiā quæ ab aliis *arāci* seu *arāgi* nominētur, intellexi.

Vt porro dicitur fructus Μηδικὸν μῆλον, sic ARBOR Μηδικὴ μηλέα. Atque vt fructus alio nomine DICITVR Κίτρεον μῆλον, sic ipsa ARBOR Κιτρέα μῆλος, aut certè Κιτρέα, sine adiectione: sicut κίτρεον pro κίτρεον μῆλον. Autor γεωπονικῶν, lib. 10, περὶ κιτρέας φυτεύουσι φοῖνικα πίσχον. Sed & Κίτρεον ab eodem pro ipsa arbore dicitur. veluti vbi scribit, ἐὰν δὲ τὸν καρπὸν τοῦ κιτρέου χύψῳ περιεκμύῃ καταχείσης. Est alioqui hæc appellatio Latina potius quàm Græca: sic tamen vt citrea potius quàm Citria apud Plinium & alios legamus, & quidem de fructu duntaxat. Eustathius autem ex quodam Pamphili περὶ γλωσσῶν libro tradit τὸ κιτρέον à Latinis vocatum esse κίτρον. Sed Citrum apud Varronem de ipso citrei mali ligno potius legimus. Galeno hæc appellatio κίτρεον minimè placuit, tanquam recens solo nouitatis studio introducta. At hodie Italis & nobis aliisque nōnullis vulgare est hoc nomen, sed de certo quodam Medicorum pomorū genere. vt ex iis quæ modò dicta fuerūt, satis liquere potest. His omnibus & istud ad-

dendũ est: κίτειον interdum peculiariter de cortice mali citrei vsurpari: atque ita reddi in isto Alex. Aphr. loco, Problem. lib. 1, τὸ κίτειον ἔξωθεν τραχὺ τὲν καὶ θλαδὲν, τῷ κράματι ἔνδοθεν ὄντι τῷ ἑαυτῷ δ' δωσι ποιότητα.

Celebratur ETIAM Κυδώνιον μῆλον apud veteres: quod Latini Cotoneum malum, potius quàm Cydonium, vocant. Nos Coin, quasi Cotoin: Itali autem minus deprauata voce Latina, Codogno appellant. Galenus simpliciter quoque & sine adiectione μῆλον per excellentiam vocasse traditur, lib. 2. κ' τόπις, capite 1. τὰ δὲ κυδώνια (inquit Dioscorides) εὐσύμαχα, ἀρίπκαὶ, &c. Plinius de pineis nucibus loquutus, His proxima amplitudine (inquit) mala quæ vocamus cotonea, & Græci κυδώνια, ex Creta insula aduecta. Scribo autem κυδώνια apud eum, siue Cydonia, Latinis literis, non Cydonea (vt tamẽ pleraque eius exẽplaria habent) quum κυδώνια vbique apud scriptores Græcos, κυδώνεα nusquam legamus. Sic quoque ARBOR Κυδώνιος μηλέα, VEL Κυδωνία μηλέα dicitur Cotonea malus. Pro κυδώνιον autẽ Nicander dixit ETIAM Κύδων. Legitur enim apud eum in Alexipharm. v. 234, βλοσυροῖο κύδωνος. quod scholiastes exponit τυπικοῦ κυδωνίου. Sed pro κύδωνος perperam scriptum est κυδῶνος in editionibus quæ meam præcesserunt. Cæterùm κυδωνίων quædam sunt DICTA Χρυσόμηλα, quod sonat Aurea mala, siue Aurei coloris mala: QVAEDAM Στρύθεια, SIVE Στρυθόμηλα. Plura cotoneorum genera (inquit Plin. l. 15, c. 11) χρυσόμηλα, incisuris distincta, colore ad aurum inclinato. Quæ cãdidiora, nostratia cognominata, odoris præstantissimi. Est & Neapolitanis suus honos. Minora ex eodem genere στρύθεια odoratius vibrant, serotino prouentu, præcoci verò mustea. Strutheis autẽ cotonea insita suum genus fecere multiuanum: quæ sola ex his vel cruda manduntur. Sed in hoc Plinii loco pro Minora cõsentaneum rationi esse videtur vt Maiora reponamus. Hæc enim scriptura cum ex aliis locis confirmari posse videtur, tum verò ex isto Dioscoridis, lib. 1, cap. 191, in quo de cotoneis malis agit, τὰ δὲ λεχρόμφα στρύθεια καὶ μεγάλα, ἥπιον ὄζει εὔχρηστα. Inuenitur porro scriptum ETIAM Σεβυδία μῆλα, & quidem apud ipsum Dioscoridem, nec non apud Athenæum. apud quem tamen & altera scriptura extat: lib. 3, τὰ δὲ κυδώνια (ὧν ἔνια καὶ στρύθεια λέγεται καὶ νῦς) ἀπαίτων ἐστὶ τῷ μήλων ὀσυμαχώτερα, καὶ μάλιστα τὰ πέπονα. At verò alterius scripturæ exemplum aliquanto pòst habetur, vbi de VOCE Κοδύμαλον agit, & mala Cydonia ab Hermone ἐν Κριτικαῖς γλώσσαις vocari tradit κοδύμαλα. Deinde ex Polemone addit, nonnullos velle κοδύμαλον esse quoddã floris genus. Quib' addit, Ἀλκμὰν ᾧ τὸ ῥοδόεν μῆλον. sed hanc scripturam incuriæ librariorum imputandam esse existimo. Quod autem attinet ad id Cydoniorum genus quod PLIN. Χρυσόμηλα vocat, sunt qui ea aurea mala esse putent quæ legimus apud Virgilium Ecloga 3, Aurea mala decem misi, cras altera mittam. quum tamen v. l. tradant ex ATHEN. Χρυσᾶ μῆλα, NECNON Ἐσπερίδων μῆλα, esse mala Medica, de quibus antea dictum fuit. Sed vereor ne parum attentè Athenæi locus consideratus fuerit: vel potius, ne librariorum error non deprehensus, eos qui hoc annotarunt in errorem induxerit. Quale autem illud erratum sit, vt ostendere possim, locum totum profeire necesse habeo. Scribit igitur Athenæus libro 3, Ἐσπερίδων δὲ μήλων ὕπως καλεῖσθαι πινὰ φησὶ Τιμαχίδας ἐν τῷ τπάρτῳ, εἰπὼν, Καὶ ἐν Λακεδαίμονι τραφῆσθαι τοῖς θεοῖς φησὶ Πάμφιλος τοῦτο. δύσομα δὲ ἔτι καὶ ἄβροπι· καλεῖσθαι δ' Ἐσπερίδων μῆλα. Ἀριστοκράτης γοῦν ἐν τπάρτῳ Λακωνικῶν, Ἐπὶ δὲ μῆλα καὶ τὰς λεχρόφας Ἐσπερίδας τρῶσκα. Θεόφραστος ἐν τῷ &c. Hunc, inquam, illorum errorem ex librarii errore natum esse dico, qui τρῶσκα cum præcedentibus iunxerit: quum alioqui nomen hoc tanquam titulus interiiciatur. vt variis huius scriptoris locis, præsertimque in libris prioribus, nomina quædam textui inserta esse videmus quæ nullo modo vel præcedentibus vel sequentibus annexa sint, neque cum illis vel his cohæreant, quantum quidem ad structuram orationis attinet: sed seorsum ponantur, tanquam eorum quæ proximè sequuntur materies seu argumentum. Ac ne longè abeamus, habemus, paucis interiectis, nomen κιτείον hoc ipso officio fungens. Ex illo igitur Athenæi loco nihil minus quàm illud probari potest. Posse alioqui aureorum malorum appellationem non vno pomorum generi tribui fateor, prout varium auri colorem in variis nummis esse videmus, & quidem in iis etiam qui recèns cusi fuerunt. Illis porro addit Plinius, de cotoneis, Sunt præterea parua sylueſtria, à strutheis odoratissima, in sepibus nascentia. Autor γεωπονικῶν libro 10, ex Cydoniis malo insitis μῆλα nasci ait καλλισα, quæ ab Atticis sint DICTA Μελίμηλα. Quinetiam μήλινος & μηλίτης ad μῆλα κυδώνια interdum pertinere, docebo paulo pòst.

Sunt verò & alia quædam μῆλα quæ adiectiui nominis adiectione distinguuntur: veluti ea quæ ἠπειρωτικὰ vocantur. Sunt præterea quæ nomine compositio appellantur: vt μελίμηλα, ἀγριόμηλα: de quibus omnibus partim iam dictum est, partim suo loco dicetur, in Indice.

Μῆλα, si verum est quod Hesychius scribit, dicendum fuerit tam latè patere quàm apud Latinos Poma. vt enim Poma Latini generaliter interdum vocant quosvis fructus, sic ille μῆλα esse ait παντὸς δένδρου καρπόν: sed ἐξαιρέτως ita vocari τὸν τῆς μηλέας. Sic apud Homerum Il. 1, vbi canit, Πολλὰ δ' ὀγε τρεφέλιμα χαμαὶ βάλε δένδρεα μακρά· Αὐτῆσιν ῥίζῃσι καὶ αὐτῆς αὔξησι μήλων, nomine μῆλα significari generaliter ἀκροδρυα, ὀκ μέρους, tradit Eustathius.

Μῆλον apud autorem γεωπονικῶν ponitur & pro μηλέα, id est malus arbor: lib. 10, ἐξκεντρίζεται μῆλον εἰς πᾶσαν ἀχράδα. Itidémque pro arbore vsus esse videtur Pollux. (Sic autem quædam alia nomina alicubi de fructu pariter & de arbore dicta inueniuntur) Hesychius postquam μῆλα vocari dixit παντὸς δένδρου καρπόν, sed ἐξαιρέτως τῆς μηλέας: addit καὶ πάντα τὰ δένδρα.

Μῆλα metaphoricè vocantur & alia. Nam malæ, vel potius genæ, μῆλα etiam appellantur, teste Polluce. (Hippocrati κύκλοι τοῦ τρεσώπου, vt Galenus testatur) Sed is tamen sibi minimè constat in huius vocis positione, meo quidem iudicio. Postquam enim dixit, ea quæ vocantur μῆλα, ab vtraque nasi parte protuberare, (si αὐξήσειεν ita interpretandum est) & esse ὑποθήλαμον φρουρὰν τῷ ὀφθαλμῷ: vt videlicet ἐξαπιχίοιτο εἰς ἀσφάλειαν αἴωθεν μὲν τοῖς τῷ ὀφρύων τρεσβολαῖς, κάτωθεν δὲ τοῖς τῷ μήλων αὐξήσεσι: & esse hæc nominata μῆλα, quoniam αὐξοῦσιν ἐν ὥρᾳ: subiungit, vocari etiam παρειαὶ & γάθυς. Non sibi constat, inquam, Pollux, in eo quòd primùm μῆλα esse ait ὑπὸ τὰς παρειάς: deinde ea vocari etiã παρειαὶ dicit. Quod tamẽ de huius appellationis ratione scribit, παρειαῖς optimè conuenire constat. hæ enim αὐξοῦσαι dicuntur & θύανθεῖς, quum in iis lanugo velut efflorescit. Ita enim accipio verbum αὐξεῖν, & in eo loco vbi dicit τρόφα τὸ αὐξεῖν ἐν ὥρᾳ: non autem, vt interpr. quidam, Quòd in iis ætatis flos eluceat. Planè enim coacta hæc interpretatio mihi videtur. Sunt verò & quialiã huius metaphorici vsus nominis μῆλα rationem afferentes, μῆλα dicta esse velint quia in modum mali orbiculati extuberant. Vtut se res habeat, non absimile vero esset, Latinos exemplo Græcorum nomini Malæ significationem illam dedisse, & Malæ quasi Mala (id est poma) dixisse. Neque enim mihi vnquam persuadebit Cicero, malas à maxillis, nihilo magis quàm alas ab axillis, talos à taxillis, palos à paxillis fieri. qui tamen id velle significare videtur. Μῆλον scribit Gorr. in singulari: tradens esse partem faciei inter nasum & aurem, sub oculo leuiter eminentem. Additque, pilis nudam esse, nõ modò propter os subiectum, sed etiam ad ornatum & decorem vultus, quódque natura voluerit eam esse sedem pudoris, ibique maximè ostendi ruborem. Et sic dictam esse à mali similitudine, siue rubeum mali colorem spectemus, siue rotunditatẽ quam illi natura donauit, vt sic oculum ab externis iniuriis infrà tutaretur. ideóque Hippocrate in De morbis libro 1, non illepidè malas κύκλοις τρεσώπου nominauisse.

Hæc & ille. Nunc autem ad exempla veniendum est. Legimus igitur apud Lucianum ὀν εἰκόσι vocem μῆλα de faciei parte quadam: vbi scribit, καὶ τῷ ὀφθαλμῶν δὲ τὸ ὑγρὸν ἅμα τῷ φαιδρῷ καὶ κεχαρισμένῳ, καὶ ὅτι τοῦτο δεφυλάττει κ' τὸ Περιτίτλει δοκοῦν· τὰ μῆλα δὲ, ὡ ὅσα τῆς ὄψεως αὐτῶτα, παρ' Ἀλκαμένοις καὶ τῆς ὀν κίπτοις λήψεται. Legimus & apud Alex. Aphrod. in Probl. δεῖ τί τῷ τρεπτοθυμονικῶν τὰ μῆλα ἐρυθριᾶσι; Singulare autem μῆλον extat apud Græcos Bibl. interpretes, Cantic. Solom. c. 4.

Μῆλα, de mammis puellæ dictum ab Aristophane, vtpote teretibus, sicut teres est malum.

Μῆλον, Oculi procidentia iam inueterata, atque adeo aucta vt etiam palpebras excedat. Sic dicta à mali similitudine, quòd ita protuberet oculus vt malum exertum appareat. Gorr. Vna est ex speciebus τῷ ὀφθαλμοῦ τρεπτώσεων.

Μῆλα, Carnes quædam rubræ & teretes sub tõsillis, quæ tonsillæ αἰπάδες & παρίδμα dicuntur. siue Tonsillæ duæ penitiores, in intimo ore positæ ad radicem linguæ. Vide Poll.

Μῆλα, Labra. Vnde VERBVM Διμηλαίνειν, Labra mouere, δεμαινεῖν τὰ χείλη, vt inquit Pollux. Sed comicis hoc verbum peculiariter tribuere videtur, sicut & nomen illud μῆλα, in ea significatione.

Μῆλον in significatione ἔρωτος vel potius δελεάσματος εἰς ἔρωτα siue εἰς τὰ ἀφροδίσια, vide in Μηλοβολῶ.

Sicut Μῆλον quo malum seu pomum significatur,
ita etiam μῆλον (de quo postea dicetur) ouem
significans, multa composita habet, quæ
illi reseruans, ea excerpsi quæ ad
μῆλον, de quo nunc agitur,
pertinent.

C. Μηλοβολέω, ῶ, Malo seu malis peto. vt legimus apud Maronem Ecloga 3, Malo me Galatea petit, lasciua puella, Et fugit ad salices, & se cupit ante videri. Quæ Theocriti imitatione dixisse videtur in Hodœporicis, Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα, Τᾶς αἴγας παρελῶντα, καὶ ἀδύ τι πυππυλιάσδει. Vbi scholiastes βάλλει μάλοισι ait significare, πειρᾶται με εἰς ἔρωτα ὑπαγαγέσθαι. id est, Conatur me ad amorẽ allicere. Additque, τὸ δὲ μήλοις βάλλειν ὅθεν τύπτις ἔπαιον. (sed pro τύπτις repono τύπτω) Conuenitque optimè quod iste scribit cum iis quæ à scholiaste Aristophanis scribuntur in hunc illius poetæ locum in Nubibus, Μηδ' ἐ; ὀρχηστρίδος εἰσένεγκ· ἵνα μὴ τρεῖς τοῦτα κεχηνώς, Μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου, τῆς δυκλείας ἐπόθραυσθῇς. Hic enim μήλῳ schol. exponit ἔρωτι. additque, eos μηλοβολεῖν appellasse τὸ εἰς ἀφροδίσια δελεάζειν: quòd μῆλον Veneri sit sacrum. Est autem εἰς ἀφροδίσια δελεάζειν, ad rem veneream aliqua illecebra inuitare, seu incitare. Sed quum μηλοβολεῖν ita exponat, (quam expositionem cum alterius scholiastæ expositione conuenire dico) μήλῳ in eo loco debuit potius δελεάσματι ἔρωτος aut ἀφροδισίῳ, quàm ἔρωτι, explicare. Sic autem in quodam Platonis epigrammate (id est, quod Diog. Laertius Platoni adscribit in eius vita) legimus, Τῷ μήλῳ βάλλω σε· σὺ δ' εἰ μὴ ἐκοῦσα φιλεῖς με, Δέξαμθίν, τῆς σῆς παρθενίης μεπάδος. Εἰ δ' αὖ &c. Subiungitúrq; & istud', tanquã eiusdem, Μῆλον ἐγὼ, βάλλει με φιλῶν σέ πς. Sed hoc epigramma Philodemo adscribitur, in Anthol. epigr. lib. 7, pag. 467, meæ editionis. Alterum verò illud extat eiusdem operis p. 486, tanquã incerti autoris, aut certè tanquam Ἰουλιανοῦ. Cæterùm dicuntur μήλοις βάλλειν, qui muneribus assequi student quod optant, aut qui donis prouocant ad amorem mutuum, vt Erasmus scribit in prouerbio, Malis ferire, seu petere: vbi cætera legere poteris, si videbitur. Hoc tantùm addo, quanuis μηλοβολεῖν compositè dixerit enarrator Aristophanis, existimare tamen me μήλῳ βάλλειν disiunctim potius vsurpari, hac præsertim in significatione. Quod tamen apud Hesychium legimus μηλοβαλεῖν, expositum πλῆσαι πινὰ καὶ εἰς ἔρωτα ὑπαγαγέσθαι, non dubito quin mendosè pro μηλοβολεῖν scriptum sit.

C. Μηλοειδὴς, Mali speciem præ se ferens, vel colore, vel alia re.

C. Μηλόκαρπον, ου, τὸ, Aristolochiæ longæ, quæ mascula dicitur, cognomen: quòd florem ferat, quum dehiscere cœperit, piro similem. Gorr.

C. Μηλολόνθη, SIVE Μηλολάνθη, aut ETIAM Μηλόνθη, SIVE Μηλάνθη, Scarabeorum quoddam genus, id est κανθάρων. qui peculiari NOMINE Χρυσοκάνθαρος dicitur. Nam μηλολόνθη, teste Hesychio, est εἶδος κανθάρων, quos aliqui χρυσοκανθάρους appellant. At scholiastes Aristoph. non ait esse εἶδος κανθάρου, id est scarabei speciem, sed ζωύφιον χρυσίζον κανθάρῳ ὅμοιον. Verùm alia expositio his verbis subiungitur, secundum quam est illud ipsum quod χρυσοκάνθαρος appellatur. (ita enim ibi intelligendum est aduerbium ἄλλως, sicut & aliis plerisque horum scholiorum & aliorum locis: quod in vulg. l. animaduersum non fuit, id est ab eorum consarcinatoribus) Annotat autem hæc in istos Aristophanis versus in Nubibus, Ἀλλ' ἀπιχάλα τῷ φροντίδι' ἐς τὸν ἀέρα, Δινόδεπον ὥς τῷ μηλολόνθῳ τοῦ ποδός. vbi ait respici ad puerorum morem, qui hoc animalculum filo alligatum emittunt. ideóque perinde esse ac si diceret, ὅπως δῆσόν σου τῷ γνάμῳ, ἵν' ὅπαν ἀρπάσῃς ὀκ τοῦ ἀέρος τῷ γνάμῳ, πάλιν ὀλπασάσῃ αὐτῷ. Possumus autem ex Suida & Eustathio puerilem hunc lusum exactius cognoscere. id est, coniungentes quæ vnus dicit, iis quæ ab altero dicuntur. Scribunt enim, pueros filum (πεῖπχ, vt refert Eustathius) pedibus huius animalculi appendere seu alligare, deinde in aerem emittere, & sinere volare. Dum autem sic alligatum volat, velut in gyros circumagi & circumuolui: puerósque tali spectaculo gaudentes, non sine manuum plausu ipsum comitari. Suidas tamen non dicit tantùm λίνον τοῦ ποδὸς ἐξαρτῶντες, sed adiicit, καὶ ξυλίφιον ὃ οὐκ ἰσχύσιν αἰακουφίσῃ. Quidam verò (addentes fortasse de suo) scribunt pueros huius fili pedibus μηλολόνθης appensi, caput digitis suis alligare. Scribit autem Eustathius ex quodam veteri grãmatico aut lexicographo, (vnde & præcedentia se accepisse profitetur) esse animal vespa maius, quod nasci ἐκ τῆς μηλεῶν αὐθήσεως, aut μηλέαις aduolare quum florere incipiunt. Sic & Pollux ἐκ τῆς αὐθήσεως τῷ μήλων, (quod pro μηλεῶν accipiendum erit: nisi potius scripsisse μηλεῶν non μήλων existimandus sit) aut σὺν τῇ αὐθήσει γίγνεσθαι tradit. Dicit autem duntaxat esse animal volucre: vòcaríque & μηλολαθῶ. Suidas esse scribit animalculum quod floribus insidet: sed fortasse scriptum reliquit τοῖς αὔθεσι τῷ μηλεῶν, vel τοῖς τῷ μηλεῶν αὔθεσι. A nonnullis μηλολόνθη redditur galleruca, à quibusdam bruchus. (qui tamen à Græcis esse DICTVS Μάσαξ potius existimatur. Ab autore autem γεωπονικῶν vox Latina vsurpatur, in βρῦχος commutata, libro 13, τοῦ τὸ τέλεχος τῆς ἀμπέλου τρῶγα τῷ ῥίζαν τρεῖς κόκκοις συνήπτεσν χῶσον. φυτεύσφα γὰ τοῦτα τῇ ὁδ μὴ τὸν βρῦχον αἰαιρεῖ. Quidam denique annotant μηλόνθῳ esse illud animalculum quod à nobis hanetom appellatur. Sciendum est porro lusum illum puerilem cuius modò facta fuit mentio, hoc ipsum nomen habere apud Pollucem: sicut apud eundem eodem in loco alii etiam lusus commemorantur, quorum nonnulli animalium nomen habent: vt χαλκῆ μῦα & χελιχελώνη. Inuenitur ETIAM Χρυσομηλολόνθιον apud Aristophanis scholiastem, sicut dictum fuit tomo quarto, inter nomina ex nomine χρυσὸς composita. Sed apud eum eodem in loco LEGI Μηλολόνθιον sciendum est. Vocatum putatur & χρυσαλίς: de quo nomine dictum est inter composita ex nomine χρυσός.

Μηλολόνθη est etiam flos quidam, teste Suida.

C. Μηλομαχία, ας, ἡ, Malis commissa pugna, seu pomis, Pugna quæ malis committitur: id est, in qua alii in alios mala iaculantur. Qualis autem fuerit Alexandri μηλομαχία, docet Eustathius, & ante eum Athenæus: ex quo sumpsisse eum quæ de illa scribit, opinor.

C. Μηλόνθη, vide in Μηλολόνθη paulo anté.

C. Μηλονόη, Dea quædam cuius hymnus extat apud Orpheum. Ita quidem vulg. lex. sed apud Orpheum μηλινόη legitur.

C. Μηλοπάρηος, q. d. Malis similes habẽs genas, vel Cuius malæ seu genæ colorem mali referunt. vt quidam interpret. Sed Eustathius exponit ἀπαλοπάρηος, ex μά-

λὸς significante idem quod ἀπαλός. Affert autem ex Theocrito: apud quem tamen E S T Μαλοπάρηος Doricè. Quinetiam alias duas nominis huius scripturas editio mea tibi indicabit: sed eas mendosas esse puto.

C. Μηλοπέπονες, Melopepones. Species sunt cucumerum, qui quum magnitudinem excessere, pepones Plinio vocantur: quum verò rotundi formam & effigiem mali referunt, tunc facto ex pepone & malo nomine, melopepones dicti sunt. Neque enim aliud inter illa discrimen quàm ex figura quondam fuit. Totum autem hoc genus in Martio & Aprili, melones, quasi μήλωνες, à mali figura Palladio dicuntur. Est verò eadem melopeponibus vis quæ & peponibus. Hæc Gorr. At in v.l. hæc annotantur: Μηλοπέπονες, apud Galenum De alimentis libro 2, à Palladio melones dicuntur: à mali Cydonii figura, quod μῆλον per excellentiam Græci vocant.

C. Μηλοπλακοῦς, Placenta è malis cotoneis. Legitur etiam forma D I M I N V T. Μηλοπλακαύπον. quod Gorr. annotat esse confectionem quandam ex malis cotoneis in vino coctis, adiecto postea melle, pipere, aniso, atque aliis, pro arbitrio pharmacopœi: quæ deinde omnia mista, instar semunciæ formantur, & cum lauri foliis componũtur. Additque, speciem esse cydoniati.

C. Μηλόπωρος, ου, ὁ & ἡ, vt μηλόσπορος ἀκτή, malis seu pomis consitum littus: ex Euripide.

C. Μηλοφόρος, ου, ὁ & ἡ, q.d. Mala ferẽs, seu gestans. Quidam Cereris cognomentum esse annotant. Apud Athenæum autem & Hesychium μηλοφόροι (nam apud hunc non dubito quin μηλοφόροι reponi debeat pro μηλοφόρι) sunt regis Persarum satellites, μῆλα χρυσᾶ φέροντες ὅθι τῶν συράκων.

C. Μηλάνθη, vide in Μηλολόνθη.

C. Μήλωψ, οπος, ὁ & ἡ, Colore referens malum, Mali colorem referens. q. d. Mali faciem habens. ex μῆλον, & ὄψ, ὀπός. Hom. Odyss. η, Γεντήκοντα δ' ἔσαν δμωαὶ κατὰ δῶμα γυναῖκες. Αἱ μὲν ἀλετρεύουσι μύλης ἔπι μήλοπα καρπόν. Vbi μήλοπα καρπὸν quidam exponunt πυρὸν, vtpote μηλοειδῆ τῷ χρώματι. Alii verò per μήλοπα καρπὸν intellexerunt τὸ ἔριον τῶν μήλων, id est lanam ouium. Sed posterior hæc expositio multo minus probatur quàm altera. Vide Hesychium, necnon Eustathium.

C. Ἀχρόμηλα, vide in Indice.

C. Ἀμαμηλίς, vide in Indice.

C. Γλυκύμηλον, siue Γλυκύμαλον Doricè, habes in Indice.

C. Ἐπιμηλίς, ίδος, ἡ, Mespili arboris quoddam genus, quæ foliis malum refert: vt tradit Dioscor. libro 1, cap. 171. qui alterum hoc mespili genus in Italia nascẽtis, (nam capite proximè præcedenti egerat de mespilo quæ δρώνια quibusdam est dicta) tradit vocatum E T I A M Σιπάνιον. (nisi quis malit scribere Σιπάνιον cum η, vt quædam exemplaria habent. In v. l. est E T I A M Σιπάειον: sed perperam, vt opinor) Marcel. Virgil. ὀπιμηλίδα ideo vocari existimat quòd felicissimè ὀπὶ τῆς μηλέας inseratur. Galenus (qui apud Hippocratem ἀμαμηλίδες exponit voce ista ὀπιμηλίδες) De alimentis lib. 2, vnedonem in Italia vocari testatur fructum τῶν δάμνων τῶν παὶ ὀπιμηλίδας φέροντος. At Plinius à quibusdã reprehenditur quòd ὀπιμηλίδα siue vnedonem cum arbuti fructu confuderit, qui μιμαίκυλον seu μεμαίκυλον appellatur.

Ἐπιμηλὶς, est & quoddam ἀπίων γένος, si Pamphilo apud Athenæum credimus. Hesychio quoque teste est ἀπίου τὸ γένος.

Ἐπιμηλὶς, est etiam πόρπη, eodem lexicographo teste. Significare autem πόρπην aliud etiam quàm fibulam, apud eum ipsum videbis.

C. Ὑδρόμηλον, vide inter nomina ex ὕδωρ composita, t. 3, c. 1777, g

C. Φιλόμηλος, Amator malorum, id est pomorum, Qui gaudet malis, seu delectatur. Alexander φιλόμηλος vocatur apud Athen. lib. 7, vbi μηλομαχίαν eius refert.

Μήλινος, η, ον, Colorem mali habens, Luteus, vt vertit Plin. Exponitur etiam Qui est flauo colore, item Giluus, ex Seruio. Plinius μήλινον αἶνος apud Dioscoridem reddit Luteum, vbi de cantharidibus loquitur. Et quod hic idem dicit, βότρυς, πόα ἐστὶν ὅλη μηλίνη, θαμνοειδής, ille interpretatur Botrys, fruticosa herba est, luteis ramulis.

A T V E R O Μήλινον ἔλαιον, Melinum oleum, id est, ex malis coroneis. A quibus & μήλινος color dici existimatur: quòd τὸ κυδώνιον μῆλον vocetur etiã simpliciter μῆλον. Affertúrque ex Columella libro 12, cap. 45, Liquor mulsei saporis ex condituis in melle cydoniis malis appellatur melimeli. Intellige autem pro μελίμελι.

I T I D E M Μηλίνη ἔμπλαστρος V E L Μήλινον ἔμπλαστρον, Melinũ emplastrũ, sic dictũ à colore mali cotonei: cuiusmodi esse solet id in quo arugo mediocriter coquitur: vt Docet Galenus. Nam ex cruda viridis color, ex ea verò quæ plus æquo cocta est, emplastrorum genus emergit quod & δίχρωμον & διπρόσωπον, & ab aliis κιρρὸν vocatur. Verùm plurima emplastra à veteribus μήλινα appellata æruginem non habent. Itaque sic ea dicũtur vel quòd ex varia mistura coctionisque modo prædita sint eodẽ colore, vel quòd vires habeant easdẽ quas Galenus libro 2 περὶ κρ. πόπων definit: vt non adeo magna vulnera glutinent, & vlceribus cicatricem obducant quæ à medicis ἀπερίσπα dicuntur: quæque ex rosaceo liquefacta, caua vlcera carne replent. Crito à coloris similitudine, eadem emplastra πύξινα, id est buxea, appellauit. Gorr.

Inuenitur E T I A M Μηλινοειδής, Melinum colorem referens, id est luteum, (nisi alio adiectiuo illud Græcum exprimere libeat) Ad melinum colorem accedens. Sed ex Theophrasto affertur μηλινοειδὲς ἄνθος & pro μήλινον.

Μηλίτης οἶνος, Vinũ ex malis coroneis. Dicitur E T I A M Κυδωνίτης οἶνος. v.l.

Μηλίζω, Ad colorem mali vergo, seu inclino, Colore malum refero, seu colorem mali. Sed existimatur potius de colore mali cotonei dici. Redditur etiam, Sum colore luteo. Dioscorides de sorbis, μηλίζοντα καὶ μήπω πέπονα. Idem libri 2, capu 107, ita inchoat, πυροὶ πρὸς ὑγείας χρῆσιν ἄριστοι, οἱ πρεσφατοι καὶ πελίοις ἠδρηκότες, τὴν χρόα μηλίζοντα. Quæ Ruell. vertit, Optima è tritici generibus ad secundæ valetudinis vsus habentur, quæ recentia & iam perfectè adulta, colorem luteum referũt.

Μηλὶς, ίδος, ἡ, Malus arbor: quæ vsitato magis nomine dicitur μηλέα. Ibycus apud Athen. lib. 13, ἦρι μὲν αἱ κυδώνιαι μηλίδες ἀρδόμεναι ῥοαῖ ἐκ πόταμῶν. Est etiam coloris genus: item instrumentum quoddam medicum. Est & malida, quidam morbus asinorum, de quo Aristot. De animal. lib. 8. Ex v.l.

Μήλων, ωνος, ὁ, Hercules cognomẽto dictus est à Melitensibus, seu à Thebanis, aut Bœotis, quòd non victimas ei immolarent, sed malis duntaxat sacra facerent. Vide Pollucem & Hesych. Pollux dicit apud Thebanos siue Bœotos ita vocari, altius repetita historia originem huius appellationis declarans: Hesychius autem non dicit apud Melitenses ita fuisse appellatum, sed ideò tributum fuisse illi hoc nomen, quoniam Melitenses οὐκ ἔθυον αὐτῷ ἱερεῖα, sed τὸν καρπὸν τῶν μῆλα.

Μέλιστα quoque (quod est apis nomen) ponendum hic fuisset, si verum esset quod ab Eustathio scribitur: videlicet vocatum esse ita hoc animalculum quoniam μήλοις ἐφιζάνει, nimirum τὸ χρήσιμον ἐκ τῶν καρπῶν ἀπαθιζουσα: ex μῆλον & ἵζω, quod est κάθημαι. (vt sit μέλιστα quasi μήλιστα) Sed quãuis hanc deriuationem veterum autoritate confirmet, mihi suspectam esse profiteor. Idem scholiastes certè quum in quendam libri v Odyssеæ locum, huius deductionis meminisset, addidit, ὡς δὲ καὶ πρὸς τὸ μέλιν καὶ αὐτά. (videlicet αἱ μέλισσαι) καὶ τὸ μέλι, ἀλλὰ τοῦτο κεκοίνωται. Verùm si μέλι à μέλω deducamus, non necesse videtur ex eodem verbo & μέλισσα deducere, sed potius ex illo nomine μέλι deriuandum esse. fieri enim potest vt ipsi melli nomen prius quàm eius artifici impositum fuerit.

Μῆλον autem quod ouem significat, à verbo μέλω seu μέλομαι, originem habere existimatur, quoniam μῆλα δὲ πολλῆς φροντίδος ἦσαν τοῖς παλαιοῖς. vel à V O C E Μῆλον significante ἥσυχόν & ἥμερον & χαῦνον: quoniam τὸ πρόβατον tale est. Attalus quidam à nomine μαλλὸς deduci censuit: quæ deductio planè reiicitur. quòd rationi consentaneum videatur vt contrà μαλλὸς à μῆλον deriuari dicatur.

Fuerunt denique & qui μῆλον appellatum putauerint παρὰ τὸ μηλῶδη καρπὸν ἐδεσθαι. Secundum quam deductionẽ μῆλον hoc posterius altero esset, quod proximè præcessit. (Obseruãdum est autẽ interim & N O M E N Μηλώδης, quod perinde sonat acsi à Pomum diceres Pomeus seu Pomaceus: siue fictum sit illud possessiuum, siue aliunde allatum) Sed Etymologus primam illam deriuationẽ cæteris anteponit: qui, paucis interpositis, addens, ὁ δὲ καρπὸς κατ' ἐξοχὴν. πᾶς γὰρ οὕτως ἐλέγετο, (ita enim legẽdum est apud eum, non autẽ, πᾶς οὕτως, sine γάρ) videtur eandem deductionẽ & alteri μῆλον velle tribuere: intelligẽs, μῆλον, quo certus quidã fructus significatur, à μέλω seu μέλομαι dictũ esse κατ' ἐξοχὴν: tanquã videlicet ὀπὸ μελείας ἠξιωμένον præ quouis alio. Alioqui enim μῆλον non certum illum fructũ, sed quemlibet significabat.

M H Λ O N,

ου, τὸ, Ouis, Pecus. Homer. Odyss. ι, — καλλίπεζα μῆλα νομεύων. Idẽ eodem libro, Ἀρνειὸς γὰρ ἔλω μήλων ὄχ' ἄριστος ἁπάντων. Alibi, μῆλ' οἴης τε καὶ αἰγὸς. Sed latius huius nominis significatio interdum extẽditur, ad capras nimirum, interdum & ad boues. De capris Odyss. ξ, — ἕκαστος ἐπ' ἤματι μῆλον ἀγινεῖ. Ζαφερέων αἰγῶν ὅσσ' φαίνηται ἄελλος. Atque adeò de quibuslibet quadrupedibus dictũ fuisse traditur, sicut μηλωτὴ de qualiber pelle. Vide lexicogr. Græcos, & Eust.

C. Μηλόβαι, E T Μηλοβάται Ouium pastores. Hesych. exp. ποιμένες. sed mendi suspicione illa vocabula non carent.

C. Μηλοβοτής, ου, ὁ, V E L Μηλοβοτήρ, ῆρος, ὁ, Ouium pastor, Opilio. aut etiam generalius, Pastor. Legimus apud Homerũ, μηλοβοτῆρας: alterum autẽ extat in Anthol. epigr. Hinc V E R B. Μηλοβοτέω, ῶ, Oues pasco. Hes.

Affertur etiam B I C O M P. Ἐπιμηλοβοτήρ in v. l. tanquam idem significans quod μηλοβοτήρ, videlicet Pastor: sed nullo testimonio confirmatur. estque mihi suspectum, quòd verear ne ex errore istud vocabulum bi compositum ortum sit: id est, ex præpositione ὀπὶ per errorem iuncta nomini, quum ei minimè iungi deberet: in isto Homeri loco, Iliad. σ, Τάμνοντ' ἀμφὶ βοῶν ἀγέλας καὶ πώεα καλὰ Ἀρηθυνῶν οἴων, κτεῖνον δ' ὀπὶ μηλοβοτῆρας. Verisimile est certè, ex hoc vel alio simili loco (siquis extat) vocabulum id petitum esse, iuncta præpositione ὀπὶ cum accusatiuo μηλοβοτῆρας. Docui autem & in aliis huius operis locis alia esse in vulg. lex. vocabula quæ itidem hanc originem habeant: id est, itidem facta sint ex præpositione iuncta per errorem alii voci quàm ei ad quam pertinebat. Alioqui in ὀπιθουκάλος vacare itidem præpositionem non ignoro.

C. Μηλόβοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ab ouibus depastus, seu, Quem vel quam oues depascuntur. Redditur etiam Vastus, Desertus. Isocr. in Plataico, μόνοι τῶν συμμάχων ἔθεντο τὴν ψῆφον ὡς χρὴ τὴν πόλιν ἀνδραποδιζομένην τὴν χώραν αἰεὶ μηλόβοτον καὶ ἔρημον τὴν χώραν καταλείπειν. vbi Polit. vertit Vastam. Exp. & Hesych. necnõ Suidas, exẽplum afferẽs.

C. Μηλονομεὺς, έως, ὁ, V E L Μηλονόμος, Ouium pastor, Opilio. Μηλονομεῖς, ποιμένες, Hesych. Alterum autem illud μηλονόμος apud Suid. extat. per hoc enim exponit illud μηλοβοτήρ, quod paulo antè habuisti. Μηλοβοτήρ, inquit, ὁ τῶν πρεσβάτων ποιμήν. καὶ μηλονόμος, ὁ αὐτός.

Μηλονομεὺς pro quodam genere bruchi, v.l. ex Max. Tyrio.

C. Μηλοσόνη, Via per quã oues agũtur, apud Rhodios, Hes.

C. Μηλόσωος, ου, ὁ καὶ ἡ, Ouium seruator, seu seruatrix.

C. Μηλοσφαγέω, ῶ, Oues iugulo, Oues macto, seu immolo. Et N O M E N Μηλοσφαγία, Ouiũ iugulatio, seu mactatio, aut immolatio. μηλοσφαγίαι, θυσίαι πρεσβάτων, Hes.

C. Μηλοτρόφος, ου, ὁ, Ouium nutritor, Qui oues alit. Ex Nõno, μηλοτρόφος ποιμήν, pastor qui oues alit.

C. Μηλοφάγος, ου, ὁ, Qui oues comedit, Ouilla carne vescẽs.

C. Μηλοφόνος, ου, ὁ, Ouium occisor, seu interfector. Lupi epithetum, in hoc Oppiani versu, De venatione, lib. 3, Μηλοφόνον τε λύκον, δεινὸν ἀνδρεκέα τ' αὖθις ὕαιναν.

C. Μηλοφύλαξ, ακος, ὁ, Ouium custos, in Anthol. Epigr.

C. Μηλιαυθμός, οῦ, ὁ, quasi μήλων ἰαυθμός, Ouium stabulum. Affert Etymol. ex Lycophrone. In v.l. annotatur dici etiam Μηλιαθμός: sed ego mendosum istud esse arbitror.

C. Εὔμηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Pulchras oues habẽs, vel Ouibus abundans, Ouium ferax, seu pecorum, Pecorosus. Apud Homerum Od. ο, insula εὔμηλος (in hoc versu 404, Εὔβοτος, εὔμηλος, οἰνοπληθὴς, πολύπυρος) exponitur καὶ ἀθέμιστα ἔχουσα, id est Pulchras pecudes habens. Ab aliis, Pecudũ ferax. Est Εὔμηλος & nomen propriũ filii Admeti.

C. Πολύμηλος, ου, ὁ & ἡ, Multas oues habens, Ouibus abundans. Hesiod. in Erg. πολύμηλοί τ' ἀφνειοί τε.

Μήλειος, ου, ὁ & ἡ, Ouinus, seu Ouillus. vt μήλειον κρέας, Ouilla caro: sicut βόειον, bubula.

Μηλωτὴ, ῆς, ἡ, Ouina pellis, proprié: sed interdum de quauis pelle dicitur, vt tradit Hesychius in Μῆλον. idémque testatur Etymologus, & Eustathius. Ab Hesychio exponitur etiam διφθέρα: à Suida ζώνη ἐκ δέρματος. Cum autem V O C E Μηλωτὴς, ίδος, ἡ, V E L Μηλωτεὶς, est specillũ auricularium, quo ad repurgandas aures vtimur. Vide Μήλη. A T V E R O Μηλωτὴς, οῦ, ὁ, Ouiũ pastor.

Μηλάτης, ου, ὁ, Ouium pastor. B O E O T I C E Μηλατὴς, idem. Nã μηλαπὴν à Bœotis vocari τὴν ποιμένα tradit Hes.

Μήλατα, τὰ, Oues. vnde genitiuus μηλάτων, vt μηλάτων ἀπάρματα. quæ verba Eustathius in exemplum affert, autoris nomen tacens: sed videntur ex quopiam tragico esse sumpta. Affert autem genitiuum hunc μηλάτων in exemplum metaplasmi: qualem esse ait in πρεσσώπασι pro πρεσσώπεσι, & ἕκασι pro ἑκάστοις, necnon ὀνείρασι & ἄστρασι. At in v.l. habetur nominatiuus singularis Μήλατον: quem ego testimonio quopiam idoneo posse confirmari non puto: sed temerè potius adscriptum ab aliquo fuisse, tanquam nimirum μήλατον dici necesse esset, si μήλατα diceretur. Atqui eadem ratione constituẽdus esset nominatiuus singularis πρέσσωπας tanquam vsitatus, quoniam πρεσσώπατα & πρεσσώπασι legimus: eodem modo ὀνείρατα sicut ὀνείρασι & ὀνείρασι dici scimus: idémque & de aliis sentiendum esset: quum contrà vbi est μεταπλασμὸς, (sicut in his esse grammatici omnes testantur) talis, vt ita dicam, analogia minimè quærenda sit. Adde quòd μήλατα, si sequatur illam datiuorum πρεσσώπασι & ὀνείρασι declinationem, datiuum habebit itidem μήλασι: ideóque nominatiuum singularem μῆλας, ατος, τὸ, non μήλατον. Cæterùm quod hic de nominatiuo singulari μήλατον dico, idem suprà de μηρὸν dixi, nominatiuo singulari neutrius generis, qui itidem in v.l. habetur, tanquam, si μηρὰ per metaplasmum in vsu sit pro μηροί, vsurpari μηρὸν quoque necesse sit. Sed verisimilius tamen esset hoc μηρὸν quàm illud μήλατον vsurpari.

Μηρὸς, quod nunc tractandum est, post verbum μηρίζω ponendum fuisset, inter eius deriuata, aut post μέρος, vel (quod mihi magis placet) post μείρω. Quæ tres deductiones eôdem tendunt, id est, eadem ratione nituntur: vt nimirum μηρὸς dicta sit Græcis pars corporis quam Latini femur appellant, quòd inde corpus velut diuidi incipiat. καὶ ὁ μηρὸς δὲ ἀπὸ τοῦ μηρίζω γίνεται, ὅτιπῆ τοῦ ε εἰς η, inquit Eustathius. In meo autem veteri lexico scriptum est μηρὸς esse à μείρω significante μηρίζω: vt videlicet ex μερὸς factum sit μηρὸς, siue vt μηρὸς dictum quasi μερός: quoniam corpus κατ' ἐκεῖνα τὰ μέρη μερίζεται, id est diuiditur. At verò apud Etymologũ legimus quidem eodem modo μηρὸν esse dictum à μέρος, vel à μείρω, διὰ τὸν μερισμὸν τοῦ σώματος: sed etymum aliud ibi præcedit longè ineptissimum, quo hoc nomen μηρὸς à μέλας deducitur, mutatio ne ἀμεταβόλου λ in ἀμεταβόλον ρ, scilicet.

—ΜΗΡΟ'Σ, οῦ, ὁ, Femur, Femen. Sunt qui μηρὸν verterint etiam crus, quo tamen nomine Celsus πλὼ κνήμιον propriè intelligit: scribens lib. 8, c. 1, crus ex duobus ossibus constare, tibia & sura. Idémque femoris nomine manifestò τὸν μηρὸν intelligit: scribens, tibiæ os cum femoris inferiore capite committi sicut cum humero cubitum. Hæc Gorr. Obseruaui certè apud Virgilium dici aliquem eripere ensem à femore, vt apud Homerum ξίφος seu φάσγανον ἐρύσσασθαι παρὰ μηροῦ, siue ἄορ σπάσασθαι παρὰ μηροῦ. Legimus enim apud Virgilium Æneid. libro 10, —ocyus ensem Æneas viso Tyrrheni sanguine lætus Eripit à femore, & trepidanti feruidus instat. (Dicit alioqui idem poeta & eripere ensem vagina, necnon diripere. Atque vt ibi legimus apud eum eripere ensem à femore, sic alibi, exuere ensem humero: quum tamen alioqui in latere potius apud eum ipsum gestetur. vnde sunt illa, Accommodare ensem lateri, Accingere ensem lateri. Sed alicubi datiuos duos lateri & humeris coniũgit: in hoc nimirum versu, Tum lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem. Denique & Suspendere ensem collo apud eum legitur. Quæ à me obiter dicta sint) Homerus Odyss. κ, versu 126, Τόφρα δ' ἐγὼ ξίφος ἐξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ. Idem Iliad. α, v. 190, Ἦ ὅγε φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ. Idem Odyss. κ, & Iliad. π, Σπασσάμενος παύνικες ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ. At verò Iliad. ε, quum dicit δόρυ ἐξερύσαι μηροῦ, aliam significationem habet ἐξερύσαι. Pluralē μηροὶ & dualem μηρὼ apud eundem poetam aliquoties legimus. vt Il. π, Μηρὼ πληξάμενος. Item πεπλήγετο μηρὼ, præcedente verbo ὤμωξεν, apud eundem non semel. Sic apud Plutarchum (quod obseruatione dignissimum est) in Fabio, μηρόν τε πληξάμενος καὶ στενάξας μέγα. Apud Xenophontem quoque legimus, de Cyro commoto iis quæ de morte Abradatæ audiuerat, lib. Pædiæ 7, pag. 109, meæ editionis, ἐπαίσατο τὸν μηρόν. In v. l. μηρὸς redditur etiã Coxa. Ibidem, μηροῦ κεφαλή, Coxæ caput, Rotũdum os, τὸ τῇ κοτύλῃ συνηρμοσμένον: at πλὴν ἔστι μηροῦ, καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ τῇ κοτύλῃ συνῆπται. In iisdem redditur μηρὸς & Inguen: sed perperam. vt vel ex hoc ipso loco apparet quem ex Galeno ad Glauconem lib. 1, afferunt, βουβῶσί τε καὶ μηροῖς προσπίπτομεν, inguinibus & femoribus applicabimus. Μηροὶ equo etiam aliisque nonnullis animalibus tribuuntur. Quin femina & femora (inquit Cam.) sint μηροὶ, dubium non est. femina tamen Latini carnes huius membri seu pulpas dixerunt: vt quum equitatu Plinius scripsit atteri & aduri femina. Nam μηροὶ equo applicantur ea parte qua interius illum contingunt. Xenophon de re equestri, Εἰν τε γὰρ μηροῖν οὕτως ἂν ἔχοιτο μᾶλλον τοῦ ἵππου. Id est, Sic enim & feminibus firmius adhæserit equo. Idem scriptor μηρὸν interius in equis nominauit, μηροῖς γε μὴν τοῖς ὑπὸ τῇ οὐρᾷ ἢν ἅμα πλατεῖα τῇ γραμμῇ διωρισμένοις ἔχῃ. Id est, Femina quidem sub cauda si latioris interualli linea distinxerit. Huius igitur membri totius, cum carnibus pulparum & toris, (quale apparet) nomen est μηρός: id est femur. Sed & ossis quod insertum acetabulo in genu desinit, propria est hæc appellatio. Hic est nimirum μηρὸς ἀμφικέφαλος Aristoteli, vtrinque quasi caput habens. Hæc est & coxa. Ita enim Celsus, Coxis proxima sunt genua. Sed coxas & coxendices potius ἰσχία plerique vocarunt. Ab Homero aliisque poetis dicitur ETIAM Μηροὶ pro μηρὸς, per metaplasmum. vt Odyss. ν, μηροὶ δὲ κήαιτο. Apud eundem aliquot locis, Αὐτὰρ ἐπὶ κῦ μῆρ' ἔκαιον, καὶ σπλάγχν' ἐπάσαντο. Sic apud Apollonium, μῆρ' ἐπάμυντο. Quanuis autem dicatur μηροὶ in plurali, non necesse est dici μηρὸν in singulari. Sunt enim quædã nomina quæ in plurali duntaxat numero talem metaplasmum patiuntur. vt δεσμὸς per metaplasmum habet pluralem δεσμά: & κέλυφος, κέλυφα: item, ζυγὸς, ζυγά. Quibus addere possumus δίφρα & λύχνα, ex δίφρος & λύχνος. Hoc autem ignorantes vulgarium lexic. confarcinatores singularem μηρὸν, οῦ, τὸ, nobis dederunt.

Μηροὶ sunt τὰ μηρία ἰσᾶ, (.i. femorũ ossa) vt exponit auror breuium schol. in hoc v. 463, Il. α, Μηροί τ' ὀξέα μον. Sed Eustath. huius expositionis non meminit.

Μηρὸς ab Hesychio exponitur etiam τόπος ἀμπέλου, & ξύλον, & τὸ τῆς καλάμης κῶλον. item ὅρος. Quod autem ad hanc vltimam expos. attinet qua dicitur esse ὅρος, sciendum est, de quodam Indiæ monte debere intelligi qui Libero patri sacer erat: vnde BACCHVS Μηροτραφὴς appellatus est, In Mero monte educatus. At de Μηροῤῥαφὴς, dictum est Tomi 3, col. 669.

C. Μηροῤῥαφὴς, Femori insutus, vide t. 3. c. 669.

C. Μηροτομέω, ῶ, Femur incido, Femur abscindo.

C. Μηροτραφὴς, vide panlo antè in iis quæ postremo loco de voce μηρὸς annotata fuerunt.

C. Μηροτυπὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Femora verberans, seu percutiẽs. vt μηροτυπὴς κέντρον, in Anthol. epigr. Stimulus quo femora boum seu vaccarum percutiuntur.

C. Εὔμηρος, ου, ὁ καὶ ἡ, ITEM Καλλίμηρος, apud Pollucẽ. ἀπὸ τοῦ μηροῦ, inquit, ὀνομαπροιοῦσιν εὔμηρος & καλλίμηρος, & μηλεᾶα, παραμηλεᾶα. Est autem εὔμηρος vel Qui bona seu firma femora habet, aut etiam crassa: vel idẽ cum καλλίμηρος, id est Pulchra femora habens, Qui est pulchris femoribus.

C. Φαινομηλὶς, ίδος, ἡ, Quæ femora ostendit. Φαινομηλίδες, siue Φαινομήριδες, dictæ sunt Lacænæ mulieres quòd incedentes femora retegerent. Plut. circa finem vitæ Numæ, (vbi Lycurgi instituta cum Numæ institutis comparat) ex Ibyco hoc vocabulum affert: scribens, φαινομηρίδας τε δὲ αὐταῖς ἀπεκαλοῦσιν, ὡς Ἴβυκος (nimirum Lacænas virgines) καὶ ἀνδρομανεῖς ἱστοροῦσιν, ὡς Εὐριπίδης, λέγων, Αἷ σὺν ἱππείοις ἀξονικοῖσιν δόμοις, Γυμνοῖσι μηροῖς καὶ πέπλοις αἰωρήροις. In sequentibus autem rationẽ illius appellationis declarat: quia nimirum virginalis tunicæ πέρυγες ab inferiori parte consutæ non erant, sed explicabãtur, ita vt in incessu totum femur nudarent. Apud Pollucem autem est SCRIPTVM Φαινόμηρις. (sed mẽdosè, vt opinor) Loquẽs enim de vocabulis ex μηρὸς derinatis, καὶ ἡ Λάκαινα φαινόμηρις, inquit.

C. Μεσομήρια, q.d. Inter femina. τὰ μεταξὺ τῶν μηρῶν, inquit Poll. i. Spatium quod est interfemina, seu femora. Apuleius autem interfeminium de pudendo muliebri dixit. In v. l. perperam μεσομήρια redditur Femina, vt παραμήρια, femora.

C. Παραμήρια, Internæ femoris partes, Femina. τὰ ἐντὸς τῶν μηρῶν, teste Polluce. Cam. autem tradit & VOCE Παραμηλεᾶα, idem significari, eundem testem producens: apud quem tamen huius posterioris vocabuli

expositionem nullam reperio. AT VERO Παραμηρίδια, sub. ὅπλα, apud Xenophontem Pæd. 6, pag. 100, meæ editionis, sunt arma quæ equorum μηροῖς aptantur, ad tegendã hanc partem. ὅπλιζον δὲ καὶ ἵππους (inquit) περιμηρίδιοις τε καὶ περιστερνίδιοις· καὶ τοῖς μὲν μονίπποις, παραμηρίδιοις, τοῖς δὲ ἅμα τοῖς ἁρμασι, παραπτερυγίδιοις. At in v. l. exponitur generalius, Femorum siue feminum tegumenta & arma: item Feminalia siue Femoralia, ex Suetonio in Augusto. In primis autẽ Græcolatinis lexicis παραμηρίδιον dicitur etiam esse genus gladii.

C. ΔΙΑμηρίζω, verbum obscœnæ significationis, apud Aristophanem & Plutarchum ac Diogenem Laertium, de præpostera nimirum venere. Hesychius tamen διαμηρίσαι non ὅτι παίδων ἀρρένων tantùm sed & ὅτι θηλειῶν dictum fuisse tradit. Quidam Diuidere interpr. obscœnam huic itidem verbo significationem tribuentes. Hinc VERBALE Διαμηρισμὸς de obscœno illo actu, apud Plur. in Sympos. Quidam interpr. Interfemineus congressus, seu interfemoralis. Item Diuisio, obscœna significatione: vt διαμηρίζειν, Diuidere.

Μηλαῖος, ᾶ, ὁ, Ad femur siue femora pertinens, q. d. Femoralis. vt μηλαῖα ὀστᾶ apud scholiastem Homeri; Femoralia ossa, id est Ossa femorum.

Μηρίον, ου, τὸ, forma diminutiua, idem tamen valens quod μηρὸς, femur. Vnde μηρία καίειν apud Homerum & Hesiodum, idem quod μηροὺς καίειν.

Quod sequitur nomen Μῆτις, si πρωτότυπον, id est primitiuum, censeri non debet, non dubium est quin à μῆδος seu μήδομαι deductum censere oporteat. Etymol. à μήδω deriuat: huius μήδω futurum esse dicens μήσω, à quo nomen verbale μῆτις, & per mutationem literæ σ in τ, μῆτις. Cui deriuationi, tanquam non nimium longè accersitæ, facilè assentior. Sed pro μήδω dicere malim μήδομαι: quòd huius passiuæ vocis exẽpla multa, illius autẽ actiuæ nullum inueniam. Est autem omnino poeticum hoc nomen μῆτις, quanuis verbi μήδομαι aliquis sit & in soluta oratione vsus: sicut in præcedẽtibus docui. Huc autem pertinentia quædam præfabor in nomina ex hoc μῆτις composita.

ΜΗ̃ΤΙΣ, ιδος, ἡ, Consilium. Interdum Intelligentia, vel Prudentia, Sapientia. Homerus suum Vlyssem quem sæpe πολύμητιν vocat, interdum Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον appellat, id est Ioui consilio parem. vt Iliad. β, versu 408, Ἕκτορ δ' αὖτ' Ὀδυσῆα Διὶ μῆτιν ἀτάλαντον. Apud eundem legimus aliquoties ἀμείνων μῆτις & ἀείση μῆτις, item λεπτὴ μῆτις: & alicubi, ἄλλη μῆτις. Necnon cum variis verbis: vt μῆτιν φρεσὶ θέσθαι, item metaphoricè μῆτιν ὑφαίνειν, (quod apud Hesiodum quoque legitur) & μῆτιν πεκταίνεσθαι. quibus omnibus in locis non dubium est quin βουλὴ, id est consilium, significet: quum nomen illud βουλὴν iisdem aut similibus verbis iũgere soleat. Atque adeò apud hunc ipsum eodem in loco μῆτιν & βουλὴν manifestè idem significare videmus: Iliad. ι, vbi canit, Τοῖς ὁ γέρων πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῆτιν Νέστωρ, οὗ καὶ πρόσθεν ἀρίστη φαίνετο βουλή. (Quò pertinentia quædam afferam & in verbo μηπᾶν) At verò in his versibus Iliad. ψ, Μήπ τοι δρυτόμος μέγ' ἀμείνων νὲ βίηφι, Μήπ δ' αὖτε κυβερνήτης ὀϊ οἴοπτι πόντῳ Νῆα θοὴν ἐλαύνων ἠπόνας ἵππους. ITEM ἰθύνει ἐκ χθονὸς εἰλω αὐέμοισι, Μήπ δ' ἡνίοχος πρὸς ἡνιόχοιο: DATIVVS Μήπ (qui per crasin factus est ex datiuo Ionico μήπῃ, non ex μήδει per apocopen: alioqui enim ι corriperetur, quum contrà producatur. Ideóque malè in quibusdam exempl. scriptum est μῆπ, priore syllaba circumflexa) non tam sonat Consilio (quanuis Eustath. exponat τῇ βουλῇ) nec Prudentia, quàm Solertia, aut Solerti quadam industria. Quidam verò interpretantur etiam Arte: sicut breuium scholiorum autor exponit τέχνῃ. Quam expositionem præcedit alia, videlicet σωίσει.

Μῆτις in malam partem etiam sumitur pro vafro consilio. Inueniuntur enim coniuncta apud Homerum alicubi δόλοι & μῆτις, item μῆτις & κέρδεα. Quod tamen VOCAB. Κέρδεα alicubi & in bonam partem sumitur: vt vel ex eo loco apparet quẽ modò protuli: id est, ex iis quæ ibi proximè sequuntur. Siquidem de eo ipso cui μῆτιν tribuerat, dicit mox, Ὅς δέ κε κέρδεα εἰδῇ ἐλαύνων ἠπόνας ἵππους.

De sequentibus compositis quæ ex nomine μῆτις facta sunt, hoc sciendum est, vnum idémque duobus modis scriptum inueniri, nimirum cum terminatione non solùm in τις, sed etiam in της: & τις quidem pro vtroque genere, της autem pro masculino duntaxat. Quanuis autem rationi consentaneum videatur vt non minus hæc quàm illa à nomine μῆτις deducamus, Eustathius tamen terminationẽ in της à verbo μήδω esse tradit: at ego à μῆτις esse potius dicerem. Vide Ποικιλόμητις.

C. Ἀγλαόμητις, ιδος, ὁ καὶ ἡ, & Ἀγλαομήτης, ου, ὁ, & Ἀγλαομητία, vide t. 1, c. 142.

C. Ἀγκυλόμητις, vel Ἀγκυλομήτης, vide in Indice.

C. Αἰολόμητις, ιδος, ὁ καὶ ἡ, vel Αἰολομήτης, ου, ὁ, Varium consilium habens, Vafer, Astutus. Vide t. 1, c. 178, in fine. Inuenitur autem scriptum & αἰολομῆτις.

C. Διχόμητις, vide in Indice. Dici etiam potest Διχομήτης.

C. Δίμητις, vide in Indice. Dici potest & Διμήτης.

C. Εὔμητις, VEL Εὐμήτης, Cui bonum est consilium, Bono consilio præditus seu instructus, vel, Bene instructus consilio. Vno verbo, Prudens.

C. Θρασύμητις, VEL Θρασυμήτης, Audax consilio seu consiliis, Cuius audax est consilium, vel audacia consilia, In capiendo consilio audax.

C. Κακόμητις, VEL Κακομήτης, Qui est mali consilii, Cuius malum est consilium, siue Cuius mala sunt consilia. Vel, Qui malo vtitur consilio, siue malis consiliis. κακόβουλος, Hesych.

C. Κλυτόμητις, VEL Κλυτομήτης, Inclytus consilio seu consiliis, aut prudentia, Quem consilium reddit inclytum seu valde celebrem. In Anthol. epigr.

C. Ποικιλόμητις, VEL Ποικιλομήτης, vide t. 3, col. 442, lit. G. Sciendum est autem, Eustathium in hunc versum 163, libri γ Odysseæ, Ἀμφ' Ὀδυσῆα αὐακίδα δαίφρονα ποικιλομήτεω, annotare, Homerum nõ dixisse ποικιλόμητιν, quum alioqui ita dicere posset, eodem modo quo εὔμητιν & πολύμητιν, non ita scripsisse tamen: vt ostenderet vtraque scriptura licere vti: ποικιλόμητιν quidem à μῆτις, at ποικιλομήτεω deducendo à verbo μήδω, sicut & ἀγκυλομήτης inde deducitur. Ego tamen (quod Eustathii pace dictum sit) grammaticæ analogiæ vix consentaneam hanc deductionem esse arbitror, potiúsque à μῆτις deriuari censeo.

C. Πολύμητις, VEL Πολυμήτης, Cui multum est consilii & prudentiæ, Consilio abundans. Apud Homerum passim, πολύμητις Ὀδυσσεύς.

C. Ταχύμητις, VEL Ταχυμήτης, vide in Ταχὺς, t. 3, col. 1273, lit. G.

C. Ὑστερόμητις, VEL Ὑστερομήτης, t. 3, c. 1761, lit. c.

Μητίεις, εντος, ὁ, Consilio abundans, Cui multum est consilii. vt Ζεὺς μητίεις apud Hesiodum, in Erg. Διὸς παρὰ μητίεντος. Apud eundem in Theogonia, Ζῆνά τε μητίεντα, θεῶν πατέρ' ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν. In vulg. lex. tamen μητίεις redditur simpliciter Consultus, item Consiliarius, & Consilii autor. Dicam de hoc epitheto μητίεις & in proximè sequente μητέτης.

Μητέετα φάρμακα, apud Hom. Odyss. δ, v. 227, Τοῖά οἱ Διὸς θυγάτηρ ἔχε φάρμακα μητέετα, quæ magno consilio

seu magna prudentia excogitata sunt: vel τὰ βυλῆς δόμα εἰς ὀπφυγὴν, inquit Eustathius. μηδέν τε Bud. vertit Consultè medica composita sub arte, quatuor Homeri versus quatuor Latinis reddens: additque à Plutarcho exponi χῦ πῶ θεωρηκλῶ τέχνῳ ἐσκθυασμθία. Inducebant autem hæc pharmaca malorum omnium obliuionem, vt ibi docet poeta. vnde nomen vel epitheton vnius apud illum ibidem est νηπενθές. Ille porro locus Plutarchi est in iis quæ de Homero scripsit.

Μηπέτης, ου, ὁ, (quod dici existimatur quasi μηπῆς, per pleonasmum τοῦ τ) Consultus, Prudens. Vel Consiliarius, item Consultor. Ab Hesychio exponitur βυλευτής: à Suida autem βυλευτικός, & quidem rectius, mea sententia. atque adeò Eustathius quoque non illam sed hanc expositionem affert. Apud Homerũ frequentissimum est Iouis epithetum. sed nominatiui locum apud eum obtinet v o x Μηπέτα proparoxytonè: vt Iliad. α, μάλιστα δὲ μηπέτα Ζεύς. Qui σημαντορικὸς Bœotis atque Æolibus à veteribus fuit adscriptus, vt docet Eustath. qui dubitat an μεταπλασμὸς vocari debeat. Vide & Etymologum. Hoc quidem certè constat, eundem σημαντορικὸν in aliis plerisque nominibus apud Homerum extare: è quibus sunt hæc, ἱππότα, ἠπότα, αἰχμητά, κυανοχαῖτα. Cæterùm quod ad nominis huius significationem attinet, Eustath. μηπέτα Ζεὺς exponit & altera voce proximè præcedente, μηπόεις. quem (inquit) Theocritus ἑρμηνεύει, quum dicit, Διὸς μέγα βυλεύοντος. Huc autem pertinere dico & μήστωρ, quod epithetum ab eodem poeta huic deo tribuitur. Latinè autem non satis exprimi videtur, interpretando (quum de Ioue dicitur) Consultus. Magisque placeret Consiliarius, vel Consultor, si actiuam significationem dare liceret: aut etiam Consilii autor. Alioqui nõ minus lubẽter reddiderim Prouidus (quoniã prouidentiam deo propriè tribui notum est) quàm Cõsultus. Quidam verò reddiderunt superlatiuo Consultissimus.

Μηπάω, ῶ, Consilia agito, Cõsilio, Cõsulto, Delibero. Redditur & Consulo. Apud Hom. Il. η, v. 45, Βυλὴν ἤ ῥα θεοῖσιν ἐφιλόδαμνε μηπόωσι, verba hæc θεοῖσι μηπόωσι non dubitarim reddere istis Horatianis, Diuis consiliantibus. Alioqui reddi etiam possunt, Consultãtibus diuis. Sed plerunque addito accusatiuo dicitur aliquis μηπᾶν quidpiam pro Consilium inire de re quapiam, aut etiam Agitare in animo quidpiam, seu versare: vel Cogitare de re quapiam, aut etiã Moliri rem quampiam. Sic Odyss. ζ, Νόστον Ὀδυσῆϊ μεγαλήτορι μηπόωσα. Itidémque quum dicit μηπόωντες βυλὰς, non possumus (meo quidem iudicio) aptius interpretari μηπόωντες quàm Agitãtes: vt scimus Latinis sæpe in vsu esse Agitare consilia. Sic κακὰ μηπόωντα apud eum reddi queat Mala consilia agitanti: sed malim, Mala consulenti, id est, res malas & perniciosas: vel, Mala consilia danti, aut malum cõsilium: Iliad. σ, v. 312, Ἔκτορ μὴ γὰρ ἐπήνησαν κακὰ μηπόωντα· Πηλυδάμαντα δ' ἄρ' ἄπης, ὃς ἐθελῶ φεράζεπο βυλὴν. Possit verò κακὰ & aduerbio reddi: vt κακὰ μηπόωντα sit Malè consulenti. Estque obiter obseruandum hîc κακὰ μηπᾶν & ἐθελὴν βυλὴν φεράζεθαι sibi opponi: itidémque suprà μηπόωντες βυλὰς perinde esse ac si diceretur βυλεύοντες βυλάς. Nam & hi loci μῆπιν nihil aliud esse quàm βυλὴν, apertè ostendunt.

Dicitur ETIAM Μηπᾶθαι voce passiua, significatione eadem. vt Iliad. χ, v. 174, Ἀλλ' ἄγετε, φεράζεθε θεοὶ ἠὲ μηπάαθε, Ἠ μὲν ὃν θανάτοιο σαώσομθ &c. Vnde COMPOS. Συμμηπᾶθαι, Vnà consultare, Vnà cum aliis consilia agitare, aut Consilia sua cum alio seu cum aliis communicare. In vulgatis lexicis redditur Dare consilium.

Μηπίζομαι, VEL Μηπόομαι potius, (vt apud Eustathium legitur vox ACTIVA Μηπόω, licet absque exemplo) Consilia agito, Consulto, sicut & Μηπᾶ. In hoc autem loco Il. ψ, — οὐδὲ μθν αὖτοὶ Πλείονα ἴσασιν σέθεν αὐτῶ μηπίσαθαι, puto μηπίσαθαι esse Cõsilio & solertia circa rem quampiam vti, vel Consilio & solertia rei cuipiam prouidere. Sequitur enim ibi datiuus μήπῃς de re eadem dictus, qui (vt docui quum de nomine μῆπις agerem) solertiam seu solertem quandam industriam significare videtur: nonnulli verò artem interpretati sunt. Nonnunquam Μηπόομαι est Excogito. Alioqui (sicut præcedens etiam Μηπᾶ interdum) cum accusatiuo sæpe est Consilium ineo de re quapiam, vel potius Molior rem quãpiam: siue Consilio inito molior: aut etiam facio, seu patro. Sic tamen vt verba illa potius subaudienda relinqui debeant quàm addi. Hom. Iliad. κ, Οὐ γὰρ πω ἰδίμιλω ὀδὴ ἔκλυον εὐδόσιεος Ἄνδρ' ἕνα ποσὶ δὲ μέρμερ' ἐν ἤματι μηπίσαθαι (vel μηπίσαθαι cum ασ. de qua scriptura dicam postea) Ὅσ' Ἕκτωρ ἔρρεξε Διὶ φίλος ἠμὲ Ἀχαιοῖς. vbi breuium scholiorum autor exp. ἐργάσαθαι: itidémque Eustath. πρᾶξαι. qui etiam addit illum τὸ πέλος declarasse ὀκ, θθ' πρὸς πέλος. & volentem exponere illud μηπίσαθαι, subiungere ὅσ' Ἕκτωρ ἔρρεξε. Nisi tamẽ alia huius significationis exempla extarent, aliter exponi posse verbum μηπίσαθαι putarem: vt videlicet diceret poeta, alium ne molitum quidem esse tam multa vno die quàm multa hic non molitus sit duntaxat, sed etiam fecerit. Ac non omnino fortasse reiicienda mea hæc expositio fuerit (vtpote quam sequẽdo aliquid maius à poeta dicatur quàm si alteram sequamur) etiamsi significationis illius exempla extent. Ea autem afferam, illam explicationem lectori interim considerandam relinquens. Legimus igitur apud eundem poetam Iliad. ο, Αὐτῆ οἱ θάνατον μηπόομαι. vbi μηπόομαι θάνατον nõ est simpliciter Moliar necem, sed Patrabo necem: vel Afferam mortem. neque enim verbum facere cum hoc accusatiuo locum habet. Sic Il. γ, Μέσῳ δ' ἀμφοτέρων μηπόομαι ἔχθεα λυγρὰ Τρώων καὶ Δαναῶν. Hic enim μηπόομαι ἔχθεα non significat simpliciter Moliar, (quoniam multa molimur quæ tandem efficere non possumus) sed ita moliar vt faciam. Verùm quoniam hîc quoque verbum Facere locum habere non potest, vtendum est verbo quod aptè accusatiuo Inimicitias seu Odia (quorum altero interpretabimur Græcum illum ἔχθεα) iungi possit. Tale autem est Concitabo, seu Excitabo. Vt tamen planè quod sentio dicam, nec Eustathio nec breuium scholiorum autori assentiri in eo possum, quòd in hoc loco quem ex Iliad. ψ attuli, μηδίσαθαι exponant simpliciter ἐργάσαθαι & ποιήσαθαι. Existimo enim & ibi & in sequentibus locis duobus, necnon in aliis plerisque, μηπίζεθαι non esse simpliciter facere, sed Adhibita solertia aut arte facere, vel Solertia aut consilio seu solerti consilio prouidere & operã dare vt aliquid fiat. Dixi porro in plerisque aliis, non in omnibus, (quibus alioqui conuenire videri possit illa expositio quam ex scholiographis attuli) quòd vel isti Odyss. μ loco, versu 373, Οἱ δ' ἕταροι μέγα ἔργον ἐμηπίσαντο μθόντες, haud itidem quadrare mea illa expositio possit: sed ἐμηπίσαντο aut simpliciter exp. debeat εἰργάσαντο siue ἔπραξαν, aut certè sonet quod Gallicè dicim⁹ Ils se sont auisez de faire. Hoc enim loquendi genere simul & consilium aliquibus fuisse rem quampiam facere, & eos illam fecisse declaramus. Cæterùm VERB. Μήσαθαι cum accus. illam τοῦ ἐργάσαθαι significationẽ itidẽ habere antea dictum fuit. Vbi etiam vide quæ de illa dixi. Inuenitur autem & absolutè positum vel potius aduerbio iunctum hoc verbum apud eundem poetam, Odyss. ι, — οὔτω που Ζεὺς ἤθελε μηπίσαθαι. Vbi breuium scholiorum autor μηπίσαθαι perperam exponere videtur ἐργάσαθαι. Puto enim μηπίσαθαι hoc in loco esse quod Gallicè dicimus Disposer, & quidem ibi etiam vbi Deo verbum hoc tribuimus: veluti in hoc prouerbio, L'homme propose & Dieu dispose. vt hæc verba, οὕτω που Ζεὺς ἤθελε μηπίσαθαι, sonent perinde ac si diceremus, Il a plu à Dieu d'en disposer ainsi. Atque ita conueniet hoc dictum cum eo quod habemus initio Iliadis, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Quam sententiam alibi his verbis exprimit, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς, (sicut & θεῶν διὰ βουλάς, alicubi apud eum legimus) Hesiodus eodem planè sensu dicit, Διὸς μεγάλοιο ἔκηπι. Latinè autem hæc reddentes, voce consilium aptissimè vtemur. Virgil. tamẽ alia vsus est in hac sentẽtia exprimenda. Hæc enim eius verba, — Iouis sic numina poscunt, Seruio quoque teste, respondent illis Homericis, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή. Sed hoc præterea sciendum est,

pro μηπίσαθαι legi etiam μηπάαθαι: & (quod mirum est) Eustathium in vno suorum commentariorum loco, nimirum in priore, habere μηπάαθαι, in altero μηπίσαθαι.

Ne hoc quidem silentio prætereundum est, LEGI Μηπίσαθαι in nonnullis exemplaribus cum σ, nõ hîc solùm sed aliis quoque locis qui hunc infinitiuum habent: itidémque μηπόομαι & μηπίσαι, atq; adeò vbicunque ea à themate μηπόομαι deducta vnicum σ habent, geminum habere. Fortassis autem ratione hæc scriptura non caret, quòd alioqui syllabã πς, in nomine μῆπς, (vnde hoc verbum deductum est) corripi scimus: quemad modũ in plerisque aliis verbis pro simplici σ duplex ad producẽdã syllabã, quæ alioqui corriperetur, poni videmus. Sic certè in illo quem ex lib. ο Iliad. protuli loco, μηπόσομαι scribit meum vetus exẽplar, eandémque scripturam habet non solùm textus commentariis Eustathii præfixus, sed is quoque qui illis insertus est: ideóque & in mea editione gemino σ scripsi μηπόσσομαι. Sed (tanta est exemplarium eorũdem in hac voce, sicut & in quibusdam aliis, inconstantia) eiusdem poematis libro γ, v. 416, idem verbum, atque adeò idem eius futurum in textu illis Eustathii commentariis præfixo scriptum habemus vnico σ, μηπόσομαι. Sic verò Iliad. κ, v. 49, scriptum est μηπόσαθαι, non μηπόσσαθαι, & quidem apud ipsum quoque Eustathiũ: id est, non solùm in textu commentariis eius præfixo, sed in duobus ipsorum commentariorum locis.

HINC EST Μήπμα, ατος, τὸ, quòd verbale sonat quasi à verbo Consulto deduceretur Cõsultamentum. Sed accipitur pro μῆπς, id est Consilium: sicut pro μῆνις accipitur μήνιμα. Quod verbale omnino simile isti dicere poterimus, id est, prorsus eodem factum modo, si constituamus THEMA Μηπάω. Sicut enim μήνιμα à Μηνίω, sic μήπμα erit à Μηπάω. At Eustath. ipsius nominis μῆπς esse ἀρχὴν tradit verbum μηπάω: quum alioqui rationi consentaneum esse vel potius ratio poscere videatur vt μῆπς verbi μηπάω esse ἀρχὴν dicamus. Sed multa eiusmodi ab Eustathio de quorũdam vocabulorum deductionibus tradi, in quibus minimè sequendum esse eius iudiciũ iudico, alibi quoque docui.

Μῆπς, εος, τὸ, idem quod μῆπς. Cuius pluralis μήπεα apud Hesychium extat, exponentem μηπήματα. Quo illum ideo vsum esse arbitror quòd μήπδες in vsu esse nõ existimaret. Cæterùm ab hoc μῆπος deriuari censeo cõposita in ης terminata, αἰολομήπης, & ἀγκυλομήπης, & ποικιλομήπης, ac cætera: quum Eustathius ea quæ sunt in πς, vt ποικιλίμηπς, à μῆπς esse tradat: at quæ in πης, vt ποικιλομήπης, à μήδω.

Μύω, ex iis esse verbis videtur quorum origo minimè quærenda est, vel quòd aliunde facta non sint, vel quòd vnde facta sint vix sciri queat. Sed quod ad verbum istud aliàque eiusmodi attinet, illud potius quàm hoc persuasum habeo. Verùm ex hoc μύω factum existimatur μυέω, ῶ, vnde est nomen μύστης, ex hoc ipso autem alia. Quidam tamen ex illo ipso μύω voluerunt esse μύστης, vt aliquanto pòst docebo: vbi & de aliis à μύω deriuatis disseram.

M Υ Ω, Conniueo, Nicto, Oculos claudo. Dicitur autem μύω sine adiectione, vel μύω τοὺς ὀφθαλμοὺς seu τὰ ὄμματα, id est oculos. Interdúmque ipsi etiam ὀφθαλμοὶ seu ipsa ὄμματα dicuntur μύειν. Apud Aristoph. in Vespis, μύσας τὼφθαλμὼ ἔξω, oculis clausis. Sic Lucian. dixit, (sed præsentis temporis participiò vtens) εἰ μύοντες οἱ πένητες βαδίζοιεν, si pauperes clausis oculis incederent. Vel, Oculos claudẽtes. Quanuis autem apud primarios autores μύειν sine accusatiui adiectione positum inueniatur, existimo tamen primum eius vsum cum adiectione accusatiui fuisse, sed breuitatis gratia subaudiendum relinqui consueuisse. Illo autem modo, id est cum accusatiuo, vsus est Alex. Aphrod. Probl. lib. 1, τὸν ἕτερον τοῦ ὀφθαλμῶν μύουθω, Alterum oculum claudimus: vel, comprimimus: vt quidam interpr. Apud eundẽ, μύουσι τοῖς ὀφθαλμοῖς οἱ ἄνθρωποι. Polit. reddit, Conniuent oculis homines. Vbi tamen verbo Conniuent contentus esse poterat. Sic in Anthol. epigr. ἔμυσας καν θυῖ. Metaphoricè in Lucæ vita, πρὸς δὲ τὰ ἀληθινὰ δι' δασκαλίαν τά τε τῆς καρδίας ἔδυον ὦτα καὶ τὰ τῆς διανοίας ἔμυον ὄμματα.

Μύειν, labris quoq; tribuitur, & ori. Dicitur enim μύειν τὰ χείλη, & μύω τὸ στομα. (Greg. verò dixit etiam aliquem μύειν τὰς αἰσθήσεις, De theol. l. 1, οἷον μύσαντα τὰς αἰσθήσεις, ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γθυόμθον, ἑαυτῷ προσλαλοῦντα καὶ τοῦ θεοῦ, ζῆν ἐφ' τὰ ὁρώμθα. vbi passiuè etiã reddi possit, Sensibus occlusis) Sed & ipsa χείλη dicuntur μύειν, & ipsum στομα quoque. Affertúrque ex Anthol. Epigr. χεῖλος ἔμυσε, pro Os se clausit. Sic μύσαντα στοματα ex Plat. Phædro, (vbi metaphoricè στοματα ponitur) ὦ θεοῦ διεξόδων στόματα, ἢ τὸ πθερὸν ὁρμᾶ, σιωπωντόμθα καὶ μύσαντα, ἀποκλείει τὴν βλάστην τοῦ πθεροῦ, Clausa, Astricta. Ex Aristotelis autem Probl. præt. PARTIC. Μεμυκὼς cum dativo στοματι: videlicet μεμυκὼς τῷ στοματι, pro Qui est ore compresso. At verò μύειν seu συμμύειν & χάσκειν opposita inueniuntur. Aristot. χάσκουσι καὶ συμμύουσι, dehiscunt ore & comprimũtur. Bud. Sic & de vulnere cuius labra non hiant, ex isto Galeni loco affert, μύει μθν οὖν συφθμθὸν τε καὶ ψυχόμθον, ὅπερ δέσι τε σωματόμθον καὶ βρόχῳ διαλαμβανόμθον. Apud Dioscoridem præt. Μεμυκότα dictum itidem περὶ τοῦ ἑλκῶν, reddit Occlusa. Latini autem & coire vulnera hac significatione vsurpant. Dicuntur denique & rosæ μύειν, quæ sunt adhuc ἐν κάλυξι. Non solùm μύει τὰ ἕλκη, (inquit Eustath.) sed etiam χείλη & ὄμματα: & ῥόδα τὰ ἔτι ἐν κάλυξι, & quæcunq; sunt huiusmodi. Verùm videtur potius debuisse dicere μύειν non solùm ὄμματα & χείλη, sed etiam ἕλκη & ῥόδα: quoniam rationi consentaneum est vt prius de oculis & labris quàm de aliis dictũ esse existimemus. Idem certè alibi hoc verbum μύειν dici ὀδὸν βλεφάρων & χαλέων, & de quibusdam aliis, tradit. Dicũtur denique μύειν & πόροι apud Aristot. Meteorol. 4, μύοντες πόροι, Clausi, Obstructi. In v. l. affertur etiam μύσας ὀδὸν πέτρσι ex Epigr. quod redditur, Omissis luctibus. Ex iisdẽ affertur PRAET. Μέμυκε pro Obmutuit, ore scilicet compresso. Ex Hesiodo autem pro Contrahitur, Constringitur, Clauditur. vel Mugit, Strepitat. Rursum ex Epigr. μεμυκότα κόλπον ἀοίγα. (quod rosis conuenit, sequẽdo id quod de illis dictũ paulo antè fuit) Itẽ μεμυκότες ἀέμοι, Silentes venti. q. d. Qui sunt ore occluso, seu compresso.

Μύσις, εως, ἡ, Occlusio, Compressio, Obstructio. μύσις τοῦ πόρων, Occlusio, seu Obstructio. (vt μύοντες πόροι ex Aristot. allatum fuit pro obstructis poris, seu occlusis, vel clausis) Greg. De homine, συμπαθόσεως γὰρ τοῦ πόρων καὶ μύσεως ὧν τοῖς λυπηραῖς διαθέσεσι πρὸς ἅπαν γθυομθῆς τὸ σῶμα, πρὸς τὰ ὧν τῷ βάθει κοιλότητας σιωπθέιτας πᾶν τὸ πρὸς τὴν διαπνοὴν κωλυόμθον. Apud Dioscoridem autem μύσις τῆς ὑστέρας quidam interpr. Contractio vuluæ. vbi scribit, ποιεῖ πρὸς τε ὑστέρας μύσεις καὶ διαστροφάς. Hippocrati autem VOCABVLVM Μύκη idem valet quod μύσις, teste Galeno. At Suidæ μύκη est Θήκη. In vulg. lex. redditur Theca gladii, Vagina ensis. Affertur & pro μύκης, ex Epicharmo, apud Athenæum lib. 2. AT VERO Μυκὴ est Mugitus, Boatus. ex scholiaste Apollonii, lib. 4.

Ἀμυστὶ aduerb. à μύσαι deductum censetur: exponitúrque αὖθις τοῦ μύσαι τοῖς χείλεσι. De hoc paritérque de Ἀμυστίζω & de Ἀμυστὶς lege, Indicem.

C. Ἀναμύω, vide in Indice. At COMPOS. Ἀπομύω, ET Ἐπμύω, ITEM Καταμύω, pro simplicè μύω posita inueniuntur. Illud ἀπομύω pro μύω signi-

ficante Claudo seu tego, apud Dionys. Areopagitā extat. Item τοῖς ὀφθαλμοῖς ὀπτμώσαντες pro μύσαντες, apud Basilium. At verò sine adiectione accusatiui affertur ex Polybio l.4, αἴσχιστα μετὰ κακίας, τὸ δυσκλεῖν, ἐαν τις αὐτὸς ὀπτμώη, μηδὲ τοῖς πέλας ὁρᾶν. quæ Camer. vertit, Stultitia est coniuncta malitiæ, siquis ipse fortè connixerit, arbitrari ne ab aliis quidem se conspici. Vbi (vt hoc obiter dicam) postrema verba secus intelligo & intelligenda puto: nimirum ita, Arbitrari ne alios quidem cernere. A

Alterum autem COMPOS. Καταμύω pro μύω apud Xenoph. de lepore, καὶ ὅταν μὴ ἐγκηγορῇ, καταμύει τὰ βλέφαρα· ὅταν δὲ καθεύδῃ, τὰ βλέφαρα ἀνατέταται. Sine adiectione autem pro Claudere oculos, apud Lucianum in Timone, πολλοὶ γὰρ οἱ ἱερεσυλεῶντες καὶ δυσφύλακτοι, καὶ ἐὰν ὀλίγον καταμῶσιν ἡμῶν ἐφιᾶσι. Sic apud Strab. lib. 6, ὅταν [ξόανον τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰλιάδος] καταμύσῃ μυκᾶσθαι. Et paulo pòst, δείκνυται δὲ καὶ τοῦ καταμύειν τὸ ξόανον. (In vulg. lex. Καταμύω exponitur Inclinor, Concido: affertúrque ex Apollonio Argon. lib 2, κατήμυσαν δ' ἀχέων Θυμόν. sed à κατημύω: ex ἡμύω, de quo infrà) B

Hinc autē per syncopen fit VERBVM Καμμύω, idem valens quod ipsum καταμύω, vnde fit. Vti sunt verbo καμμύειν Græci Bibl. interpretes apud Esaiam, τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, Oculos suos clauserunt. Vel, Oculis suis conniuerunt, vt alii interpr. Quæ verba in aliquot Testamenti noui locis citantur. Apud eundem prophetam, καμμύσαι τοῖς ὀφθαλμοῖς. Hinc autem est NOMEN Ἀκάμμυστος, Inconniuens. C

Superest COMP. Συμμύω, quod passiuo verbo reddi solet, Claudor, vel Clausus sum. item Comprimor, aut Compressus sum. Plato de palpebris loquens, ὅταν τοῦτο συμμύσῃ, καθείργνυσι τὸν τοῦ πυρὸς ἔνδον δύναμιν. Sic συμμύσαι ὄμμα apud Aristot. Idem συμμεμυκὼς & ἀνεπιγμύων inter se opponit. Eodémq; modo συμμύω & ἐκπετανύμενον apud Theophr. opposita sunt. Idē alioqui & verbum διαγνυσθαι opponit τοῦ συμμύειν: vbi scribit, τοῦτο δὲ τὸν μὲν νύκτα συμμύειν, ἅμα δὲ τοῦ ἡλίου ἀνίοντι διείγνυσθαι. Apud Xenoph. verò inter se opponuntur συμμεμυκότες & διβαίνοντες, id est Qui sunt compressis cruribus, & qui contrà sunt diuaricatis. Apud Aristot. συμμύουσιν αἱ ὕστεραι, Vuluæ comprimuntur, Vuluæ se contrahunt. vt μύσις τῆς ὑστέρας à quibusdam redditur Contractio vuluæ. D

C. Μύων, ωπος, ὁ & ἡ, si quidē spectemus etymum, vel potius ipsam compositionem, sonat μύων ὤπα, seu ὤπας, Qui claudit oculos, Qui cōniuet: sed certum quoddam oculorum vitium hoc vocabulo significari sciendum est. Gell. lib. 4, cap. 2, μύωπα Latinè luscíosum appellari tradit. Luscíosi (inquit Nonius, vel potius Festus) ad lucernam non vident: & μύωπες, minus videntes, vocantur à Græcis. Fulgentius, Luscíosos, inquit, dicunt, qui interdiu parum vident: Græcè μύωπες dicuntur. Νυκτάλωπες igitur & μύωπες (inquit Bud.) iidem esse putantur, & pro iisdem à nonnullis accipiuntur: hoc est, pro iis qui interdiu propter visus hebetem vim contueri nequeunt, nec nisi clausis oculis: à conniuentibus oculis μύωπες nomen habentes: νυκτάλωπες à nocturnis quasi que noctuinis oculis. Alii νυκτάλωπας distinguūt ἀπὸ τοῦ μυώπων, eodem ad vtrunque significatum etymo subseruiente: vt sint μύωπες, qui iam inde à principio ortus sui, nisi admota oculis contueri nequeunt: cuiusmodi multos videmus qui res intuendas, oculis propè contingunt, & limis etiam semiclusisque oculis aspiciunt. Aristot. in Probl. sect. 31, διὰ τί οἱ μύωπες συμάροντες τὰ βλέφαρα ὁρῶσιν; Cur μύωπες contractis palpebris vident? Quibus subiungit, quinam μυωπάζειν dicantur: οἱ ὀκ ἠμυεπῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες. ἐναντία δὲ πάσχουσιν οἱ γηραιοὶ τοῖς μυωπάζουσιν. τὰ γὰρ ἐγγὺς μὴ ὁρῶντες, τὰ πόρρωθεν βλέπουσι. id est, Μύωπες autem dicuntur qui ab ortu primo proxima quidem vident, remota verò non vident. At senibus vitium huic contrarium accidit. siquidem senes admota non videntes, longè reducta vident. Meminit horum & Alex. Aphrod. Probl. 74, lib. 1, διὰ τί πολλὰ τὰ πόρρωθεν καὶ μεγάλα οὐχ ὁρῶντες, τὰ πλησίον καὶ μικρὰ ὁρῶσιν. E H

Quibus subiungit, tales μύωπας appellari ἀπὸ τοῦ μυώπης ὁρᾶν. vt quidem in Aldina editione scriptum est: pro quo μυώπης quidam reposuerunt μυῶπης. quod & in v.l. habetur exponitúrque μυῶπης ὁρᾶν, conniuendo videre. Sed reponendum est ἀπὸ τοῦ μύειν ὁρᾶν, veteri etiam exemplari assentiente. Quòd si exactius etymologiam tradere voluisset, non dubium est quin dicendum fuisset ἀπὸ τοῦ μύειν ὤπα seu ὤπας. quod etymum à me allatum fuit. Cæterùm quæ ex Nonio allata fuerunt, myopas, minus videntes, vocari à Græcis: ad alteram huius nominis SCRIPTVRAM Μέωψ pertinent. Sed quum hæc habeat ει, non iam myopes cum υ, sed miopes scribi necesse fuerit. Non dubium est enim quin hæc verba, Minus videntes ad exprimendum vocis Græcæ etymum addita sint, perinde acsi dictum esset, Quasi minus videtes. Apud Festum tamen (pro quo nominatus fuit Nonius) verba illa Minus videntes, non inuenio: sed ista duntaxat, Luscíosi, qui ad lucernam non vident: & μύωπες vocantur à Græcis. A Budæo tamen locus ille sub Nonii nomine & cum verbis illis affertur. Verùm siue Festus ea scripserit, siue non, (aut etiam Nonius) tanta eorum verborum auctoritas esse non potest vt hanc scripturam μέωψ confirment. Memini alioqui me in aliis quibusdam vocibus eandem omnino scripturæ diuersitatem inuenisse: ex quibus est μύωρος. scribitur enim & μέωρος. sic μυοειζειν & μεωειζειν, vt suo dictum loco fuit. Dixit autem XENOPH. Μυωπὶς pro μύωψ, gen. fœm. vbi de canibus hæc scribit, αἱ δὲ μωωπὶ καὶ χαροπὶ χίρῳ τὰ ὄμματα ἔχεισι. Dicitur etiam Μυωπία, vt paulo pòst docebo, vbi de vitio ipso μυωπία appellato verba fecero. B C D E F G

Illud itaque NOMEN Μυωπία, est appellatio vitii illius oculorum seu visus, quo qui laborant, μύωπες appellantur, de qua voce dictum in proximè præcedentibus fuit. Vocatur ETIAM Μυωπάσις, extátque hoc posterius nomen apud Definitionum medicarum autorem, Μυωπάσις ἐστὶ διάθεσις ὀκ ἠμυεπὴς δι' ἣν τὰ μὲν πλησία ὁρῶσιν, τὰ δὲ πόρρωθεν, ἢ ὅλῃ βαρχῶν ἢ ὅλως. Pro μυωψ autem quidam MEDICI Μυωπίας dicunt, de eo nimirum qui vitio illo laborat. μυωπίας dicuntur (inquit Paul. Ægineta lib. 3, cap. 22,) ὀκ ἠμυεπῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως οὐχ ὁρῶντες. (Sed nomen illud Μυωπία habet alioqui & aliam significationem. ponitur enim pro muris seu murium cauernula. In qua significatione ο in ω mutatum esse, dicere, vt opinor, necesse fuerit. neque enim dubito quin ex μῦς & ὀπὴ factum fuerit. Quam mutationem vt minimè mirer faciunt alia quædam composita in quibus reperitur. Vtitur autem nomine illo in hac significatione Aristot. De animal. lib. 6, μωωπίας ὕες ἀνορύττουσι. Vtitur post illum Ælianus, ita scribens, de moribus, καὶ μελλούσης τῆς οἰκίας ἀπολιοῦσθαι, ἀπολείπουσι τοὺς μωωπίας αὐτῆς. Sed dicitur ETIAM Μυωξία eo significato, teste Suida. qui postquam μωωξία exposuit ὑβριστικὸς λόγος, addit, significare item τοὺς τοῦ μυῶν χεσμούς. Apud Hesych. est SCRIPTVM Μυεξία, per ο: sed hanc scripturam series alphabetica refellit, postulans ω. Refellit & DIMINVT. Μυωξάρια, quod ibi subiungitur: & de quo, sicut & de illo altero, ad ipsum te remitto. Illius quidem significationis qua pro μωωπία vsurpatur, non meminit. quod meam suspicionem auget, ne nimirum Suidas memoria lapsus μωωξία pro μωωπία acceperit. H

Hinc factum est & VERBVM Μυωπάζω, quo vtitur Aristot. in loco quem in nomine Μύωψ attuli. Est autem μωωπάζω nihil aliud quàm Sum μύωψ, id est luscíosus. Sed latius etiam extenditur verbi μωωπάζω significatio. Nam eo vsum esse Dionys. Areopagitam pro Cæcutiō, seu Oculos aperire non possum, testatur Bud. alicubi verò & pro συμμύω, Conniueo. Pro Cæcutio autem à Paulo quoque vsurpari testatur. Sed Paulum pro Petro dixisse arbitror. neque enim apud Paulum extare puto: apud Petrum autem legitur epist. 2, cap. 1, ᾧ γὰρ μὴ πάρεστι τοῦτο τυφλός ἐστι, μυωπάζων, λήθην λαβὼν τοῦ καθαρισμοῦ τῶν πάλαι αὐτοῦ ἁμαρτιῶν. Vbi μυωπάζων, sequedo Budæum (si hic est locus de quo lo-

qui voluit) reddemus Cæcutiens. Sed quum præcedat τυφλὸς, nullo conuenire modo hæc interpretatio potest. Vetus interpr. vertit Manu tentans. Erasm. Manu viam tentans. Nouissima autem interpretatio haberi, Nihil procul cernens. Ego hanc cæteris longè præfero, quippe quæ nulla ratione niti videantur: (éstque apertè deceptus Erasmus in eo quòd ἀπὸ τοῦ μυῶν, id est à muribus, μύωπα dici existimauit) si tamē & mihi sententiam meam proferre liceat, μυωπάζων dixerim potius esse Oculos claudens, aut Conniuens, vt à Dionysio Areopag. accipi dictum est. Tunc autē nequaquam μυωπάζων sub nomine τυφλὸς omnino inclusum erit: quum peculiare quoddam cæcitatis sit genus, eorum qui oculos suos claudunt, seu conniuent. Quæ tamen à me obiter dicta, aliis diligentius expendenda relinquo. Inuenitur porro & QVINQVESYLL. Μυωπάζω. nam apud Suidam legitur ἐμυωπάσαι: quod exp. ἄκροις τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐφεσόχῃ. Sed suspectum tamen redditur illud ἐμυωπάσαι, iis quæ sequuntur: videlicet, μυωπάζω γὰρ τὸ καμμύω: nisi hic μυωπάζω reponendum esse dicamus. A B C

AT VERO Μύωψ, à quo est verbū Μυωπίζω, insecti genus est, quod bobus potissimum esse infestum traditur. A Gaza & Asilus (ex Virgilio) & Tabanus redditur. Autor Geopon. lib. 16, ὅτι ἐκφρονεῖ τοῖς βοῦς οἱ μύωπες κεντοῦντες τοῦτον, ἴσμεν. A Suida & Hesychio dicitur esse musca quædā ἐρεθίζουσα τοὺς βοῦς: (obserua autem dici ab vtroque τοὺς βοῦς potius quàm τοῖς βοῦσι) sed additur ab Hes. καὶ πᾶν ζῶον ἐλαύνουσα· οἶστρος μόνον βοῶν. Vt autem œstrum metaphoricè quoque vsurpatur, sic & μύωψ. Ponitur & pro calcari quo vrgentur equi. apud Xenoph. ὅταν δὲ μέλλῃ πηδᾶν, παιστέον αὐτὸν τῷ μύωπι. Quidam exp. etiam Flagellum. Sed & de minimo digito dici (qui alio nomine ὠτίτης appellatur) annot. v.l. Hinc VERB. Μυωπίζω, Calcari vrgeo, seu calcaribus. Xenoph. μυωπίζειν τε καὶ μαστιοῦν τὸν ἵππον. Alibi μυωπίζειν καὶ παίειν. Apud eundem legitur & pass. vox itidem de equo qui calcari vrgetur. Alioqui μυωπίζεσθαι est item œstro agitari. Particip. autem μυωπιζόμενος aliud etiam apud Hesychium & Suidam significat, tanquam eam nominis μύωψ significationem sequens quam & Μυωπάζω, sequitur. D E F

¶ Μυέω, ῶ, à proximè præcedente verbo μύω, sequendo Eustathium, vt paulo pòst docebo. Est autem Muō, Doctrina instituo, præsertimque ea quæ ad res sacras seu diuinas pertinet. Quidā interpr. ex Eusebio l. 2, De præpar. Honesta bonáq; doctrina instituo. vnde dicta sit Musa. Sed hæc vocabuli Musa deductio nimiū remota est. In v.l. redditur & generali verbo Doceo: sed multo rectius interpretantur lexica Græcolat. quæ omnium prima fuerunt, Instruo in sacris, Initio. Propriè enim μυῶ est Doceo sacra, seu quæ ad sacra vel ad deos pertinent, siue deorum cultum. Plut. in l. De exilio, de Eumolpo, ὃς ἐκ Θρᾴκης μεταστὰς ἐμύησε καὶ μυεῖ τοὺς Ἕλληνας. Hinc PASS. Μυοῦμαι, Initior sacris, Instituor doctrina quæ ad res sacras pertinet. Aristoph. in Ran. ὅσοι μεμυήμεθα. Luc. in Scytha, καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημοποίητος ἠθυόμβρυος, sacris initiatus est. Sæpe autē cum accusatiuo, vt ὄργια μεμύηται apud Herodotum. Aristoph. in Pluto, μῶν οὐκ ἐμυήθης ἐν ἀυτῇ τὰ μεγάλα; Sic τὰ μεγάλα μεμυημένος, item τὰ σμικρά, apud Plat. in Gorgia. Laert. in Antisthene, ὅτι οἱ περὶ Ὀρφικὰ μυούμενοι, πολλῶν ἀγαθῶν ἐν ᾅδου μετέχουσι. Vsi sunt & theologiæ Christianæ doctores. Greg. τὸν ἐκεῖσε μυηθῆτε φωταγωγίαν. Damascen. autem dixit, ὀκ τῆς θείας μεμυημένος γραφῆς, pro, à sacris literis hoc edoctus. Neque enim Budæo assentior, dicenti μεμυημένος per se & sine adiectione positum significare eum qui doctus est in sacris literis: deinde hunc Damasceni locum afferēti in exemplum, τοῦ τῶν ὑγιεινοῦ τὸν φύσιν ὁ θεῖος Βασίλειος λεπτὸν φησιν ὡσεὶ καπνὸν, ὀκ τῆς θείας μεμυημένος γραφῆς. Latius autem extenditur huius verbi significatio, & à sacris ad alia transfertur. Plut. εἰ πρεσβ. πολιτ. Τὰ μὲν πρεσβύτα μανθάνων ἔπι πολιτεύεσθαι καὶ μυούμενος. Quinetiam μυεῖσθαι τὰ ἐρωτικὰ dixit Plato in Sympos. Τοῦτα μὲ οὖν τὰ ἐρωτικὰ, ὦ Σώκρατες, ἴσως κἀν σὺ μυηθείης· τὰ δὲ τέλεα καὶ ἐπόπτικα ὀκ οἶδ' εἰ σοὶ ὀδός τ' ἀν εἴης. A B C D E F G H

Μυοῦ ex μύω factū est: quoniā τοῖς μύσταις necesse est μύειν τὸ σῶμα καὶ μὴ ἐκφαίνειν ἃ μεμύηται, inquit Eustath.

Μύημα, ατος, τὸ, q.d. Initiamentum: ab ea significatione verbi Initiare, qua dicitur Initiare sacris. Item, Quod docetur is qui sacris initiatur. Arethas, τὸ ὑποφθόσιον καὶ ἀποφόπτον τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει μύημα.

HINC Μύστης, ου, ὁ, Qui initiatur sacris, seu initiatus est. Dicitúrque aliquis esse μύστης eius dei cuius sacris initiatur, seu initiatus est. Redditur etiam Sacra discens, item Mysteriorum peritus. Hesych. exponit, ὁ τῶν μυστηρίων μεταλαβών. Plut. in Alcibiade, τοὺς δ' ἄλλους ἐπαίρους παρεῖναι καὶ μυεῖσθαι, μύστας προσαγορευομένους. vbi vides μύστας, ipso teste, esse τοὺς μυουμένους. Apud eundem in eiusdem vita, ἱερεῖς δὲ καὶ μύστας καὶ μυσταγωγοὺς ἀπαλαβών. Vsi sunt vocabulo Mysta & Latini quidam scriptores. B

Μύστης, non solùm Discipul⁹ & conscius mysteriorū, sed etiam μυταγωγὸς apud Dionys. Areopagitam. Atque adeò hanc significationem tanquā priorem Bud. huic nomini μύστης tribuit: at ego contrà priorem illam esse existimo. C

FOEMIN. Μύστις, ιδος, ἡ, Quæ initiatur sacris, siue initiata est. Quidam μύστιδες apud Greg. interpr. Conscia mysterii. Ab eodem μύστις poni αἰτὶ τῆς μυταγωγοῦ, testatur Bud. hunc eius locum afferens, καὶ κοινωνοὺς ποιῆται τῆς ἀφροσύνης, αἷς καὶ οἰκονομίας μύστιδας ἐπεποίητο: de supernis virtutibus & potestatibus. Affert & ex Sapientiæ c. 8, μύστις γὰρ ἐστὶ τῆς τοῦ θεοῦ ἐπιστήμης, pro Initiatrix, vel dux & interpres. At μύστις μολπῆ Anthol. epigrām. lib. 5, Mysticum carmen. D

COMP. Συμμύστης, ου, ὁ, Iisdem sacris initiatus quibus alius seu alii, Socius alicui seu aliquibus in sacrorū initiatione. Συμμύσται, Iisdem sacris initiati, inquit Bud. afferens ex Philopono, ἰδὼν δύο φίλους ἢ συμμύστας, ἀδυσχοάσεται ὅτι τοῦ αὐτοῦ ἐχθροὶ εἰσιν, ἢ τὰ αὐτοῦ ἐρῶσι. In v.l. Συμμύστης, Consors & socius disciplinæ. (vbi disciplinæ appellatio restringi debuerat, si quidem propria significatio spectetur) Item Secretarius, ex Hist. eccles. lib. 1.

Aliud COMPOS. Μυταγωγὸς, ὄ, ὁ, vel ἡ, Initiator: sicut μύστης, Qui initiatur, seu Initiatus, sacris videlicet. Ab Hesychio exponitur ἱερεὺς ὁ τοὺς μύστας ἄγων. Greg. ὁ μύστης ὀν ἀπορεῖα, ὁ μυταγωγὸς εἴρυσεν, παρεξηγούμενος τὸν ἀληθῆ, Initiatus & initiator: quasi discipulus & præceptor. Ex eodem affertur, πονηροὶ πονηρῶν δαιμόνων καὶ πλάσται καὶ μυταγωγοὶ καὶ μύσται. E F

(Μυταγωγὸς, est etiam is qui hospites ad ea quæ visenda sunt ducere solet: si fidem adhibemus Ciceroni, vel potius Ciceronianis exemplaribus. Legimus enim oratione in Verrem 4, Itaque iudices, ii qui hospites ad ea quæ visenda sunt ducere solent, & vnumquidque ostendere, (quos illi mystagogos vocant) conuersam iam habent demonstrationem suam. Nam vt antè demonstrabant quid vbique esset, item nunc, quid vndique ablatum sit, ostendunt. Loquitur autem hîc de Syracusis: ideóque Syracusanis peculiare fuisse hoc vocabulum in ista significatione, existimare quispiam possit. Sed tamē μυταγωγὸς in significatione τοῦ ξεναγωγοῦ accipi, donec alio testimonio probatum mihi fuerit, exemplarium hoc in loco fidem suspectam habere non desinam. G

Μυταγωγία, ας, ἡ, Officium eius qui μυταγωγὸς vocatur, vel Actio illa initiandi sacris. Vnde redditur etiam Initiatio in sacris. Quidam verò interpr. Initia, ex Cic. De legibus: quum tamen voci μυστήρια potius conuenire hæc interpretatio videatur. Greg. τὰ τῆς μυταγωγίας ῥήματα. H

Μυταγωγέω, ῶ, Initio sacris, Mysteria doceo, seu sacra. Greg. de transfiguratione Christi loquens, ἀλλὰ ὅτι τοῦ ὄρους ἀφαίρει, καὶ ἡλίου φωτεινότερος γίνεται, μυταγωγῶν τὰ μέλλον, Mysticè docens futura, vt Bud. vertit. Sic in isto loco, οὕτω καὶ Πέτρος τὸν εἰς τὰ κάτω κάθοδον καὶ πάλιν ἔξοδον μυταγωγοῦντες τελοῦσι τὸν μύστην, particip. μυταγωγοῦντες reddit Mysticè docentes.

Μυστήριον, ου, τὸ, Mysterium, seruando vocem Græcam, vna litera excepta. Redditur etiam Arcanum ad aliqua sacra pertinens. In vulg. lex. malè redditur simpliciter

Arcanum. si quidem prima & propria eius significatio A
ſpectetur. Sed additur, Myſterium ſub quo arcani aliquid latet, quódque non perficitur niſi occulta aliqua ſacrorum ratione, Res arcana occultáque, quámque nefas eſt vulgo efferre, Res arcana & paucis cognita, neque communicanda niſi initiatis. Quæ poſtrema interpretatio paulo cæteris tolerabilior videtur, præſertimque ſecunda. quum aliqua res arcana occultáq; eſſe poſſit, & eiuſmodi quam nefas ſit vulgo communicare, nihil minus tamen quàm myſterii nomine appellanda. Quidam interpr. Initium, ea videlicet ſigni- B
ficatione à qua eſt verbum Initiare, quum dicitur Initiare ſacris & Initiatus ſacris: ſed pluraliter potius dici Initia, ideóque hanc vocem interpretationi pluralis apriorem eſſe exiſtimo. Sed ne Cicero quidē voce Myſterium vti dubitauit. Herodian. lib. 8, καὶ νῦν φυλάσσοντες τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον, ὃς ὅτι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς σημεῖον μυστήριον, id eſt, Seruato etiam militari iureiurãdo: quod eſt vnũ Romani principatus myſteriũ ſanctiſſimum, vt vertit Polit. Idem verò alibi μυστήρια non Initia ſimpliciter, ſed cum adiectione Initia Cereris interpre- C
tatur: lib. 3, εἴδωλῷ δὲ ἐπ' αὐτοῦ τῷ θέας πυλῶν παντοδαπῶν θεαμάτων ἐν πᾶσι θεάτροις ὁμοῦ, ἱερουργίας τε καὶ παννυχίδας ὅτι τελεσθείσας εἰς μυστηρίων ζῆλον. Nã hæc poſtrema verba vertit, Peruigilia ad formã Cereris initiorũ. Quidam ann. fuiſſe myſteria duplicia apud Eleuſinẽ, magna, Cereri ſacra: partua, Proſerpinæ. Qua de re lege ſcholiaſtem Ariſtophanis. Plutarchus De exilio, μυστηρίοις ἐν Ἐλευσῖνι διφυεῖσιν. Pauſ. lexicogr. apud Euſtathium quædam Cereris myſteria quæ τὰ μικρὰ dicebantur, vocata fuiſſe τοῦ ἐν Ἄγρας dicit, quòd ibi celebrarentur. Sed ge- D
neralius vſurpari hæc vox ſolet ſine adiectione: ſic tamen vt alicubi ſubaudiri debeat. Thucydides lib. 6, pag. 206, καὶ τὰ μυστήρια ἅμα ὡς πιθανὰ ἐν οἰκίαις ἐφ' ὕβρει. Paulo pòſt autem τὰ μυστικὰ dicit.

Μυστήριον apud Paulũ apoſt. τὸ ἀπόρρητον καὶ θαυμαστὸν καὶ ἀγωνόμενον, inquit Chryſoſt. Redditur alicubi Sacramentum à vet. interprete, [redacted] : vt ad Epheſ. capite 1, γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ. patefacto nobis myſterio voluntatis ſuæ, ſeu arcano. At vet. interpr. Vt notum faceret nobis ſacramentum voluntatis ſuæ. Sic epiſt. eiuſdem c. 5, τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν, idem [redacted] vertit ſacramentum. (Alibi contrà rectè reddit Myſterium) μυστήρια tamen & pro ſacramentis à Græcis theologis alicubi vſurpari ſciendum eſt.

Μυστηριώδης, εος ὁ & ἡ, Cui ſubeſt myſterium, Qui ſit cum aliquo myſterio. Myſticus. Plut. de loquacitate, καὶ τὸ ἄγνοιαν καὶ τὸ μυστηριῶδες τῆς σιωπῆς. Vbi potius ſubſtantiui μυστήριον locum obtinet. Item Μυστηριώδες σπιθαὶ apud Pollucem, idem eſſe videtur quod μυστηριώδεις. B
Affertur & vox TERTIA Μυστηρίδες, ex Epigr. μυστηρίδες πλεταί: quæ etiam pro μυστηριώδεις accipi exiſtimatur. Inuenitur præterea ADIECT. Μυστηριακὸς apud ſchol. Ariſtoph. vbi Bud. eſſe ait Arcanus, Secreta tegens.

Μυστικὸς, ῇ, ός, Myſticus, Cui ſubeſt myſterium, vt reddidi μυστηριώδης. Apud Poll. μυστικαὶ ἡμέραι. Greg. καὶ ἅμα μυστικός τις καὶ ἀπόρρητος ὤν ὁ λόγος. Item compar. gradus apud Luc. τὰ γὰρ Αἰγυπτίων μυστικώτερα ὀλίγα ἐστὶ καὶ μᾶλλον συμβολικώτερον δὲ ὅτι δείξετε. Et τὰ μυστικὰ, quæ & μυστήρια, apud Thucydidem. Hinc ADVERB. Μυστικῶς, Myſticè, Cum myſterio. Greg. ὡς ἂν εἴη ἀληθῶς Εὐφραικῶν τυπικῶς μὲν παρ' ἐκείνοις τελεσθεὶς, μυστικῶς δ' ἡμῖν ἀπεκαλύφθη.

COMPOS. Μυστόλος, SIVE Μυστόλας, quaſi μυστικὰ πολῶν, ſiue τοῦ τὰ μυστικὰ πολεύοντος, id eſt αἰασχρεφόμενος: vt à Suida expon. ὁ τοῦ τὰ μυστήρια αἰασχρεφόμενος. (ſed perperã apud eum ſcriptum eſt μυστόλος cum η) vnde de ſacrifico ſeu ſacerdote dictum inuenitur. Nõnunquam verò pro Myſtico vſurpatur: in qua ſigni- D
ficatione ex Nonno affertur. Sed & μυστόλος ἡμέρα ex eodem pro die ſacro, ſeu feſto. Ex Anth. Epigr. μυστόλος Apollo: ἠὲ μυστόλα φόρμιγξ. Inde & VERB. Μυστολεύω quod ex eodẽ poeta affertur pro Celebro. AT VERO Μυστεφορος quod exponitur Ferẽs myſteria, ſecundũ hanc expoſ. vel pro μυστικοφόρος vel pro μυστηροφόρος dictum videri queat. Inuenitur ETIAM Μυσταῖκος, ſed à μύστις potius deductum. Nam μυσταῖκος dicitur οἶκος ab Ariſtoph. in Nub. Domus quæ myſtas recipit. Loquitur autem de Eleuſine.

Nomen Μυκτὴρ, de quo nunc agendum eſt, à verbo μύζω deriuatur, ſi Euſtathio credimus: quod μύζω exponit πλὴν φωνεῖν τῷ μῦ στοιχείῳ ἐκφωνῶν, item μεμυκόσι χείλεσι πιεῖν ἤχεν διὰ τῆς ῥινὸς ἀποπνεῖν. Etymologus autem vult eſſe dictum à μυζω, (pro quo minimè dubito quin reponi debeat illud ipſum μύζω) vel τοῦ τὸ πλὴν μύξαι δι' αὐτῆς ἐξιέναι. aut etiam ἀπὸ τῆς μύξας πιάς ἐφ' ἑαυτῆς ἔχει, id eſt πρόχους. Verùm vt hîc μυκτὴρ deducitur à μύξα, ita viciſſim μύξα deducitur à μυκτὴρ, in iis quæ ibi proximè ſequũtur. Dicitur enim μύξα eſſe appellata τοῦ ἀπὸ τῆς μυκτῆρος ἐκκρίνεσθαι. Ego de μυκτὴρ & μύξα, nec- non de μύσσω, quoniam eòdem pertinẽt, vno eodémque loco agere volui, lectori interim, ex iis quæ de illis dicam, ferendum de ordine iudicium relinquens.

MYKTHP, ῆρος, ὁ, Naris. Galen. ad Glauc. lib. E
1, καὶ γὰρ εἶτ' ἐξ ἀριστεροῦ μυκτῆρος εἶτ' ἐκ δεξιοῦ ῥυήσεται τὸ αἷμα, χαλεπὸν μὲν οὐδὲν ἐκ τῶν εἰρημένων προγνώσκειν. Idem, τοὺς μυκτῆρας ὀπιλαμβάνειν, nares obſtruere. Apud Ariſtot. De anim. hiſt. l. 1, τοῖς μυκτῆσιν αἰσθάνεσθαι. A quibuſdam μυκτὴρ exponitur etiam Meatus odorandi: quoniam nare odoramur ſeu olfacimus. vnde nare ſagaci eſſe, metaphoricè etiam dicitur. Huc pertinet μυκτῆρες ὀσφραντικοί, apud ſchol. Ariſtoph. Xen. in Sympoſ. εἰσᾶν γε τῷ ὀσφραίνεσθαι ἕνεκεν ἐποίησαν ἡμῖν ῥῖνας οἱ θεοί. οἱ μὲν γὰρ σοὶ μυκτῆρες εἰς γλῶ ὁρῶσιν, οἱ δὲ ἐμοὶ αἰαπτέσθαι, ὥσπερ πρὸ πάντων ἐσμᾶς τοῖς δέχεσθαι. F
Apud eundem μυκτῆρες ſunt & equorum: quos μυκτῆρας dicit illos ὀργιζόμενον μᾶλλον quum iraſcuntur.

Μυκτὴρ, Naſus. vt, ἐστὶ γὰρ ὁ μυκτὴρ διχόπορος, in duas partes diuiſus eſt naſus. Plut. Sympoſ. lib. 2, quæſt. 1, εἰς δὲ διεξοδίαν μυκτῆρος ἢ στόματος ἄχθονται σκωπτόμενοι. Niſi enim pro naſo acciperet, μυκτήρων potius dicturus fuiſſe videtur. Greg. μυκτὴρ ὑβρεῖν πέφυκε καὶ τοῦ φρόνημα. Plerunque certè per metaphoram vſurpatur, quam ſequi- G
tur verbum μυκτηρίζω. Talis autem ineſt & nomini naſus, (quem Plin. tradit nouos mores ſubdolæ irriſioni dicauiſſe) veluti quum legimus apud Martialem, Naſutus ſis vſque licet, ſis denique naſus. Hinc Naſo ſuſpendere, & Suſpendere naſo adunco, apud Horatium, μυκτηρίζειν. Luc. Ad dicentem, Prometh. ἔχει μή τις εἰρωνείαν φῇ καὶ μυκτῆρας οἷον τὸν Ἀττικὸν τοξεῦσαι τῷ ἐπαίνῳ. Quanuis autem Lucianus hîc εἰρωνείαν & μυκτῆρας coniungat, legimus tamen apud Pollucem non εἰρωνείαν, ſed ipſum εἴρωνα vocatum à quibuſdam fuiſſe μυκτῆρας. Eius verba ſunt, καὶ τὸν εἴρωνα τινὲς μυκτῆρας καλοῦσι. Interdum verò μυκτὴρ talem vſum metaphoricum habere videtur qualem Callicè habet vox ei ſignificatione reſpondens: veluti quum dicimus, *Il y a du nez*: vel contrà, *Cela n'a point de nez*. Talem certè aut parum diſſimilem vocis μυκτὴρ vſum apud Plutarchum obſeruare memini.

Μυκτὴρ, Proboſcis elephantis. Ariſtot. De part. animi. lib. 2, διόπερ αἱ σπένδουσιν ὀλίγοι αὐτῷ τὸν μυκτῆρα ὥσπερ ποιοῦνται δι' ὀχετοῦ τινὸς πορείαν. καθάπερ γὰρ εἴπομεν, μυκτὴρ ἐστὶ ἡ

ὅθεν ἡ τοιαύτη τοῖς ἐλέφασι. A
De nominis μυκτὴρ deriuatione dicã & in Ἀπομύττω.

ADVERB. Μυκτηρόθεν, E naribus, in Anthol. Epigr. Μυκτηρίζω, Naſo ſuſpendo, Subſanno, Irrideo. Paſſiua voce vſus eſt Paulus, ad Gal. cap. 6, θεὸς οὐ μυκτηρίζεται. Hinc VERBALE Μυκτηρισμὸς, οὗ ὁ, Subſannatio, Irriſio. Pollux Lyſiam verbo μυκτηρίζειν pro μισαπεῖσθαι vſum eſſe teſtatur, ἀπὸ τοῦ πρὸς μυκτῆρα ἐνδείκνυσθαι τὸ δυσχεραίνειν. Sed vulgatæ Pollucis editiones ita ſcriptum habent eum locum, Μυκτηρίζειν δ' Λυσίας. καὶ τὸ μυσαπεῖσθαι, ἀπὸ τοῦ πρὸς μυκτῆρα ἐνδείκνυσθαι τὸ δυσχεραίνειν. Vbi perperam B
poſita eſt puncti nota poſt nomen Λυσίας: quũ nulla omnino interpunctione ibi ſit opus: vtpote Polluce volente exponere non verbum μυσαπεῖσθαι, (quod ab hoc loco planè alienum eſt) ſed μυκτηρίζειν per illud μυσαπεῖσθαι, & reinquẽte ſubaudiendũ verbũ εἶπε: perinde ac ſi dixiſſet, μυκτηρίζειν δ' Λυσίας εἶπε καὶ τὸ μυσαπεῖσθαι. Subiungit autem, vnde, ſeu quò reſpiciens, hanc τοῦ μυσαπεῖσθαι ſignif. verbo μυκτηρίζειν tribuerit. Ἀπὸ τοῦ, inquit, ᾧ μυκτῆρι ἐνδείκνυσθαι τὸ δυσχεραίνειν. At nõ animaduerſum quod de punctuli nota ſuperuacanea dico, quẽdam alioqui do- C
ctiſſimum virũ in errorẽ impulit, vt putauerit à Polluce tradi de verbo μυσαπεῖσθαι, quod de μυκτηρίζειν ab eo traditur. COMP. Ἐκμυκτηρίζω, idem: ſed præpoſitio aliquã vim ſignificationi addere videtur. Redditur etiam Dicteriis inceſſo. Eius itidẽ VERBALE Ἐκμυκτερισμὸς pro μυκτηρισμὸς ponitur. At verò COMP. Ἀντιμυκτηρίζω eſt Viciſſim naſo ſuſpendo, ſeu Viciſſim ſubſanno, vel irrideo: τὸν μυκτηρίζοντα μυκτηρίζω.

Inuenitur ETIAM Σμυκτὴρ pro μυκτὴρ, ſi Heſychio credimus. σμυκτὴρ, inquit, ὁ μυκτήρ. Fuerit igitur ſuperuacaneum σ hîc, ſicut in σμικρὸς pro μικρὸς, & quibuſdam a- D
liis nominibus. E quorum numero eſt & VOCAB. Σμῦς, apud eundem lexicographum.

De Μύξα & Μύττω.

De Μύξα & de Μύττω nunc dicam, ſicut me dicturum ſum pollicitus: quoniam videlicet eòdem quò & μυκτὴρ, quod ad ſignificationem attinet, pertinent. Nam ab illo μυκτὴρ deriuata etiam eſſe, minimè credere poſſim: potiúſque Euſtathio aſſentirer, à μύζω deducenti. Affeiam tamen & tertiam quandam deriuationem (vbi de com- E
poſitis à μύττω agam) nominum μύξα & μυκτὴρ, quæ magis vtraque illarum mihi placet.

Μύξα igitur eſt Humor ex naribus fluẽs, Mucus, Mucor. Heſiod. τῆς ἐκ μυκτῆρος μύξαι ῥέον. Poll. τὸ ῥεῦμα τῆς ῥινὸς, i. naris, ſeu naſi, eſſe μύξαν Hippocrati, κόρυζαν autẽ Attiais, tradit. Μύξα (inquit Gorr.) dicitur ab Hippocr. humor pituitoſus, lentus & albus. Is in partibus exanguibus, oſſibus & cartilaginibus, colligi cõſueuit: quum ad eam imbecillitatẽ peruenerint vt alimẽtum ſuum nequeant cõcoquere. Aliquanto pòſt, Quanuis autem hu- F
mor ille qui μύξα vocatur, eiuſdẽ planè generis ſit cũ eo quem βλέννα ipſe etiã Hippocr. appellare cõſueuit, differunt tamẽ, quòd μύξα dicatur ille propriè qui eſt in articulis, aut in ſpatiis internis continetur: βλέννα verò, qui è cerebro per palatum & nares deſcẽdit. quãuis Gal. lib. 8, De vſu partiũ, quam antiqui βλέννα & κόρυζαν dixerunt, à iunioribus μύξαν vocari, ſcripto prodiderit. Hæc ille. Μύξα eſt etiã humor ille & velut mucus qui in oſtreis & teſtudinibus viſitur. vnde μύξα κοχλιῶν apud Gal. Μύξα (inquit Euſt.) οὐ μόνον τοῦ λίθωμα τοῦ ζωϊκὸν, G
ἀλλὰ καὶ τῆς ἐπρόιας, ἡ τοῦ τῆς Ὀππιανῷ γινομένου. Vſurpatur μύξα & de lucernæ ellychnio: vnde λύχνος dictus eſt δίμυξος, vel πολύμυξος: vt mox docebo. At PLURAL. Μύξαι de naribus apud Soph. dictũ inuenitur. quæ vocantur ETIAM Μυξωτῆρες, VEL Μυξητῆρες. vtraque enim ſcriptura apud Gal. extat: ſed illa prior multo certior eſt. quum apud Poll. quoque, Dioſcor. necnon Herodot. extet. τῆς δ' ἑνὸς μέρη (inquit Pollux) τὰ μὴ κοιλώματα, θαλάμαι, μυκτῆρες, μυξωτῆρες. ὀχεύματα. H
Apud Herodot. διὰ τῶν μυξωτήρων, per nares. Dioſcor. τοῦ μυξωτήρου διαχριόμενον. Gal. autem non illã ſolùm ſcripturam per η habet, ſed & alteram. Nam legitur quidem apud eum, διὰ μυξητηρων αἱμορραγίας ἐπάγων: item, ὑγρῶν πολλὴ καταφορὰ διὰ μυξητήρων: ſed alibi μυξωτήρων eius exẽplária habent. At SINGVL. Μυξωτὴρ exemplum nõ affertur: neque tamen dubitari de illo poteſt.

Quod verò attinet ad cætera vocabula quæ ex nomine μύξα ſunt deriuata, ea duorum ſunt generum. Quadam enim ad μύξα pertinẽt habens ſignif. cui primum locũ dedi: quædam verò pertinere dicenda ſunt ad μύξα quod metaph. de lucerna vſurpatur. Ad prius illud μύξα referẽdũ eſt NOMEN Μυξώδης, εος, ὁ & ἡ, quo ſignificatur interdũ Mucoſus. i. Muco abundans: interdũ Muco ſimilis. Gal. ὥσπερ οὖν πιεῖν καὶ μυξώδη τοῦ χονδρου πλὴν σίτασιν. Idẽ, De part. anim. l. 2, ἔνεστι δὲ ἐν τοῖς ζωοτόκοις πολλὰ τῆς ἐξῶν χονδροειδῆ, ἐν ὅσοις διαφέρει μαλακὸν εἶναι καὶ μυξώδες τὸ στερεόν. διὰ τοῦτο καὶ μᾶλλον σάρκα. In omnibus articulis (inquit Gorr.) mucoſum quendã morẽ videre licet, vt inde & motio proprior & articulus initiis minus eſſet obnoxius: quòd quæ ſicca ſunt, abrumpi in motionibus facilè ſoleant. Eámque ob cauſam vertebrarũ vincula μυξώδη Hippocr. lib. De artic. appellauit. At μυξώδης ſignificãs Muco ſimilis, apud Dioſcor. extat. Pertinet ad prius illud μύξα & VERBVM Μυξάζω, quod exp. κορυζῶ. i. Muco abũdo, Nares muco plenas habeo. Eodẽ pertinẽt (accipiendo μύξαν generaliter pro muco) etiam duo piſciũ NOMINA, Μυξῖνος ATQVE Μυξάειον: niſi potius de eodẽ piſce dici exiſtimanda ſunt: nimirũ de minuto mugile, ſiue capitone, vt quidã tradunt. Nonnulli verò Μυξάειον, quod apud Marcum Aureliũ nomen piſcis eſt, deſaperda ſeu ichthyocolla dici volũt. Μυξῖνον autẽ memini Athen. & poſt eum Euſt. & quidem ex ipſo. Sed perperam in v. l. ſcriptũ eſt Μύξυνος. Apud Athen. lib. 7, non procul ab eo loco vbi mentio fit μυξίνου, (ſed μύξινος apud eum ſcriptũ eſt, non μυξῖνος, vt apud Euſt.) habetur ETIAM Μύξος, de piſce. Eſt tamen aliud apud Suid. quem vide. At verò ad poſterius μύξα. i. illud quod de ellychnio lucernæ dicitur, pertinent COMP. Δίμυξος, ET Τείμυξος, ET Πολύμυξος, cum nomine λύχνος. Atque vt Δίμυξος exponitur in Indice, Duo habens ellychnia, ſic Τείμυξος exponi debet Tria habens ellychnia, & Πολύμυξος, Multa habẽs ellychnia. At quidam exp. δίμυξος λύχνος, Lucerna apta ad ferenda duo ellychnia: eodémq; expoſ. genere & in cæteris vtuntur.

Μύξα, ων, τὰ, Prunorum ſpecies Galeno & Dioſcoridi incognita: Actuario, Pſello & Aetio frequens, ad compeſcendas febres, leniendas pectoris aſperitates, ſedandas tuſſes & vrinæ difficultates, quas bilis aut æſtus excitarit. Eius arboris ligno cortex dicitur eſſe albus, ramus virens, folio rotundo, amplo, fructus in racemo dulcis, & candido lentore plenus, cum interiore nucleo quaſi oliuæ ſiccatur. Ex eo lentore mucoſo videtur illi nomen inditum fuiſſe: ſed per diminutionem appellatur ETIAM Μυξάειον. Vulgò *Sebeſten* dici videtur. Hæc Gorr. In v. l. annotatur μύξα & μυξάειον apud recentiores Græcos medicos eſſe minora prunis damaſcenis, nucleo intus triangulari. affertúrque ex Paulo Ægin. lib. 7, Μύξα, δένδρου καρπὸς ὅστ. μικρότερος μὲν τῶν κοκκυμήλων, δυνάμει δὲ τοῦ πτήσιος.

Alterum verbum, de quo poſt Μυκτὴρ me dicturum promiſi, eſt ILLVD Μύττω, VEL Μύσσω potius. nam Μύσσω prius eſſe quàm Μύττω, nemo, vt opinor, negauerit: & ita Μύττω ex Μύσσω factum eſſe vt τρέττω ex τρέσσω, vt μαλάττω ex μαλάσσω, vt τεγέττω ex τεγέσσω, atque vt alia propè infinita σ in τ Atticè mutauerunt. Eſt autem Μύσσω, ſeu Μύττω, Mungo, Emungo, Mucum naſi extraho. Sed rarus eſt ſimplicis vſus, atque adeò nullum eius exemplum affertur: at COMP. Ἀπομύσσω, SIVE Ἀπομύττω, non itidem infrequẽs eſt. Ammian. lib. 2 Epigr. titulo εἰς διεξοδεῖς, pag. 141, meæ editionis, Οὐ δύναται τῇ χερὶ Πρόκλος τοῦ ῥῖν ἀπομύσσειν. Τῆς ῥινὸς γὰρ ἔχει τοῦ χέρα μακροτέρου. Plato De rep. lib. 1, κορυζῶντα σε θεωρᾷ καὶ οὐκ ἀπομύττει δεόμενον. Et paſſ. Ἀπομύττομαι, Emungor, Mungo me. Xenoph, αἰσχρὸν μὲν γὰρ ἔπη καὶ νοῦν ὅτι Πέρσαις καὶ τὸ ἀποπτύειν καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι. Idem in Sympoſ. ἀπεμύττετό τε καὶ τῇ φωνῇ σαφῶς κλαίειν ἐφαίνετο. Apud Ariſtoph. extat particip. vocis mediæ ἀπομυξάμενος: in Equitibus, ἀπομυξάμενος ἐμοῦ τοῦς τοῦ κεφαλῆς ἀποφῶ. At verò βεκχίον ἀπομύττεσθαι, dictum prouerbia-

le est, apud Plut.Sympos.lib.2, ὁ δὲ φήσας, μιμνήμεθά σε τοῦ βραχίονι ἀπομωτόμενον, ἔσκωψε. Quod dictum Eustath. referens, vtitur τοῦ ἀπομωτόμενος, cum ω: simul etiam addens quid spectauerit is qui hoc dixit. eius verba sunt, ἐξ ἐκείνου δὲ (nimirum ἐκ τοῦ μυζεῖν) καὶ κοινῶς ἀπομύσσεσθαι, οὐ χρῆσις ἐν τοῦ, πατὴρ τοῦ ἀγκῶνι ἀπομωτόμενος, δηλοῖ τὸ μὴ ἔχειν δηλαδὴ τοῦτο ποιεῖν τῇ χρείᾳ ἀχολουμένῳ τοῦ ἀλίπαστα. Sic apud Cornificium, vel autorem rhetorices ad Herennium, (quicunque is sit) Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.

Ἀπομύττω, eodem ferè modo quo Emungo à Terentio vsurpatur, vbi dicit Emunxi argento senes. Nam si Polluci credimus, ἀπομύττω capitur apud Græcos comicos pro ὀδὶ κέρδεϊ ἐξαπατῶ. Eustathius postquam docuit λέμφοι appellari τοὺς πεπυγῶν μύξας ἐκ τῶν μυκτήρων, ait inde factum vt fatuum hominem vocarent λέμφον. nam, inquit, pro fatuis habebant eos quibus muccus è naribus flueret. vnde & ἀπομύξαι πρὸ dictum fuit pro ἐξαπατῆσαι. i. decipere. Hes. ἀπεμύττειν exp. nō solùm ἐξαπατᾶν, sed & γελοιοῦν. Luc. dixit τοὺς κόρυζαν ἀποξύειν.

HINC EST Ἀπεμυξία, de eo quod emungendo detrahimus. vnde Hesych. plur. ἀπεμυξίαι exponit ἀκαθαρσίαι. Facit autem hoc verbale vt NOMEN Μύξα itidem ex Μύττω vel potius Μύττωμα, factum esse, atque adeò (quod nō minus mirum alicui fortasse videbitur) NOMEN Μυκτὴρ eādem originem habere suspicer. vt videlicet hoc ex tertia persona sing. præteriti, illud ex fut. vel aor. sit formatum. & μυκτὴρ sit pars corporis quā quis μύττει: μύξα quod aliquis ἐν ᾧ μύξαι detrahit.

Alia sunt duo COMP. Ἐπεμύττω ET Προμύττω. Sed Ἐπεμύττω cum μυκτηρίζω conuenit, vt quidem in v. l. exponitur. videlicet Subsanno, Strepitu narium flocci-facio. Προμύττειν autem est Promittere ellychnium, & Lucernam emungere. vt inquit Cam. Poll. habet προμύξαι λύχνον, & vsurpari ἐν τῇ κωμῳδίᾳ scribit. Apud Aristoph. tamen in Vespis legimus προβύσσειν λύχνον.

Vbi de verbo Μύζω egi, non dixi de ea significatione qua ponitur pro Sugo: quam sequitur Μυζάω. ideóque hic iterum de verbo illo differam, sed ita vt hanc duntaxat significationē alibi consultò prætermissam, simúlque illa quæ ipsam sequuntur, explicem.

ΜΥΖΩ, Sugo. Xen. Expedit. Cyri, lib. 4, ἔδει δέ, εἴπερ δίψῶν, λαβόντα εἰς τὸ στόμα μύζειν τοῖς καλάμοις. Sed est & alia lectio, videlicet μυζεῖν, à THEMATE Μυζέω, ῶ: quam habet Suidas. qui alioqui nō solùm μυζεῖ, sed μυζει quoque exp. θηλάζει, λείχει. Affertque & istum locum, ὁ δὲ Δημοσθένης, φάρμακον ἔχων ὑπὸ τῇ σφραγῖδι, μυζήσας ἀπέθανε. Inuenitur & COMP. Ἐκμυζέω, ῶ, Exugo, Sugo. Alex. Aphrod. Probl. lib. 2, τὸν σίφωνα ἐκμυζοῦντες, ἔλκομεν τὸν οἶνον. Luc. in Timone, εἴπερ καὶ μυελὸς ἐνεῖν, ἐκμυζήσαντες καὶ τοῦτον. Sed hoc ἐκμυζήσαντες non minus à themate ἐκμυζάω esse potest: atque adeò hinc potius esse puto, vt docebo paulo póst.

Μυζάω, ῶ, idem quod μύζω siue μυζέω, Sugo. Vtitur autē hoc verbo μυζᾶν Eustath. vbi vocabulum ἀπομύζουσι exp. vt videbis tomi 2, col. 1541.

B COMP. Ἐκμυζάω, ῶ, idem quod ἐκμυζέω, Exugo. Homer. Iliad. ο, Αὐτὰρ ἐπεὶ ἴδεν ἕλκος ὀδὺν ἐμπεσε πικρὸς ἰοῦς, Δίμ' ἐκμυζήσας, ἐπὶ δ' ὕπια φάρμακα εἰδὼς Γάσατ. vbi exponitur ἐκπίσας, ab Eustathio quoque: qui paucis interiectis addit, μυζᾷ δέ πε ὕπω καὶ γάλα ἐκ θηλῆς: item μυζᾷ δὲ καὶ μυελόν τις, καὶ ἄλλα πολλὰ διαῖπα. Idem paulo antè vsus fuerat participio ἐκμυζῶντας. Itidem ἐκμυζῶντα legimus apud Dioscoridem, cum alibi, tum in loco quem afferam in Ἐκμύζησις. Atque adeò illud ἐκμυζήσαντες ex Luciano allatum, hinc potius quàm ab Ἐκμυζέω esse puto. Habemus autem illud VERBALE Ἐκμύζησις pro exuctione, (id est ipsa exugendi actione) vel suctione, seu suctu, ex eodem Dioscoride, πρὸς πᾶσαν πληγὴν ἰοβόλου, δρέμοζει ἡ δι' αὐτοῦ τοῦ στόματος ἐκμύζησις. δεῖ δὲ μὴ ἄσπον εἶναι τὴν ἐκμυζῶντα.

Μυχὸς inter deriuata à nomine νὺξ ponendum fuisset, si verum est quod Etymologus tradit, fieri ex νυχὸς genitiuo illius nominis νὺξ, vertendo vnam literā ἀμεταβολον in aliam, id est υ in μ. vt μυχὸς fit ὁ ἐνδότατος καὶ σκοτεινὸς τόπος. Est autem hic genitiuus νυχὸς regularis quidem, id est quem regularis analogia poscit: sed inusitatus tamen, quique locum suum cesserit alii, videlicet νυκτός. Neque tamen, sicui etymum illud, quod ad cætera attinet, admitti posse videatur, illius inusitati genitiui causa reiici debet: quum & alia quædam deriuata videamus non declinationem eam siue declinationis terminationem quæ vsitata est, sed illam quam analogia posceret, sequi. Verùm si nunc quoq; diuinandi libertatem concedere mihi auderem, à μῶς potius deductum esse μυχὸς dicerem: atq; vt iocosa diuinatio illa esset, adderem μυχὸς dici quasi μυὸς οἶκος, mutata tenui in aspiratam. Multas quidē certè ab Etymologo deriuationes afferri dico, non iocante itidem, sed seriò loquente, quæ multo minus non solùm veræ, sed etiam verisimiles esse possunt.

ΜΥΧΟΣ, ῶ, ὁ, Penetrale, Intimus locus, siue Intima pars, Recessus. Apud Homerū μυχὸς δόμου locus domus seu pars domus quæ est ἐνδοτάτω, vt docet Eustath. Apud eundem poetam, necnon apud Eurip. Medea, μυχὸς ἀντρου, Recessus antri, seu speluncæ: cui Ouidius itidem recessum tribuit. Conuenitque optimè quod de propria nominis μυχὸς significatione traditur, cum epithetis quæ antro dari solent à poetis: vocantibus nimirum abditum, item cæcum, necnon obscurum: vt alia huiusmodi omittam. Communis autem est huius nominis vsus solutæ orationi cum carmine. vt ὁ μυχὸς τοῦ λιμένος, apud Thucyd. (sed ante illum μυχοὶ λιμένος Hom. dixerat) Et πάντας τῆς γῆς τοὺς μυχούς, Aristid. Et μυχὸς τῆς Ἑλλάδος, Plut. Apud Luc. autem ἐν μυχῷ τοῦ σκάφους, In ima nauigii parte, In imo nauigii, vel in fundo. sicut μυχὸν τῆς ναυπήγης idem dixit, ὁ θοῦνος ἐκ μυχοῦ τῆς ναυπήγης διέφυγε. Idem dicitur & κύπτος.

Μυχὸς, Sinus. vt μυχὸς Ἀδριατικός, Sinus Adriaticus, apud Polyb. & Strabonem, qui passim ita vtitur. Sed & aliam nominis Sinus significationem habere potest μυχός: veluti si apud Lucianum Ἑλλάδος ἐν μυχῷ vertas In sinu Græciæ.

C Εἰσίμυχος, ῶ, ὁ, vide in Indice.

Μύχιος, ῶ, ὁ & ἡ, VEL Μυχαῖος, Qui est ἐν μυχῷ, vel Qui venit seu erumpit ἐκ τοῦ μυχοῦ. Redditur Intimus, item Abstrusus. Aristot. De mundo, πνεῦμα εἰς μυχίους σύεισιν γῆς παρεξωθεν, spiritus qui in abstrusos quosdam terræ atque cæcos meatus se insinuarit. Ex Apoll. lib. 2, πνοιῇσιν μυχίῃσι, flatibus occultis. At μυχαῖος minus est vsitatum: cuius exemplum in vulg. l. affertur, μυχαῖος σεισμός, qui dicitur esse ὁ ἐκ βάθους αἰφνιδίως ἐκπεσόν. Additúrque, καὶ ἅπαν πιθανὸν. μυχαῖον ἐπιθέτως λέγεται. sed hæc absque autoris nomine.

Μύχατος, poeticè, idem. vt ἐκ μυχάτων παλάμων, in Anthol. epigr. Ex imis visceribus, seu intimis. Apollon. Argon. 1, μυχάτῃ ἐνὶ κρυφῇ καλύβῃ, In intima domus parte, In penetralibus domus. Sic μυχάτοις τοῖς λελοιπότες οἴκοις, apud Phocylidem. Legimus & apud Oppian. De ven. lib. 3, Οὐδὲ ἵππον μυχάτοισιν ἔχει τοῖς πέρματα πίπτει.

Μυχὸ, pro μυχός: vt legimus apud Suid. μυχαὶ Herodoto esse καταδύσεις & τὰ ἔνδον.

Nomen Μῶμος (de quo nunc verba faciam, simúlque de iis quæ ab eo deriuata sunt) quam originem habeat, nondum apud vllum ex Græcis lexicographis aut scholiastis legi, quod quidem meminerim. Sunt autem & scriptura & significatione valde affinia μῶμος & μῶκος: adeò vt vel eandem ambo originem habere, vel vnum ex altero factum esse, verisimile iudicari possit. Quòd si vnum ex altero factum esse dicatur, vtrum illud sit, non minus dubium fuerit. siquidem hoc tantùm constat, multo maiorem apud Græcos scriptores esse vsum huius nominis μῶμος & deriuatorum, quàm nominis μῶκος & eorū quæ inde deducta sunt. Iam verò & hoc controuersum esse possit, vtrū μῶμος prior locus dari debeat, nimirum an illi quod est nomē appellatiuum, an contrà ei quod est proprium. ego appellatiuum potius priore loco constituendum esse censui.

ΜΩΜΟΣ, ου, ὁ, Dedecus, Probrum, Infamia, Ignominia. Vel Vituperatio, Reprehensio. Homer. Odyss. β, Τηλέμαχ' ὑψηγόρε, μῦθος ἄρειε, ποῖον ἔειπες, Ἠμέας αἰχμῶντ; ἐθέλεις δέ κε μῶμον ἀνάψαι. Ab Hesych. μῶμος exponitur ψόγος, itidémque breuium scholiorum autor μῶμον illo in loco exponit ψόγον. Sed VOCAB. Μῶμαρ ab eodem lexicographo dicitur esse μέμψις, & εἶδος, item ἄχος. Quod postremum vocabulum ἄχος optimè conuenit cum participio αἰχμῶντ, quod in illo Homeri loco eadem de re dicitur de qua & μῶμος. Vsurpari autē à Lycophrone nomen istud μῶμαρ, tradit Eustathius. Verùm hic silentio prætereundum non est quod de voce Momar apud Festum legimus: Siculos videlicet momar vocare stultum. Ad μῶμος autem vt redeam, (vnde esse factum μῶμαρ constat, quemadmodum μῆχαρ ex μῆχος) poeticum potius est quàm oratorium. atque adeò vbi solutæ orationis scriptores eo vtuntur, de homine potius quàm de re ab illis dici existimo, (de qua significatione mox differā) sic tamen vt de re quoq; vsurpatum alicubi inueniatur. veluti in isto Plutarchi loco in Polit. præceptis, λέγοντες ἐν ἑαυτοῖς χρυσὸν ἔχειν, ἀδιάφθορον καὶ ἀκήρατον καὶ ἄχραντον ὑπὸ φθόνου καὶ μώμου πιμιῶ.

Μῶμος, Latinè itidem Momus, deus quidam reliquorum omnium deorum irrisor & reprehensor. Luc. in Hermotimo, ὁ γοῦν Μῶμος, ἀκήκοας, οἶμαι, ἅ πάντα ἐπαστο τοῦ Ἡφαίστου. Idem in lib. De hist. scrib. καὶ ὁ οὐδεὶς αὖ, ἀλλ' οὐδ' ὁ Μῶμος, μωμήσασθαι δύναιτο. Cui planè simile est istud Platonis dictum, De repub. lib. 6, pag. 77, οὐδ' αὖ ὁ Μῶμος (ἔφη) τόν γε τοιοῦτον μέμψαιτο. Ab eodem varius in locis huius dei fit mentio. De eo differit & Erasmus in prouerbio, Momo satisfacere: quò te remitto. In Anth. epigr. lib. 2, mentio fit & cuiusdam μώμου συγγόνου: vbi grammatici dicuntur esse Μώμου συγγόνου τέκνα, οἵτινες ἀεὶ πάντων, Τελχῖνες βίβλων, Ζωιοδοτοσκύλακες. Dicitur porro μῶμος & quicunque deum illum imitatur, eodémque modo facta hominum, quo ille deorum, irridet. (Nisi fortè μῶμος de homine dictum prius quàm de illo deo fuit) vt apud Aristotelem legimus iunctum cum nomine ἥρων: vbi scribit, μώμου καὶ ἥρωνος σημεῖον. quo in loco redditur derisor.

C. Μωμοσκόπος, ου, ὁ & ἡ, Qui reprehensoris animo obseruat, seu considerat. itidémque VERB. Μωμοσκοπῶ, Reprehensoris animo considero, vt exponit Bud. apud Gregor. Nyssenum, in lib. De homine, vel potius in præfatione, ita scribentem, ἡμεῖς δ' αὖ εἰκότως ὑπεύθυνοι δοξαιμεν τοῖς μωμοσκοποῦσιν. ὡς οὐ χωρησαντες ἐν τοῦ μικροφυεῖ τῆς καρδίας ἡμῶν τοῦ καθηγητοῦ τῶν σοφίαν. Affert verò & pass. vocem ex Chrysostomi comm. in epist. ad Rom. διὸ χρὴ πανταχόθεν μωμοσκοπεῖσθαι τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον. quæ scribuntur ab eo vbi enarrat hæc Pauli verba, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν τοῦ θεοῦ. In v. l. habetur duntaxat nomen illud μωμοσκόπος, quod exp. Curiosè obseruans reprehendenda.

C. Ἄμωμος, habes in Indice.

C. Πανάμωμος, Qui est omnino ἄμωμος. quod ἄμωμος in Indice explicari dixi. In v. l. redditur Omni culpa & reprehensione vacans.

C. Φιλόμωμος, ῶ, ὁ & ἡ, Qui vituperationis seu reprehensionis est amator, Qui libenter vituperat seu reprehendit. Pro eodem dicitur φιλόψογος: sicut μῶμον dixi exponi ψόγον. Exponitur etiam Reprehensor, & Maledicus, à Budæo, sicut & φιλόψογος. vtroque autem vsum esse Platonem tradit.

Μωμέομαι, ῶμαι, VEL Μωμάομαι, ᾶμαι, Vitupero, Reprehendo, vel Derideo. Hom. Il. γ, — Τρῶας δὲ μ' ὀπίσσω Πᾶσι μωμήσονται. Luc. De hist. scr. οὐ γὰρ οὐδεὶς αὖ, ἀλλ' οὐδ' ὁ μῶμος, μωμήσασθαι δύναιτο. Possunt autem hæc vel à μωμέομαι vel à μωμάομαι deduci. Illius vsus est in hoc prouerbiali dicto, πολλὰ μωμεῖσθαι ῥᾷόν ἐστιν ἢ μιμεῖσθαι. Quod dictum alioqui & per aoristum infinitiui exprimitur, hoc modo, πολλὰ μωμήσασθαι ῥᾷόν ἐστιν ἢ μιμήσασθαι. Sed olim hoc potius modo efferebatur. μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. quæ verba senarium versum efficiunt. Manauit autem hoc prouerbiale dictum ex Theognide fortasse: apud quem extant hi versus, Μωμεῦται δέ με πολλοὶ ὁμῶς κακοὶ ἠδὲ καὶ ἐσθλοί· Μιμεῖσθαι δ' οὐδεὶς τῆλ' ἀσόφων δύναται. Qui etiam locus apertè illud μωμέομαι primæ coniugationis comprobat: quum sit μωμεῦται pro μωμέονται, non pro μωμάονται. Verùm affertur etiam μωμᾶ ex Aristoph. in Auibus, Νὴ τὸν Διόνυσον οὔ γε μωμᾶ ταυτί γε. vbi μωμᾶ exponitur ψέγει.

HINC Μώμημα, Reprehensio, Irrisio, Sanna. Vel potius, Dictum ipsum quo aliquem reprehendimus, seu irridemus. q. d. Reprehensorium dictum, vel irrisorium. In v. l. μωμήματα exponitur Segmenta, Ramenta: & additur, ψήματα: quasi verò ψήματα (quo Hesychius exponit illud μωμήματα) idem significet quod ψήματα: ac non sit à ψέγω, sicut ψεκτά, quo idē lexicogr. exponit μωμητά. Atque vt verbale μώμημα est à prima persona præteriti, sic à tertia sunt duo VERBALIA, Μωμητὴς ET Μωμητός. Est autem Μωμητής, Vituperator, Reprehensor, Irrisor: qui alioqui dicitur potius μῶμος. At Μωμητός, Vituperabilis, Vituperatione seu reprehensione dignus. Cui contrariam significationem habet COMPOS. Ἀμώμητος, ῶ, ὁ & ἡ, de quo consule Indicem.

COMPOS. Ἐπιμωμέομαι, VEL Ἐπιμωμάομαι, idem quod μωμέομαι seu μωμάομαι, de quibus dictum modò fuit. Potest tamen dici præpositio ἐπὶ significationem augere. HINC Ἐπιμωμητής, idem quod μωμητός, Vituperabilis, Vituperatione seu reprehensione dignus, apud Hesiodum.

¶ Μωμίσκος, de ea dentium molarium parte quæ gingiuæ proxima est. Cam. ex Polluce, In vtraque maxilla æquales & similes siue oppositos dentes numerari oportet: vt suprà & infrà, quatuor τομεῖς & duos caninos. Sed μύλαι sunt latiores, quas duplices vocat Plinius. Harum igitur & partibus nomina Græci indiderunt. qua enim gingiuæ proximi sunt, μωμίσκοι dixerunt: qua cibus manditur, βάπτραι: qua concaui sunt, ὀλμίσκοι.

Quæ traditur vocabuli Μωρὸς, quo ſtultus ſignificatur, etymologia, videri ſtulta itidem poſſet (vt certè multas habet Etymologus quæ hoc nomine dignæ iudicari poſſint) niſi Euſtathii quoque teſtimonio confirmaretur. Is enim de huius vocis accentu loquens, vult μωρὸς dictum eſſe quaſi μήορος, vel potius inde factum eſſe: ideóque magis rationi conſentaneum videri vt μῶρος, propter craſin quam patitur, ſcribatur, circunflexa priore ſyllaba, quàm μωρὸς oxytoné. Meminitque huius deriuationis tanquam minimè cõtrouerſæ, duobus in locis. Etymologus itidẽ, quum ſcribit μωρὸς dictum eſſe παρὰ τὸ μὴ ὁρᾶν, ad illud μήορος reſpicit: ſed addit, τὸ συμφέρον. Præceditque apud eum hanc deductionem alia, ſecundum quam μωρὸς à nomine ὥρα, ſignificante φρονήσεα, originẽ habere dicendum fuerit, præfixa videlicet particula μή, deinde facta ſyncope: vt ſonet μωρὸς perinde acſi diceretur ὁ μηδὲν φρονήσων. Neutra certè etymologia mihi ſatis placet: ſi tamẽ alterutram eligere oporteat, illam qua μῶρος quaſi μήορος dictus traditur, longè prætulerim.

ΜΩΡΟ'Σ, VEL Μῶρος Atticè, Stultus, Fatuus. Aristoph. Nubibus, Καὶ πῶς, ὦ μῶρε σὺ, καὶ κρονίων ὄζων, καὶ βεκκεσέλινε. Apud eundem in Ranis, — μώρους λαβὼν παρὰ Φρυνίχῳ τραφέντας. Sic verò & apud Sophoclem atque Euripidẽ μῶρος pleraq; exemplaria habent πανταπασιμώρους. Vnde etiam confirmatur quod de Attica illa ſcriptura modò dictum fuit. Sed argumẽtum quo nititur Euſtathius ad aſſerendã hanc ſcripturam, non ſatis firmum eſt. Cur enim μῶρος tanquam ex μήορος per craſin factum eſſe dicemus, ideóq; magis conſentaneam rationi hanc Atticam ſcripturã eſſe quàm alteram cenſebimus, quum Atticos ὁμοῖος itidem pro ὅμοιος, & ἐπῖμος pro ἔπιμος, nec non ἐρῆμος pro ἔρημος, dicere, vbi nulla eiuſmodi ratio afferri poteſt, ſciamus? Apud Matth. cap. 25, virgines μωραὶ oppo nuntur τοῖς φρονίμοις: vbi μωραὶ redditur Fatuæ. Cæterùm aliquid etiam dicitur eſſe μωρὸν, ſeu μῶρον. vt legimus apud Euripidem, μῶρα γὰρ μῶρος λέγει. vel, μωρὰ & μωρὸς, vt alii codices habent. apud Sophoclem in Aiace, pag. 35, meæ editionis, — μῶρά μοι δοκεῖς φρονεῖν. Sunt autem ipſius Aiacis ad Tecmeſſam verba. Μωρότερος gradu comp. in prouerbio, Μωρότερος Μορύχου, Stultior Morycho. Cæterùm vt hic Morychus inter μωροὺς celebratus fuit, ſic & aliquot alii: nimirum Μελιτίδης, & Κόροιβος, & Μαργίτης, & Μαμμάκυθος, & Σαΐνας, & Ἀμφιεπίδης, & Πολύωρος. Quibus addi poteſt & Βατταλίων ex ſchol. Ariſtoph. & ex Suida. Sed vnũ ex iſtis nominibus propriis, NIMIRVM Μαμμάκυθος, appellatiuum aliquando eſſe exiſtimatur, & de quolibet ſtulto ſeu fatuo dici. Affertúrque in exemplum hic Ariſtophanis locus in Ranis, Τέως δ' ἀβελτερόπροι κεχηνότες μαμμάκυθοι καὶ Μελιτίδαι κάθηντο. Sed quod de nomine Μαμμάκυθος, idem & de NOMINE Μελιτίδης dicendum fuerit, (hunc quidem Ariſtoph. locum ſequendo) nimirum de quolibet ſtulto itidem vſurpari. Nec verò dubium eſſe debet quin & reliquorum vnumquodque eundem vſum habere queat: ſed nominatim de NOM. Σαΐνας & de NOM. Κόροιβος id teſtatur Euſtath. nimirum his nominibus quemlibet μωρὸν appellari: ſcribẽs, ἐκεῖθεν (nimirum ex veteribus) τὸν μωρὸν οἴδαμεν σαΐναν καλεῖσθαι, ὡς ἀπὸ κυείου ὀνόματος· καὶ βεβόγκεται Κεχῆνες κωμῳδῶν Θεσπιν, τὸν Θεσπιδῆν Σαΐναν. Quibus ſubiungit, ἐξ ἐκείνων δὲ καὶ Κόροιβόν τινα ἀποσκώπτομεν· μαθόντες τινὰ Κόροιβον ἀνήθη Μυγδόνα, Φρύγα τὸν ἄγρυπνον, ὕσταπον τῶν δηπουρῶν ἀφικόμενον τῇ Πελάμῳ δι' ἀνήθειαν. Obſerua autem, quod ad nomen Sannas attinet, hinc eſſe ſumptam à Latinis vocem Sanna, item Sannio: ſed & verbum Subſannare, ex illo nomine Sanna ſumptũ, quidam vſurparũt. Probus tamen ſanniones à ſanna ſignificãte os diſtortũ cum vultu, dictos exiſtimauit: Nonius à ſãniis. Sed ſuſpicor reponendũ eſſe ſannis. Cæterũm & hanc ipſam vocem μῶρος in Latino ſermone vſurpatam habemus, mutatis duntaxat literis Græcis in Latinas vnà cum terminatione. Legimus enim apud Plautum in Trinummo, Ita eſt amor, baliſta vt iacitur, nihil ſic celere eſt, neque volat, Atque is mores hominum moros & moroſos efficit. Hic enim moros nemo (vt opinor) aliter accipiẽdũ dixerit quàm pro μωρεύ. Apud eundẽ extat compoſitũ Morologus: vt docebo in Μωρολόγος. Iam verò & verbum Morari prima longa, ab hoc μωρὸς deductum, aut certè à verbo μωραίνειν, quod ex iſto nomine factum eſt. Vtitur autem illo Morari Nero apud Tranquillum: vbi hæc ſcribit, Certè omnibus rerum verborúmque contumeliis mortuum inſectatus eſt, modò ſtultitiæ, modò ſæuitiæ arguens. Nam & morari eum inter homines deſiiſſe producta prima ſyllaba iocabatur, multáque decreta vt inſipientis atque deliri pro irritis habuit. Hic non dubium eſt quin verbo Morari ſignificationem Græci μωραίνειν dare voluerit, de quo dicetur aliquanto póſt. At nomen Morio, quod & ipſum hinc ortum eſt, longè præcedentibus vſitatius eſt, ſed apud minus veteres Latinæ linguæ autores. Neque enim priſco ſeculo tales homines quales ſunt ii qui moriones appellati poſtea fuerunt, tanto honore digni putabantur vt vnuſquiſque principum ſeu magnatum aliquos etiã eorum in comitatu ſuo atque adeò in deliciis haberet. Bud. diminutiuum eſſe exiſtimauit hoc nomen Morio, & factum ex Græco μωείων. ita enim ſcribit, Μωρὸς Græcè ſtultus dicitur, vnde DIMINVT. Μωείων, quo etiam Latini vtuntur. Sed donec aliquod vſus nominis μωείων exemplum apud idoneum autorem inuenero, an verum ſit quod Bud. ſcribit, dubitabo.

Μωρὸς, Cuius guſtus eſt fatuus, ſiue inſipidus. Dioſc. lib. 4, ῥίζαι γευσαμένῳ μωραί. vbi quidam interpr. Radices guſtu fatuo: quidam, Radices ſapore inſipido.

Μῶρος, nomen proprium, in Anthol. Epigr.

Μωρολόγος, ου, ὁ & ἡ, Morologus, cum Plauto: Stultiloquus, Qui vel quæ ſtulta ſeu inepta loquitur, aut etiam loqui ſolet, Qui inſulſè blaterat. Ariſtot. ἔσοι δὲ ἐκ πολλῶν μωρολόγοι εἰσὶν, οἷον πεφυσημένοι, λάλοι καὶ μωρολόγοι. Plautus autẽ in Pſeudolo compoſito pro ſimplici vſus eſt, dicens, Sermonibus morologis vti. id eſt, λόγοις μωροῖς χρῆσθαι.

Hinc NOMEN Μωρολογία, ας, ἡ, Stultiloquium, Plauto. Quidam vſi ſunt & nomine Stultiloquentia. Redditur etiam Stultus ſermo, ſeu fatuus, vel ineptus, item Ineptiæ. Vtitur Paulus apoſt. epiſt. ad Epheſ. c. 5, vbi redditur Stultiloquium.

Item VERBVM Μωρολογέω, ῶ, Stulta loquor, ſeu

inepta, aut inſulſa, Inſulſè blatero, ſeu ineptè, Stulta deblatero. Plut. μωρολογεῖς ὦ Διονύσιε. Quidam apud Athen. libro 6, Τέτταρα δὴ πενίᾳ καὶ ἀσάρεα μωρολογοῦντες. Archeſtratus apud eundem lib. 4, cum accuſatiuo, ὁπόσοι τάδε μωρολογοῦσι.

Μωρόσοφος, ου, ὁ, & ἡ, Stultè ſapiens. Vel, Fatuè ſalſus, Inſulſè ſapiens: aut, Ex ſtulto & ſapiente concretus. Vel, Inter ſtultum & ſapientem anceps. quæ interpretationes ſunt Budæi, afferentis hoc vocabulum ex Luciano. Sed addit, videri ab eodem accipi pro eo qui ſapienter deſipit: hoc eſt, qui ſe diſſimulat, & ſtultum ſimulat. Addit autem & VERBVM Μωροσοφεῖν, (neſcio an à ſe fictum, an ex aliquo ſcriptore Græco depromptum) quod vertit Stultè ſapere. Equidem & NOMINE Μωροσοφία poſſe nos haud minus quàm illo μωρόσοφος vti, dubium eſſe non poteſt. Erit autem μωροσοφία, Stulta ſapientia.

Μωρόσυκος, vide in Μόρον.

Μωρότης, ητος, ἡ, Stultitia, Fatuitas. ſed vſitatius eſt μωρία.

Μωρία, Stultitia, Fatuitas. Eurip. Medea, Τίνα μείζονα μωρίαν ὀφλισκανεῖν. Demoſth. Philipp. 3, ἀλλ' εἰς τοῦτο ἀφῖχθε μωρίας, ἢ παρανοίας, ἢ οὐκ ἔχω τί λέγω. Apud Herodot. μωρίη πολλὴ λέγεται, (eſt autem μωρίη Ionicè pro μωρία) ad verbum Stultitia eſt dicere. Sed Græcum illud genus loquendi melius Gallico interpretabimur. Omnino enim tale eſt apud nos, *C'eſt une folie de dire cela.*

Μωρία de moro arbore, vide in nomine Μόρον quo morum ſignificatur.

Μωρὸς, Stultè, Fatuè. Pollux hoc aduerbium λίαν ἀπελὲς eſſe ait, poſtquam ἀνήθως, ἀνοήτως, aliáque ad eandem ſignificationem pertinentia attulit.

Μώρωσις, εως, ἡ, Stultitia, Fatuitas, Stoliditas. Sed medicorum potius quàm aliorum eſt hoc vocabulum, de vitio memoriæ & mentis. Nam (vt quidam annot.) ſi ſolius memoriæ iactura ſit, iam λησταρχικὴ dicitur: ſi mentis ſolùm, τυφωνία: ſi vtriuſque, μώρωσις. Vide vocabulorum medicin. lexicon à me editum, pag. 415. Eſt μώρωσις, (inquit Gorr.) deficiens ſeu infirma motio facultatis ratiocinatricis. Ad eam quidem facultatem propriè pertinet fatuitas: non tamen reliquæ principis facultatis actiones integræ ſunt, ſed pariter imperfectæ. nam & parum aptè imaginantur, nec probè meminiſſe ſolent fatui, quippe qui cerebrum non habere vulgò dicantur. Atque ita rem ſe habere declarat Paulus Ægineta lib. 3, cap. 11, ſcribens dici μώρωσιν, quum & ratio & memoria malè fuerint affecta, & ab iiſdem cauſis eam fieri à quibus & memoriam & rationem lædi contingit. Similiter & Aetius ex Rufo & Galeno ſcribit μώρωσιν eſſe, quando vnà cum memoria etiam ratio periit. Quibus quidem autoribus ἡ μώρωσις non eſt ſimplex affectus, ſed rationis primùm, deinde verò & memoriæ. In cauſa habetur vel minus idonea decéinſque cerebri conformatio, vel frigida intemperies, aut frigidus aliquis & pituitoſus humor in cerebro collectus, vel medicamenta quæ foris impoſita caput modicè refrigerant. Neque enim μωρώσεως cauſa tam vehemens magnáque eſt quàm τῆς ἀνοίας, quæ eiuſdem facultatis abolitionem priuationémque ſignificat. Eo enim diſcrimine ἄνοια & μώρωσις diſtinguuntur. Iam verò differt ἡ ἄνοια ἀπὸ τῆς παραφροσύνης, quòd (vt ſcribit Galenus) illa quidem abolitio ſit, hæc verò functionis ratiocinatricis aut imaginatricis etiam depratio: quódque, vt ait Aetius, ἡ μώρωσις ἀκόλουθα λέγει καὶ πράττει: delirium autem (quod & λῆρος & παραφροσύνη vocatur) non ſeruata rerum conſequentia alium alii ſermonem implicet qui nihil ad rem faciat: & delirium quidem vt plurimum ſenibus, μώρωσις autem & pueris & adoleſcentibus & reliquis ætatibus à morbo accidat.

Μωρωσὸς, Qui mente prorſus eſt alienatus. ὁ πᾶν διάνοιαν παντελῶς πεπληγὼς, Heſ.

Μωραίνω, Stultè ago, Stultè me gero: vel Stultus ſum, Deſipio, Ineptio, Deliro, Moror, vtẽdo verbo Suetoniano, vel potius Neroniano, apud Suet. in loco quem antea protuli. Apud Senecam autem legitur etiam Fatuari. Eurip. Medea, Καὶ τοῦτο μὴ θέλουσα, μωραινεῖς, γυναῖ· Λήξασα δ' ὀργῆς, κερδανεῖς ἀμείνονα. Luc. καὶ σὺ μωραίνεις ὦ Πλάτων, ὁμόψηφος ὢν τοῖς τούτων σεσαγμοῖς. Interdum μωραίνω accuſatiuo iungitur: idque duobus modis. Alicubi enim pro μωρολογεῖν, alicubi pro μωρὸν ποιεῖν vſurpatur. Pro μωρολογεῖν, in hoc Euripideo verſu, Οὐδεὶς σιδήρου τοῦτο μωραίνει πέλας. quod Euripidis dictum aliquot locis à Plutarcho affertur. Alterius autem vſus exemplũ apud Paulum apoſtolum extat, 1 ad Cor. epiſt. cap. 1, οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου; vbi vet. interpres ἐμώρανεν vertit Stultam fecit, quidam verò Infatuauit. Apud eundem legimus & ἐμωραίνθησαν, à paſſiuo THEM. Μωραίνομαι: epiſt. ad Rom. cap. 1, φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωραίνθησαν, Quum ſe profiterentur eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Vel, Ad ſtultitiã redacti ſunt.

PRAET. Μεμωραμμένος, Redditus fatuus, ſeu ſtultus, aut ſtupidus, ſeu ſtolidus. Ariſtot. Hiſt. anim. lib. 9, τῷ δ' αὐτῷ ὅταν τις λάβηται τὸ ἄκρον τοῦ πρόγγυλου, (ἔστι δὲ ὅ βρίξ) αἱ ἄλλαι ἐστᾶσιν ὅ μεμωραμμένα, βλέπουσαι εἰς ἐκείνην. Quem locum Bud. affert poſtquam dixit μωραίνομαι eſſe Stupeſco, vel Stolidus fio. At in v. l. ſcriptum eſt perperam Μεμωραμμένος vnico μ: nec ſatis aptè expoſitum Stupidus, perinde acſi nomen eſſet, non partic. paſſiuũ.

AT VERO Μεμωραμμένον apud Hippocr. aliter exponitur: nimirum, quod μώρωσιν inducit menti: item, τὸ αἰαίσθητον. id eſt, quod ſenſu caret. Quid autem ſit μώρωσις, non multo antè explicatum fuit. Vide & locum Galeni de hac voce, in lexico vocab. medicin. pag. 415.

Μωραίνεσθαι pro Infatuari, id eſt Fatuum ſeu inſipidũ reddi: apud Matth. cap. 5, ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἁλισθήσεται; vbi vet. interpr. vertit, Si ſal euanuerit, in quo ſalietur? Alii autem reddunt, Si ſal infatuatus fuerit. Redditur etiam, Si deſipuerit, item Si inſipidus factus fuerit. Illud certè verbum Infatuatus ſignificatione conuenit: ſi modò apud Martialem betas fatuas exponere poſſumus inſipidas. Marcus pro μωρανθῇ habet ἄναλον γένηται. Sequitur autem hoc μωραίνεσθαι eam nominis μωρὸς ſignificationem qua pro fatuo ſeu inſipido vſurpari à Dioſcoride, paulo antè docui.

C. Ὀξύμωρος, vide Tomi 2, c. 1352.

C. Ἀπομωρεῶ, vide in Indice.

¶ Μόρον, Morũ. Inuenitur tamẽ & aliter SCRIPTVM Μόρον, & quidem in pluribus etiã locis. Apud Heſych. legitur μόρα, quod exp. συκάμινα. Sed hanc ſcripturam refellit, & μῶρα reponendum eſſe oſtendit, alphabetica ſeries: quum vocabulum illud inter μόνυχα & μωραίνει poſitum ſit. Itidem verò voce COMPOS. & Συκόμωρον ET Συκόμορον inuenitur. Dicitur ETIAM Μωρόσυκον VEL Μορόσυκον. Et ARBOR Μωρόσυκος, SIVE Μορόσυκος: ſicut Συκόμωρος vel Συκόμορος. Celſus lib. 3, cap. 18, Sed quum Græci morum ſycaminum appellant, mori nulla lacryma eſt: ſic verò ſignificatur lacryma arboris in Ægypto naſcentis, quam ibi moroſycon appellant. Sed alia exempl. habent ſycomoron. Hic autem non tacebò quantam in veteribus exemplaribus Teſtamenti noui varietatem ſcripturæ repererim, in huius arboris nomine, Lucæ cap. 2. Ibi enim quædam συκομωραίαν vel συκομωρέαν per ω, quædã συκομοραίαν vel συκομορέαν habebant. (Loquor autem de iis exemplaribus ex quorum collatione editum fuit à patre meo Teſtamentum illud nouum, grandibus literis) Ego certè, ſiue per ω ſiue per ο ſcribamus, ε malo quàm αι. Sed μῶρον itidémque deriuata inde per ω ſcribenda eſſe, Plinii autoritate probari poſſe videtur: quippe qui ſapientiſſimã arborũ vocans morum, ad nomen, tanquam per antiphraſin, & ex aduerſo (vt alicubi ipſe loquitur) impoſitum, reſpexiſſe dici fortaſſe queat. Cæterùm quum Dioſcor. lib. 1, cap. 182, ſycomorum nonnullis eandem eſſe ſcribat quæ & ſycaminus dicitur: ſycaminum tamen exponit morum. quæ etiam Galeni ſententia eſt lib. 2 De alimẽtis, cap. de ſycaminis. Atque adeò paulo pòſt ſingulari capite de ſycomoris diſputat, quas inter ficum arborem & morum medias collocat: indéque nomen ipſis arbitratur eſſe poſitum: non autem (vt Dioſcor. ſcribit) διὰ τὸ ἄπιον τῆς γεύσεως, id eſt, propter inefficacem guſtum: quaſi fatuã ficum dixeris. Hæc autem quæ ab autore nouiſſimæ

interpretationis Testamenti noui annotantur hîc de appellatione huius arboris, nimirum ita esse dictam quasi fatuã ficũ: illi per ω scripturæ patrocinãtur. Subiungit verò ista, Eandem ipsam arborem (quam etiam, veluti non admodum frequentem, Galen. in Alexandria se vidisse scribit) dictionibus inuersis Celsus morosycon appellat. Quare quum certò apud Galen. scriptorem tum doctissimum, tum diligentissimum, constet sycaminum diuersam esse à sycomoro, Erasmi sententiam non recipio: vt qui perperam annotasse videatur eandem esse quam συκεμωραναν infrà cap. 19, appellat Lucas. Propius enim vero est, quum diuersis nominibus vtatur Euangelista, diuersas quoque arbores notari: & hac quidem VOCE Συκάμινος morum significari, (quam opinionem vetus etiam interpres sequutus est) συκόμορον verò vel συκομορέαν, eam quæ inter ficum & morum media est, quocunque tandem à Latinis nomine appelletur: quanquam Plinio ficus Ægyptia sit.

Affertur ETIAM Μωρία pro moro arbore, ex Plut. in vita Themist. AT VERO Μώριον dicitur esse tertium mandragoræ genus, & ita vocari quòd μωρὺς reddat eos qui comederint. Hesychius μώριον herbam quandam esse ait qua vtuntur ad philtra.

Quum à nomine Νάρκη traditur deriuatum verbum Ναρκῶ, illud Νάρκη de piscis potius quàm de morbi appellatione intelligendum est: vt ex iis quæ de illo dicam, patebit. Ideóque de νάρκη quo piscis significatur, verba primùm faciam. Quod autem ad etymum attinet, nihil de illo vsquam reperio: si autem diuinationem meam (aliter enim nominare non possum) in medium proferre mihi licet, ex particula νῆ & verbo ὀρκεῖν originem habere dico. Quã tamẽ etymologiã melius ei nomini νάρκη quod morbo tribuitur, quàm ei quod pisci datur, conuenire non immeritò quis dixerit: sed, si nomini piscis prior locus concedatur, illum ab effectu hãc appellationem nactum esse, respõderi poterit.

NÁPKH, ης, ἡ, Torpedo, piscis. Aristot. De hist. anim. lib. 9, cap. 37, non procul ab initio. ἥ τε νάρκη ναρκᾷν ποιοῦσα ὧν ἂν κρατήσειν μέλλῃ ἰχθύων, τῷ ὅπῳ ὃν ἔχει ἐν τῷ σώματι λαμβανόμενα, τρέφεται θυνίς. Quæ Gaza ita vertit, Torpedo pisces quos appetit, afficit ea ipsa quam suo in corpore continet, facultate torpendi: atque ita retardos præ stupore capit, & vescitur. (Illud autem ὅπῳ meritò hîc suspectum fuerit) Paucis interiectis subiungit Aristot. ἡ δὲ νάρκη φανερὸν ὅτι καὶ τοῖς ἀνθρώποις ποιοῦσα ναρκᾶν. His addendum est quod apud Plutarchum legimus in lib. De prud. anim. τῆς δὲ νάρκης ἴσε δή που τὴν δύναμιν, ὑ μόνον τοῖς θηρόναι αὐτῆς ἐκπιγνυσαν, ἀλλὰ καὶ δι' ὅλων βαρυτῆτα νάρκωσιν τοῖς χροῖ τῶν εὐπλαμβανομένων ἐμποιοῦσαν. Cum his porro conuenit quod ab aliis scribitur, hunc piscem torporem illum etiam διὰ μηλίνου & διὰ ξύλων transmittere. Alexand. Aphrod. Probl. lib. 1, ἡ θαλασσία νάρκη διὰ τῆς μηλίνου τὸ σῶμα ναρκοῖ. id est, Torpedo marina torporem per funiculum corpori inducit. (vbi animaduertendum est, adiici θαλασσία) Eustath. λέγεται δὲ (φασὶν) ἡ νάρκη τὸ ζῶον τῷ ἀπ' αὐτῆς δύναμιν καὶ διὰ ξύλων διαπεμπεσθαι, ποιοῦσα ναρκᾶν τοῖς ὀν χροῖν αὐτῷ ἔχοντας. Tale est quod Plinius de hoc pisce scribit l. 32, c. 1, Quin & sine hoc exẽplo per se satis esset ex eodem mari torpedo: etiam procul & è longinquo, vel si hasta virgâve attingatur, quãuis prævalidos lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces alligari pedes. Legimus apud eũdem, lib. 9, cap. 42, Nouit torpedo vim suam, ipsa non torpens: mersique in limo se occultat, piscium qui securi supernatantes obtorpuere, corripiens. Quæ ad verbum propè ex Aristotele transtulit, scribente in eodem vnde & præcedentia protuli loco, καταπαυόμενα δὲ εἰς τὸν ἅμμον καὶ πηλόν· λαμβάνει δὲ τὰ ὀλιγόνοτα ὅσα αὐ νάρκωσιν ὀλιγοφόρμα τῶν ἰχθύων. Cæterùm vt νάρκη θαλασσία dicitur ab Alex. Aphrod. cum adiectione, sic quoque apud Platonem eandem adiectionem habemus, in Menone, καὶ δικαίως μοι παντελῶς (εἰ δεῖ τι καὶ σκῶψαι) ὁμοιότατος εἶ πάντων τῷ πλατείᾳ νάρκῃ τῇ θαλασσίᾳ. καὶ γὰρ αὕτη τὸν ἀεὶ πλησιάζοντα καὶ ἁπτόμενον νάρκᾶν ποιεῖ· καὶ σὺ δικαίως μοι νυνὶ ἐμὲ δοκεῖς τοιοῦτόν τι ποιεῖν, νάρκᾶν.

Dicitur ETIAM Νάρκα, sicut πόλμα, vt tradit Eustath. aliorum tamen testimonio nitens, hunc Menandri locum afferentium, ὑπελήλυθέ τε μου νάρκα τις ὅλον τὸ δέρμα. Sed hoc in versu minimè piscis est nomen: cuius versus testimonium ex Athenæo deprompsisse illum puto. Sed Alexandrum Trallianum hanc eandem terminationem huic nomini dedisse sciendum est. Apud Oppianum autem habemus νάρκα in accusandi casu: De venat. lib 3, Δεξιτερὴν ἶσον χεῖρα φέρειν αἴθωνα λέοντα Νάρκα θολῶ, τῇ παῖτα λύει ἀπὸ γουνάτα θηρῶν. Existimo autem esse talem metaplasmum in hoc accusatiuo νάρκα qualis in quibusdam aliis vocabulis apud poetas spectatur.

Νάρκη est etiã Torpor. Redditur etiam Stupor. Aristophanes Vespis, τί τὸ δ' ὡς σφόδρα νάρκη μου κατὰ τῆς χρόας κατέχει; Piscis νάρκη dicitur & ipse νάρκη inducere, vt in præcedentibus videre est: sunt alioqui & aliæ eius causæ. Νάρκη VEL Νάρκωσις, (inquit Gorr.) Torpor, seu Stupor: est sensus motusque diminutus neruosarũ partium. Symptoma est tactus non exquisiti in partibus sensu præditis, sed debilis, cum motu pariter debili & languido. Galen. initio lib. 2, De sympt. causis, inter deprauati motus symptomata recensuit, quæ naturæ & morbo communia existũt, hoc est, quæ citra naturæ operam fieri non possunt. Est enim stupor ex morbo & facultate mistum symptoma, ita vt morbus quidem vrgeat, sed facultas aliqua ex parte reluctetur. Quo fit vt quibus membrum aliquod stupidum est, ii quicquid tetigerint, obscuro & hebeti sensu percipiant, neque perfectè & sine dolore moueri possint. Si nanque morbus virtutem prorsus superet, nullo modo corpus vel partem eius stupore correptam sustinere poterit: sin virtus vincat, nulla in re laborabit: at si veluti pugna quædam sit, mouebitur quidẽ membrum, sed ægrè. atque si iubeas, vt quum læsum membrum extendunt, ipsum extensum seruent, nequeunt: siquidẽ propter sustinentis virtutis imbecillitatem, naturali pondere deorsum decidit. Vt autem in motu, sic & in sensu media dubiáque affectio est, eo non prorsus extincto, sed admodum obscuro & hebeti. Ex quo patet stuporem ab apoplexia & paralysi differre, in quibus propter causarum magnitudinem sensus motúsque in totum abolentur, quum in stupore aliqua tãtùm ex parte minuantur. Paulo pòst, Sunt autem torporis plures causæ. ac in primis quidem refrigeratio ab intemperie aut frigidis medicamẽtis inducta, durities ac crassities immodica ab alimento multo, crasso, lento, aut frigore violento & adstringente, &c. Aliquãto pòst, Præter eas autem alia causa est, contactus videlicet torpedinis marinæ, quæ non tam earum causarum aliqua quàm occulta quadam & indicibili proprietate stuporem tangentibus inducit: à quo effectu νάρκη pariter à Græcis vt & torpedo à Latinis dicta est. Est autem torpor, interdum totius corporis, hoc est ὁλοκόλων: interdum verò certæ cuiusdam partis, vt qui in ore & dentibus fit: quem peculiari nomine αἰμωδίαν nuncupant.

Νάρκη dictum est à quibusdam Centaurium magnũ, vt habetur apud Dioscor. Quoniam verò Centaurium à quibusdam dicta est Gentiana, quidam ipsam etiam Gentianam νάρκην vocarunt, vt idem scribit. Gorr.

ETIAM Νάρκος habent v. l. quam vocem de torpedine pisce dici, sicut νάρκην, annotant: sed absque vllo testimonio. AT VERO Νάρκιον Hesych. exp. ἀσκόν.

Ναρκάω, ῶ, Torpedine afficior, siue affectus sum, Obtorpesco, aut etiam Torpeo. veluti quum scribit Aristot. ὥσθ' ἡ νάρκης, id est de torpedine, pisce, φανερὸν ὅτι καὶ τοῖς ἀνθρώποις ποιοῦσα ναρκᾶν. Apud Athenæum ναρκᾶν & ἀκινητίζειν copulantur, de eodem pisce, θηρεύει δ' εἰς τοῦτο ἑαυτῆς τὰ ἰχθύδια, ἀποσταθμῶν, καὶ ναρκᾶν καὶ ἀκινητίζειν ποιοῦσα. Sicut autem copulantur hic ναρκᾶν & ἀκινητίζειν, sic ναρκᾶσαι & ἠρεμῆσαι δυσκίνητος, apud Plutarch. obseruaui, in lib. De prud. anim. ναρκῆσαι καὶ ἠρεμῆσαι βαρεῖα καὶ δυσκίνητος. Greg. autem dixit νοῦν ἀνεκλάλητον esse κίνημα ναρκώντων. Alexander Aphrod. dicit quosdam ναρκᾶν τοῖς ὀδόντας, ad stridorem limæ. Aliter autem antea dictum est νάρκην esse etiam peculiariter in certa quadã parte, veluti in ore & dentibus. hoc enim αἰμωδία vocatur. Sciendum est verò apud Hometum Il. θ, v. 328, νάρκησε δὲ χεῖρ (vel χεῖρ', vt apud Athen. scriptum est) ὀφθαλμῷ, breuium scholiorum autorem exponere ἐλύθη.

Ναρκᾶν alium etiam vsum habet apud Synesium, vbi scribit, ὀκνοῦσι δὲ ἐξ ὑθείας τοῦς αὐτὸν ὀκνεῖν, καίτοι τοῦ θυμηδεῖς, ἐναρκήσας. id est, Non sustinui, Repentè desii. vt Bud exponit.

Ναρκάω, ῶ, etiam habetur in v. l. quod redditur Negligo, Torpesco, Obstupefacio, Facio torpere: sed nullum huius ναρκάω exemplum affertur. Adde quòd verisimile est, sicubi reperiatur, non aliud quàm ναρκάω significare.

Νάρκωσις, εως, ἡ, Torpefactio, Torpor, seu Stupor. Galen. φάρμακα μετριώτερα μηδὲ εἰς τὸν ὀφθαλμὸν τῶν παρεγκυπτόντων νάρκωσιν, ἀκινδυνότερα δὲ εἰς τὸ μέλλον. Affertur ETIAM Νάρκημα pro eodem:

COMPOS. Ἀπονάρκαω, ῶ, idem quod ναρκάω, nisi quòd significationem præpositio augere potest. A Budæo redditur Obstupesco, in hoc Basilii loco, σοὶ δὲ οὐκ ἀπονάρκᾶ ἡ χείρ.

Ναρκόω, ῶ, non est Torpeo, siue Torpesco, aut Torpefio: (sicut ναρκάω) sed Torpefacio, Torpore afficio. Alex. Aphrod. ναρκοῶντα τὴν αἰσθητικὴν δύναμιν. Sic apud Gal. idem verbum itidem cum accusat. αἴσθησιν legitur, pro Obstupefacere: vt quidem Bud. vertit in hoc eius loco, οἷον τὸ τοῦ Φίλωνος καρωτικὸν, ὑδενὸς ἥττον ἐδύνας τοῦ θαῦναι τὴν αἴσθησιν. Paulus Ægin. τὸ δὲ ὑδατῶδες ψυχρὸν παχύει καὶ στυφίσιν καὶ ψυχοῦ καὶ νεκροῦ καὶ ναρκοῦ.

HINC Νάρκωσις, εως, ἡ, Torpefactio, Torpefaciendi vis. ITEM Ναρκωτικὸς, Torpefaciendi vim habens, seu torporem inducendi, aut obstupefaciendi. vnde ναρκωτικὰ φάρμακα, quæ Gorr. vertit Stupefacientia medicamenta: addens, esse medicamenta frigida, doloris sensum adimentia. Quum enim (inquit) plures sint stuporis causæ, quas antè exposuimus, attamen medici in medicamentorum vsu ad mouendum stuporem sola frigida vsurpant, quæ calorem natiuum spiritúmque (quibus duobus omnia vitæ munia peraguntur) vel extinguendo vel repellendo, partem cui fuerint admota, sensu priuant. Nam sine spiritu animali nihil omnino sentire potest. Id autem non omnia frigida præstare possunt, sed ea modò quæ quarto excessu eiusmodi sunt, vel vt minimùm tertii refrigerantiũ ordinis medium superant, vt mandragoræ radix, alterci semen, & papaueris succus. Itaque quàm sit periculosus eorum vsus, nemo non intelligit, vt quæ partem cui admouentur, nisi diligenter medicus prouideat, mortificent. Aliquanto pòst, Hac nimirum persuasione Galenus, tametsi omnium maximè (vt scribit) ab vsu grauiter sopientium abhorrens, aliquando tamen ea & colicis exhibuit, (sunt autem hæc omniũ valentissima, vimque stupefactoriam prædominantem habent, quum in aliis aromata & odorata atque vrinam cientia semina plurima contineantur) & iis qui vel oculorum vel aurium vel aliarum partium vehementissimo dolore cruciabantur, quúmque æger ex tenui destillatione, vigiliis & vehementi tussi vrgeretur, facilè noxam eorum, siquis semel esset vsus, spatio emendatum iri ratus. Plura apud eùm videda tibi relinquo.

Ναρκώδης, εος, ὁ & ἡ, Cui torpor seu stupor inest, Torpidus seu stupidus. vt ναρκώδης ὀδύνη.

COMPOS. Ἀπονάρκω, itidem vt simplex ναρκόω, est Torpefacio, siue Obtorpefacio, Torporem induco, Torpidum reddo. Exponitur etiam Stuporem induco. Passiua vox est Ἀπονάρκομαι, ῶμαι, Obtorpefio. vnde participium Ἀπονεναρκωμένος, in hoc loco Platonis De republ. lib. 6, ὥσπερ τὰ ἤδη τοῦς μαθήσεις αὖ δυσκίνητοι ἔχει καὶ δυσμαθῆς, ὡς ἀπονεναρκωμένα. VNDE Ἀπονάρκωσις, εως, ἡ, Obtorpefactio. Exponitur & Obstupefactio. Affertur etiam ex Aristotele in Probl. pro significatione stuporis. διὸ (inquit) αἱ ἀποπληξίαι καὶ αἱ ἀπονάρκωσις τέλεια μετὰ τοῦ πόνου γίνονται.

¶ Νάρκισσος, ου, ὁ vel ἡ, (à verbo ναρκᾶν, seu à nomine νάρκη, si Eustath. credimus) Flos qui ab aliis dicitur λείριον, vt annot. v. l. ex Theophr. Hist. plant. lib. 6. Legimus autẽ & apud Dioscor. lib. 4, cap. 161, νάρκισσος ἔνιοι καὶ πόπι, ὥσπερ τὸ κρίνον, λείριον ἐκάλεσαν. Eius descriptionem partim ex eodem Dioscoride, partim ex aliis istam Gorr. affert: Planta est cui folia porro similia, tenuia, multo minora & angustiora, caulis vacuus & sine foliis, supra dodrantem attollitur. Flos albus, intus croceus, in quibusdam purpureus. Radix intus alba, rotunda, bulbosa. semen, velut in tunica, nigrũ, longum. Fœminino genere apud Theocritum, idyllio 1, Νῶῖ ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι, Ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκεύθοισι καμάσσαι. Vbi schol. annotat hîc quidem fœminini generis esse nomen νάρκισσος, apud Aristoph. autem masculini. Sic certè & apud Dioscor. masc. generis est. Νάρκισσος est Ἐριννύσι στεφάνωμα, inquit Eustath. νάρκισσος enim ex verbo ναρκᾶν παρηνχῆται, itidémque Erinnyes malefi cis sunt τῶ ναρκᾶν παραίποι. Hoc autem quod dicit esse Ἐριννύσι στεφάνωμα, ex Sophocle sumit, in Œdipo Coloneo, pag. 294, meæ editionis. illi enim μεγάλαι θεαὶ sunt Erinnyes. Vide & ipsum scholiastem: qui & quendam Euphorionis locum affert vbi masculini itidem generis est: sicut & in illo ipso Sophoclis loco. Commodior ex verbo νάρκη videtur esse deductio, (manente alioqui eadem deductionis causa) quam & ipse Eustath alibi affert, vt opinor.

HINC Ναρκίσσινος, ῃ, ὁ & ἡ, adiect. vt ναρκίσσινον ἔλαιον, Narcissinum oleum, ex narcissi flore. ex Dioscor. HINC ET Ναρκισσίτης lapis, cuius meminit Dionysius in poemate De situ orbis, pag. 143, editionis paternæ, — αἱ μὲν ἔσω αὐτοῖς Πέτρας, αἱ φύσιν ἀφεγγία νάρκισσίτιν. vbi Eustath. πέτρας Μηδικὰ (inquit) τὸν ναρκισσίτην φύσει λίθον, ὃν καὶ ἀφεγγία καλεῖ, ὡς νάρκισσῳ τῷ φυτῷ ἐοικότα τὴν χρόαν, & διαυγάζοντα. Plinius de gemmis variis loquens, lib. 37, cap. 11, Narcissiten venis ederæ distinctam esse ait.

Νάρκισσος est etiam pueri nomen mutati in florem qui narcissus itidem appellatur. Is quum esset formosissimus, vultus sui imagine in fonte conspecta, sui ipsius amore captus est, eóque tandem contabuit: Iámque rogum (canit Naso Metam. 3) quassáque faces feretrúmque parabãt: Nusquam corpus erat: croceum pro corpore florem Inueniunt. medium foliis cingentibus albis. Seruius in hunc locũ Eclogæ 2, Maronis, — tibi candida Nais Pallentes violas & summa papauera carpens, Narcissum & florem iungit bene olentis anethi: Sanè Papauer (inquit) Narcissus, Anethus, pulcherrimi pueri fuerunt: qui in flores suorum nominũ versi sunt. quos ei offerendo, quasi admonet ne quid

etiam tale ex amore vnquam patiatur. Lucillius equidem hoc quod de pulchro Narcisso narratur, in quendã deformem non sine lepidissimo ioco detorsit: Anthol.epigr.lib.2, Ὑδρηλὸς ἔχων βοῦπιν Ὀλυμπικὲ, μή τ' ἔπι κρίνῃ Ἔλθῃς, μήτ' ἐνόρη πρὸς πρόσωπον ὑδωρ. Καὶ σὺ γὰρ, ὡς Ναρκισσος, ἰδὼν τὸ πρόσωπον ὀναρὲς, Τεθνήξῃ, μισῶν σαυτὸν ἕως θανάτου. Repono autem ὀνόρη pro ἐν ὄρει. vt ὄρη apud Theocr. legimus pro ὄρεσι.

Quod autem ad etymum attinet nominis νάρκισσος, quod de flore dicitur, (hoc enim omiseram) legimus & apud Plut. Sympos. lib. 3. probl. 1, καὶ τὸν νάρκισσον [ὠνόμασαν οἱ παλαιοὶ] ὡς ἀμβλυώσσοντα τὰ νῶτα, καὶ βαρύπνους ἐμποιοῦντα ναρκώδεις. Quibus subiungit, Sophoclem ideò ipsum appellasse ἀρχαῖον μεγάλων θεῶν σεφάωμα, id est ὄμμ' χθονίων. Vbi obseruandũ etiam est illum non μεγάλων θεῶν, sed μεγάλων θεῶν legisse.

Νήπιος, vnum est ex eorum numero quæ prætermissa fuerunt: quòd vbi ponenda essent, dubium foret. Nam si verum est ex particula νη & verbo εἰπεῖν seu ἔπος esse factum, in verbo ἔπω, aut certè post ἔπος, quod ex illo ἔπω originem habet, collocandum fuerat: sin ex ἤπιος, inter illa quæ ab hoc deriuata sunt, poni debuerat. Denique & post βίος, tanquam inde deductum, locum obtinere potuisset: si νήπιος quasi νηΐος dictum esse credibile foret. Potuissent denique illi & alii loci assignari, prout aliquam ex aliis etymologiis quæ afferuntur, sequi placuisset. Sed in iis quas addit Etymologus, multo etiam magis semetipsum νήπιον ostendit. Quid Eustathius? Dubitare se dicit num νηπύπος ex νήπιος per syncopen factum fuerit. Ego ex omnibus etymis illud potissimùm probo cui primum locum dedi: quod sequendo, planè conueniet νήπιος cum Latino vocabulo Infans, & significatione & etymo.

ΝΉΠΙΟΣ, ου, ὁ, Infans, vti dixi. si enim sequamur illud etymum cui primum locum tribui, nõ solùm significatione, sed etymo quoque hoc Latinum Infans cum Græco illo νήπιος conuenire dicemus. Verùm etiamsi alia potius etymologia nobis placeat, hoc tamẽ constat, νήπιος interdũ hanc significationẽ habere. Quam comprobant & qui apud Hom. Iliad. β, νήπια τέκνα (dictum alioqui ὥσθ' ἡ ἐρεθοῦ τεοσῶν) exp. τὰ ἐν βρεφικῇ ἡλικίᾳ ὄντα. licet βρεφικὴ ἡλικία valde ἀώρως brutis tribui videatur. Apud eundem poetam legimus νήπιος υἱὸς & νήπιος παῖς, itidem de infante, vel certè puerulo. Sic verò & in soluta oratione vsurpatur. Plut. De Alex. fort. ὃν ὀ δὲν νηπίου διαφέροντα, μόνον δὲ σαρκωσὰς πορφύρα Μελέαγρος. Et quemadmodum παῖς νήπιος apud Homerum, sic παῖς νήπιος apud solutæ orationis scriptores inuenitur: necnon παῖς κομιδῆ νήπιος. Apud Lucianum verò legimus etiam τὰ νήπια παντελῶς βρέφη, τὰ πεμπτάζα ἐκ γυρεῖς. (Ex quo habebis & νήπιος sine adiectione positum, in voce Νηπόπης) Sed illud quoque sciendum est, dici interdum τὰ νήπια, neutro genere, non addito substantiuo illo βρέφη, vel quoquam alio. Plut. Sympos. lib. 3. διὸ τὰ μὴν νήπια παντάπασιν αἱ πίτυαι δεικνῦσαι πρὸς τὴν σελήνην φυλάττουσαι. Sic autẽ & sing. τὸ νήπιον pro Infante seu ipsa infantia ex Greg. affertur. Quinetiã dicitur ab Aristotele ἐκ νηπίου (sicut ἐκ βρέφους & ἐκ παιδὸς) pro Ab infante, Ab infantia, Ab incunabulis. Affertur & ἀπὸ νηπίου, sed absque exemplo.

Dicitur autem & de brutis hoc vocabulum. nam vt habuisti ex Homero νήπια τέκνα de passerculis vel potius de pullis passerum dictum, sic apud Plut. in lib. De sera num. vindicta legimus, ἄρκτων μὴν γὰρ ἔτι νήπια καὶ λύκων τέκνα καὶ πιθήκων ἀθυῶς ἐμφαίνει τὸ συγγενὲς ἦθος. Affertur porro ex Theophr. Histor. l. 8, hoc vocabulũ, de plantis dictum quæ adhuc paruulæ & teneræ sunt: nominatimque de frumentis. Vide Νηπίη.

Νήπιος interdum non ad ætatem refertur, vt in præcedentibus locis, sed ad animum, vt ita dicam. Vsurpatur enim de eo qui est animo infantis præditus seu mente infantis, (accipiendo hoc nomen latius) id est, qui non plus sapit quàm infans. Vnde redditur Imprudens, necnon Stultus, Amens. Hom. Iliad. ρ, — ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγω. quod dictum prouerbiale est. Apud eundem Od. ι, & ν, Νήπιοι εἷς ὧ ξεῖν', ἢ πολύοιδ' εἰλήλουθας.

Est certè in hac significatione frequentissimum apud hunc poetam: qui etiam sæpe ipsum adhibet ἀναφωνήματα seu ὀνοματοποιήματα, exclamationi aduersus eum qui recto consilio vsus non fuerit, seu recto consilio parẽre noluerit, ac recta monentibus dicto audiens esse, aut qui non intellexerit quid facto opus fuerit: atque ita rebus suis malè consuluerit. Alicubi etiam πεσαφωνήματα potius quàm ἀναφωνήματα seruit. Alicubi irridentis est quodammodo, alicubi contrà est commiserantis. Solétque ipsius sententiæ principio adhiberi. Exempla autem lectio ipsius Homeri tibi subministrabit: quorum alioqui magnum afferre numerum possem. Hoc tantùm addo, eum alicubi adiucere hæc verba, ὀὶ ἔρεω, ad illud vocabulum. Interdum etiam dicitur aliquid esse νήπιον pro Stultum. vt μηδὲν ἔπης νήπιον, Aristoph. Nub. Affertur verò & νήπιον ἦθος, ex Hermog. item νήπια εἰδὼς, ex Apoll. Rhodio.

FOEMIN. Νηπίη interdum quidem dicitur de muliere stulta, vt νήπιος de homine stulto. veluti Iliad. χ, Νηπίη, ὀὺ' ἐνόησεν &c. Interdum cum substantiui adiectione inuenitur: vt βίη νηπίη, Il. λ, οἱ δέ τε παῖδες Τύδηοι ῥοπάλοισι, βίη δέ τ' (vel ὀὺ' ἔπ, aut δέ τ') νηπίη αὐτῆς. vbi βίη νηπίη vocat vires infirmas seu perexiguas, vtpote infantum seu puerulorum. Suprà autem νήπιον de teneris plantis vsurpari dictum fuit.

C. Νηποκτόνος, ου, ὁ & ἡ, (vt βρεφοκτόνος) Infanticida, Infantum interfector. Sapient. 12, νηποκτόνου δεσπάσματος.

C. Νηπιόφρων, Qui est animo seu mente infantis præditus, Qui puerili est mente, Qui non plus sapit quàm infans, seu puerulus. SICET Νηποφροσύνη, Stultitia, Imprudentia, qualis est infantis: vide infrà in nomine Νηπιάα.

Νηπιέη, ης, ἡ, Infantia. Interdum verò Stultitia, qualis est Infantis, quæ & νηπότης. Hom. Iliad. ι, v. 486, Πολλάκι μοι κατέδευσας ὀδὸν ἠθεῶν χιτῶνα, Οἶνον ἀποβλύζων, ὀὺ νηπιέῃ ἀλεγεινῇ. vbi νηπιέη vel τὴν παιδικὴν ἡλικίαν vel τὴν ἀσαφῆ posse significare existimat Eustath. κατ' ἔλλειψιν: subiungens paulo pòst, illud ἀλεγεινῇ indicare τὴν δυςχρειαντῆς παιδικῆς ἀναγροφῆς. Aitque ex νήπιος factum esse νηπίειος possessiuum, cuius fœmininum νηπιέη: deinde ablato ι, νηπιέη. Alicubi autem cum νηπιέη subaudit substantiuum φρὴν, vbi videlicet stultitiam significat. Inuenitur & datiuus PLVRAL. Νηπιέῃσι apud eundem poetam, Iliad. υ, Δὴ τότε νηπιέῃσι πεδὸν ἀρετὴν ἀναφαίνων. In v.l.

In v.l. legitur ETIAM Νηπίεος, quod exp. Stolidus, absque vllo testimonio. Inuenitur porro & νηπάας accus. pluralis à nom. SING. Νηπάα: apud eundẽ poetam, Odyssea α, — ὀὺδέ π (nisi potius legendum ὀὺ δ' ἐπ) οὐ χρὴ Νηπάας ὀχέειν. Vbi Eustath. νηπάας ὀχέειν exp. νηποφροσύνας φέρειν. Idem in illum Iliad. ι locum quem paulo antè protuli, scribit non idem esse νηπέη & νηπάα: nã νηπάα quidem significare ἀφροσύνη, at νηπέη, τὴν βρέφους ἡλικίαν. Sed perperam hoc annotat, quum νηπέη quoque apud Homerum aliquot locis ἀφροσύνη significare constet, atque adeo ipsemet alibi id fatea tur. HESYCH. Νήπιοι (si modò ita scripsit) accipit pro νήπτοι. Nam exp. per hoc ipsum νήπτοι: additq; ἀνόητοι, & μάταιοι, & νεογνοί. AT VERO Νηπίον, quod idem exp. ἀπημώσσον, & ἀνεκδίκητον, necnon ἀνέκπτον, minimè huc pertinet, ac mendi suspicione non caret. In vulg. l. habetur νηπίος: traditúrque significare idem quod νήπτινος. Apud Apoll. autẽ Argon. lib. 2, legimus quoddam πεδίον Νηπίον Ἀδρηστείης, de quo consule scholiastem.

Νηπότης, ητος, ἡ, Infantia. Item stultitia. Luc. autem addidit genitiuum φρενῶν in hac posteriori significatione: (sicut ἐνὶ φρεσὶ νήπιον alicubi ab Homero dici tradidi) ita scribens, συχνὰ μὲν ὀὺ ἐρικτὸν ἡμῖν ἀνέφηνε φαίνεται, δι' ἀπειρέων· συχνὰ δὲ καὶ δι' νηπότητα φρενῶν. Quibus subiungit, παῦνα γὰρ νήπιος ἔοικεν εἶναι πᾶς ἄνθρωπος, καὶ ὁ παῦν γέρων· ἐπεὶ τοι μικρὸς παῦν καὶ νεόγιλος ὁ τῶ βίου χρόνος πρὸς τὸν παντὰ αἰῶνα.

Νηπάζω, vel pass. Νηπάζομαι, Pueriliter me gero, Stultè me gero, siue Stultè ago. Hippocr. in epist. ἐγὼ ἕνα γελᾶν τὸν ἄνθρωπον, ἀνόητα μὲν γέροντα, κενὸν δὲ πρεσβυτέρων ὀρθῶν, πάσσιν ὅσοι βουλῶν νηπάζοντα. Leguntur præterea inter sententias ὀὺ σοφῶν ista, διαφέρει δὲ τὸ νηπίου καὶ ἡλικίαν ὀὺδὲν ὁ ὢν ταῖς φρεσὶ νηπάζων. Hesych. νηπάζεται exponit μωραίνεται.

Duo etiam sunt verba composita, ex νήπιος orta, & quidẽ illi vicinora, quod ad significatũ. Horum est VNVM Ἐκνηπέομαι, ὦμαι, apud Philostratum: ALTERVM, Ἀνανηπέομαι, ὦμαι, VEL Ἀναγνηπιόομαι. (At simplex VERB. Νηπιόομαι vide cum Νηπάζω & Νηπιαχεύω) Est autem Ἐκνηπῶμαι, Infans reddor, Ad infantiam redigor: Ἀναγνηπῶμαι autem, Rursum infans reddor, seu puerulus, Repuerasco. Atque adeò Gaza vertit ἀναγνηπῶσθαι quod Cicero dixerat Repuerascere.

NOMEN Νηπίαχος idem significat quod νήπιος in prima significatione, sed poetis peculiare est. vt Iliad. ζ, legimus παῖδα νηπίαχον, & eiusdem poematis libro β, παρὰ νηπιάχοις. Apud Phocyl. νηπιάχοις ἀπαλοῖς. Dicitúrque ὀὐ νηπιάχου in Epigr. ea significatione qua ὀὐ νηπίου supra. Sed perperam (meo quidem iudicio) imaginatur Eustath. verbum ἰάχω sub hoc vocabulo νηπίαχος latere: quum dicere ex νήπιος esse factum, & habere adiectionem quandam παραγωγικὴν, rationi consentaneũ esse videatur. Hinc VERB. Νηπιάχειν, quod schol. exp. νηπιάζειν, in isto Apollonii versu, Arg. l. 4, Χωσαμένη Ἀχιλῆος ἀγαυοῦ νηπιάχοντος Ex isto autẽ Νηπιάχειν est VERBVM Νηπιαχεύειν, cuius participio vtitur Homerus: quod Hesych. exponit, τὰ πρὸς νηπίοις ἁρμόζοντα παιδίοις, item παιδαγωγούμενος & νηπιευόμενος. Non dubium est autem quin sumptum sit istud participium ex hoc versu 503, Iliad. χ, Αὐτὰρ ὀὺδ' ὕπνος ἔλοι, παυσαμένη τε νηπιαχεύων, Εὕδεσκ' ὀὐ λέκτροισιν, ἐν ἀγκαλίδεσσι πιθήνης. Vbi Eustath. significationem huius participii nõ docet, sed confirmat tantùm quod dixi de deductione à verbo altero νηπιάχω. scribit enim νηπιαχων esse πρόσωπον huius νηπιαχεύων. Breuium schol. autor. exp. νήπια φρονῶν, & νηπιευόμενος. Ego dixerim potius νηπιαχεύων esse Pueriliter lusitans, seu lasciuiens. Sub hoc autem verbo poterit comprehendi risus ille quo pueruli suis velut adblãdiuntur, simul etiam quasdam velut exultationis voces edendo. Vulgaris ad verbum interpretatio habet Vagiens: perperam, mea quidem sententia.

AT VERO Νηπύπος habet eam potius nominis νήπιος significationem qua ponitur pro stulto, seu fatuo. vnde factum est vt quidam ex particula priuatiua νη & nomine πιυπὸς factum existimauerint, aut etiam ex ipso verbo πιπύσκω. Quæ posterior deriuatio minus commoda est, quod ad formationem attinet: quum alioqui perinde fit ab vtro deducatur. Hom. Iliad. φ, Νηπύπ', ὡς αὔριον κρανέῃ ἔχες. Eiusdem poematis libro υ, duobus in locis, Πηλείδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσι γε, νηπύπιον ὦς, Ἕλπεο δειδίξεσθαι. Eodem libro legimus ἐπέεσσι νηπυπίοισι. Apud Aristoph. νηπύπιος & πείθων opponuntur, in hoc τεφελῶν loco, — νηπύπιος ἐρρέτ' ἐπ, Καὶ μὴ θρῦ κρεμαβρῶν οὐ πείθων τῷ ἐνθάδε. Vbi schol. ait esse pro νήπιος: addens, Socratem ἐπικπτίειν hoc nomen, ἵνα καταπλήξῃ τὸν νεώτερον καὶ εἰσελθόντα. Quod autem dicit hic enarrator illum ἐπικπτίειν, id est χρῆσθαι ἐπικπάσῃ, (ita enim hic exponendum puto) videtur facere vt idem de νηπύπιος dici possit ex eius sententia, quod de νηπίαχος dixi: nimirum esse ex νήπιος, & habere adiectionem παραγωγικὴν. nisi quis aptiore quopiã nomine hanc adiectionem appellare possit.

Nomen νῆστις, de quo nunc agendum est, minus quàm præcedens controuersam habet etymologiam. Afferuntur enim duæ duntaxat (quod sciam) & quidem inter se consentientes: nimirum ex particula νη priuatiua (vt in νήπιος, sequendo eius etymum quod primum omnium allatum fuit) & verbo σπεῖσθαι, seu nomine σπά: vt νῆστις appellatum sit quasi νήσπης. Sed controuersum hoc non immeritò fortasse fuerit, an prima & propria significatione de homine, an de intestino, quod Latini ieiunum itidẽ appellãt, dictum fuerit.

ΝΗ̃ΣΤΙΣ, εως, ὁ & ἡ, Ieiunus, Qui est ieiuno ventre, Qui cibum non cepit. Hom. Iliad. τ, Μηδ' ἄτος ἀχαθὸς πρὸ ἑοῦ, θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ, Νῆστας ὄτρυνε πρὸς Ἴλιον υἷας Ἀχαιῶν Τρωσὶ μαχησόμεθα. Legitur & νῆστιες, Odyss. σ, ἵνα πειρησόμεθα ἔργου Νῆστες ἀπὸ μάλα κέφαος. Affertur & νῆς βοεῆς, sed absque autoris nomine.

Νῆστις, Ieiunum intestinum. Est intestinum ordine à ventriculo secundum, illic incipiens vbi primum, quod ἔκφυσις appellatur, in anfractus gyrósque conuolui cœperit. Sic dictum est quòd semper inane sit, & ne minimum quidem cibi in se contineat. Hæc Gorr. In v.l. annotatur, esse intestinum pyloro annexum, ieiunum dictum quoniam minus implicitum, nunquam quod accipit continet, sed ad inferiora protinus transmittit: & à Latinis hilam siue hiram appellari.

Νῆστις, Piscis ex eorum genere qui κεφῆς appellantur. Vide Athen. item verbale Νηστεία.

Νῆστις, dea quædam apud Siculos, teste Eustathio.

TRISYLL. Ἄνηστις, idem quod νῆστις, abundante α, vt in ἀσαφής. Cuius significationis exemplum Athen. ex Cratino affert. Sed exponitur etiam ὁ γεγευμένος, vt opponatur τῷ νῆστις, id est, ei qui ieiunus est: vt sit α priuatiuũ. Apud Hesych. perperam scriptum est Ἀνῆστις.

Νήστιμος, ου, ὁ & ἡ, adiect. vt νήστιμος ἡμέρα, Synes. Dies qua quis ieiunus manet, Dies ieiunii.

Νηστεύω, Ieiunus maneo, Ieiuno, Cibum non capio. Plut. Sympos. lib. 1, νηστεύσαντας, ἀφ' ὑπέρου ἐσθίειν ἢ πεσφαγόντας.

Empedocl. apud Plut. metaphoricè vsus est cum genitiuo, νηστεύσαι κακότητος. HINC Νηστεία, Ieiunium. Exponitur etiam Ieiunitas, ex Cicerone, in v.l. Additúrque ex Aristot. probl. sect. 12, quæst. 7, νηστείας ὄζειν pro Ieiunam graueolentiam olere. Sed Martialem inter ea quæ pessimè olere solent, enumerasse ieiunia sabbatariorum, id est Iudæorum die septimo ab omni opere feriantium. quasi quæ ieiunent cæteræ nationes, gra- A uem animam non exhalent. Idémque alibi ab eo per os leonis intelligi. quoniam, vt inquit Plinius, animæ leonis virus graue. Comicus quidam apud Athen. lib. 4, Κεφαλὴς αὖ εἶλω ἕνεκα νηστείας ἄκρας. Apud eundem, νηστείαν ἄγλν legitur, non vno in loco. Apud Plut. νηστείαν φέρειν: vbi de senibus dicit, ῥᾶστα νηστείαν φέρουσι. Apud eũdem extat plur. νηστεῖαι, in lib. De defectu orac. ὠμοφαγίαι καὶ ὀβελισμοὶ, νηστεῖαί τε καὶ κοπετοί.

Νόθος vbinam ponendum esset, difficile erat statuere: quum etymum quod Suidas & Eustathius afferunt, valde diuersum sit ab eo quod Etymologus affert. Volunt enim illi duo grammatici quos priores nominaui, νόθος esse factum ex particula νῦ habente vim priuandi, & nomine θεῖος. Nam Suidas tradit νόθον dici ex particula νῦ priuatiua, tanquam ἐστερημένον τοῦ θείου, quòd nimirum τὸ γνήσιον sit quiddam θεῖον. Itidémque Eustath. ex aliorum sententia, scribit nomen νόθος esse παρὰ τὸ νῦ στέρησιν & τὸ θεῖον. vt ita dicatur quasi τῆς θειοτέρου ἐστερημένος, id est τῆς ἐξ ἐννόμου γάμου γνησίας. At verò Etymol. ab ὀνῶ, quod est μέμφομαι & βλάπτω, fieri ait ὄνοπος, & abiiciendo ο, vertendóq; η in θ, dici νόθος.

NO'ΘOΣ, η, ο, (& alicubi ἡ) Nothus, Spurius, B Non legitimus. Fab. lib. 3, cap. 6, Νόθον, qui non sit legitimus, Græci vocant: Latinum rei nomen (vt Cato quoque in oratione quadam testatus est) nõ habem⁹: ideóque vtimur peregrino. Frequẽs est apud Hom. hoc vocabulum, addito nomine υἱός. vt Il. ν, Ἤτοι ὁ μὲν νόθος υἱὸς Οἰλῆος θείοιο. Itidémque Iliad. β, Ἀλλὰ Μέδων κόσμησεν, Οἰλῆος νόθος υἱός. Sic Iliad. ω, Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλῆος Πριάμοιο. Item lib. ο, eiusdem poematis, Ἀλλ' ὑὸν Πριάμοιο νόθον βάλε Δημοκόωντα. Annotat autem in hunc locum autor breuium schol. νόθον esse C τὸν οὐ γνήσιον, ἀλλ' ἐκ παλλακίδος ὄντα. Itidémque in illum locum Iliad. β, qui modò allatus fuit, annotat, νόθον esse τὸν μὴ ἐκ νομίμης γυναικὸς γεγενημένα, ἀλλ' ἐκ παλλακίδος. Alicubi tamen & νόθος dicit, sine adiectione nominis υἱός. sicut Iliad. θ, legimus, Καί σε νόθον περ ἐόντα, κομίσσατο ᾧ ἐνὶ οἴκῳ. Huic voci νόθος opponitur γνήσιος. vt legimus apud Plut. in Artox. πολλοὺς γνησίων, & πολλοὺς δὲ νόθους. Sic in ista lege quæ Athenis fuisse fertur, γνησίας μὲν οὔσης συγγενοῦς, νόθου δὲ υἱοῦ, μὴ κληρονομεῖν τὸν νόθον τὰ πατρῷα. Vide schol. Aristoph. in Vesp. Sic apud Isocr. in Nicocle, D εἰ μὲν ὠμότερον δεῖν τοῖς μὲν ἐκ πατρικοτέρας ποιήσασθαι πολλοὺς παῖδας, τοῖς δ' ἐκ σεμνοτέρας· οὐδὲ τοῖς μὲν, νόθους αὐτοῖς, τοὺς δὲ, γνησίους καταλιπεῖν, ἀλλὰ πάντας ἴσον τῷ αὐτῷ φύσιν. Vbi accus. φύσιν significans naturam, in memoriam mihi reuocat appellationem Gallicam quam quidam filio γνησίῳ, alii contrà νόθῳ tribuunt: quum dicunt, *Fils naturel.* Sciendum est porro dici interdum cum adiectione, νόθος πρὸς πατρός, vel νόθος πρὸς μητρός: quod posterius legitur apud Plut. in principio vitæ Themistoclis: quod quidam interpr. Matre non legitima natus: quidam, Ma E terno genere nothus.

Νόθος metaph. etiam vsurpatur. Νόθον Græci appellant (inquit B. Annot. pr. in Pand.) quicquid non legitimum esse volunt, nec verum. vt νόθον Atticismum dicunt non verum schema Atticum, sed adulterinum spuriúmque: contrà, γνήσιον Atticismum dicunt, veram, germanam, legitimámque Atticorum elegantiam significantes. Idem, Spuria cogitatio, (inquit) νόθος λογισμὸς dicitur. Philop. in 1 Post. anal. διόπερ καὶ ἡ ὕλη τοῦ ἑαυτῆς λόγῳ ἄγωνος, ὡς ἀνείδεος, νόθῳ δὴ λογισμῷ λυπεῖ, ὡς F ὁ Πλάτων φησί. In marg. autem habetur alia interpretatio, videlicet Notha ratiocinatio. Scribit etiam Themistius, Πλατωνικὸν αὖ εἶη πρὸς τῆς ὕλης ὅτι νόθῳ λογισμῷ λυπεῖ. νόθος γὰρ ἀκριβῶς ἐνέργεια καὶ τοῦ νοῦ καὶ τῆς αἰσθήσεως, ἡ μὴ κατ' ἐπίρροιαν εἴδους. Vbi obiter obserua etiam νόθος genere fœminino vsurpatũ. Dicitur porro νόθος metaphoricè & de aliis plerisque rebus. vt versus νόθοι, qui & νοθευόμενοι: item liber νόθος, vt videbis in verbo Νοθεύειν. Ex Aristide affertur cum genitiuo, νόθοι τῆς ἀρχῆς.

Νόθος à Suida exponitur etiam ξένος. Idem scribit νόθα dici metaphoricè καὶ τὰ ἁπλῶς ξένα.

FOEMIN. Νόθη, Spuria. Sed ex Epigr. afferunt B v.l. νόθην σάρκα ὀγρέου, alienam carnem ostrei: cui videlicet non affueuerat mus.

C. Νοθογλοιὸς, η, ό & ή, Qui genitus est nothus, seu spurius, Qui ita genitus est vt sit nothus. Vide Hesych.

C. Νοθοκαλοσυνὴ, Notha pulchritudo & adulterina, non natiua. Epigr. lib. 2, Τίω νοθοκαλοσυνὴν φύκεϊ χειροφίλω.

Νόθος, Illegitimè. Spuriè, Adulterinè. aut etiam Fictè. Hesych. exponit ψευδῶς.

Νοθεία sic fit à νόθος, vt apud nos à nomine *Bastard* quod nothum significat, fit *Bastardise*: veluti si à Spurius diceretur Spuritas. Sic apud Plut. initio vitæ Themistoclis, ἐνέχεσθαι νοθείᾳ, vbi scribit, de Hercule loquẽs, ἐπὶ κακίᾳ τοῦ κατὰ τὸν γνήσιον ἐν θεοῖς, ἀλλ' ἐνείχετο νοθείᾳ, δηλονότι τῷ μητέρα θνητὴν ὅσαν. quod nihil aliud est quàm νόθος τῷ πρὸς μητρὸς, vt paulo antè de ipso Themistocle loquutus erat. AT VERO Νόθα SIVE Νοθεῖα, gen. n. plur. num. Ad nothos pertinentia bona, Pars bonorum paternorum quæ lege Athenienſium nothis dari poterat: nimirum vsque ad mille drachmas, vt Harpocr. tradit: qui etiam νοθεῖα χρήματα ex Aristoph. affert. At verò Pollux verba eadem ex eodem afferens, habet νοθία, sed librarii errore, vt verisimile est. Harpocr. habet νοθεῖα. Suidas verò in eo apertè labitur quòd νοθεία fœm. gen. sing. num. cum isto νοθεῖα plur. num. gen. n. confundit. Postquam enim dixit vocem νοθεία significare ἡ λαθραία γένεσις, & ἡ πορνεία, subiungit, καὶ τὰ τῆς νόθοις ἐκ τοῦ πατρῴου διδόμενα, οὕτω καλεῖται.

Νοθεύω, (q. d. Nothum reddo, seu spurium) Adulterinum reddo, Adultero, Corrumpo, Vitio. Synes. epist. 143, εἰ δέ σε, εἴπερ αὐτῇ τῇ φιλοσοφίᾳ γνησίως προσελήλυθας, ἀφίσασθαι κενοδοξίας τῆς πρὸς τοὺς ὁπωσοῦν φοιτῶντας τῇ μετὰ ποιήσει τὸ ὑπερφέρον αὐτῆς. verbum hoc νοθεύω redditur etiam Alieno, seu Abalieno, & Decipio, & Adulor. Quæ interpretationes sumptæ sunt ex istis Hesychii expositionibus, ἀπαλλοτριοῖ, ἀπατῶ, κολακεύω. Suidas quoq; duas illas priores habet. Vnde VERBALE Νόθευσις, Adulteratio. &c. sequendo significationes verbo datas. νόθευσις τῆς θείων γραφῶν, Suid. in νοθεύειν.

Νοθεύομαι, non solùm est Adulteror, Corrumpor: (VNDE Νενοθευμένος apud Basil. Adulteratus) sed etiam Pro adulterino habeor, seu pro notho, aut spurio, vel supposititio. veluti quum dicitur alicuius scriptoris liber νοθεύεσθαι. Sic in vita Thucyd. λέγεται δέ τινες τὸν ὀγδόον ἱστορίαν νοθεύεσθαι, καὶ μὴ εἶναι Θουκυδίδου. Et in isto loco, Σοφοκλέους φέρεται δράματα ρλ', τούτων δὲ νοθεύεται ξ'. Et Anthol. epigr. lib. 1, legimus quoddam epigramma cum hoc titulo, εἰς τὸν Φαίδωνα, δηλονότι Πλάτωνος, νοθευόμενον ὑπὸ Παναίτιου. In ipso autem epigrammate hæc verba ipsi dialogo affinguntur, Ἀλλὰ νόθον μ' ἐτέλεσεν Παναίτιος. Sic & versus νόθοι dicuntur qui non sunt eius cui vulgò tribui solent. Hinc COMP. Ἀνόθευτος, quod vide in Indice.

Νῦν aduerbium temporis, non eo consilio prætermissum fuit in alphabetica serie, quò alia plerique eorum vocabulorum quæ hactenus adiecta fuerunt, (neq; enim huius monosyllabæ particulæ deriuationem quæri debere arbitratus sum) sed quòd de voce νῦξ quæ hanc sequitur, parata quædam haberem quæ operis meis traderem: νῦν autem in Indicem reiici posse existimarem. Sed animaduerti tandem multo plura de hac vocula dicenda esse quàm putassem, eáque aptiorẽ hîc quàm illic esse locum habitura.

NŸN, Nunc. quod ex illo νῦν factum esse, longè A manifestissimum est: sicut υ mutari in ι in plerisque aliis vocabulis videmus. Potest alioqui reddi νῦν & aliis modis: nimirum In præsentia, vel Hoc tẽpore. Hom. Il. ι, Ὀστά τε οἱ νῦν ὄσσι καὶ εἴ ποθεν ἄλλα γένοιτο. Idem Il. ε, Τῶν νῦν οὔπω ἐγὼ ἰδέειν δύναμ', οὐδὲ νοῆσαι. Eiusdẽ poematis lib. β, Ἔστε τε νῦν μοι Μοῦσαι ὁλύμπια δώματ' ἔχουσαι. Sic cum imperatiuo, Odyss. χ, Ἄρχε τε νῦν κύκνας φορέειν. Apud eundem πάλαι & νῦν velut opponuntur, Iliad. ι, Οἶον ἐγὼ νέον ἠμὲν πάλαι ἠδὲ καὶ νῦν. Itidem apud Isocratem in Panegyr. καὶ πάλαι καὶ νῦν καὶ παντελῶς καὶ λεληθότως καὶ μνημονευομένας. Alioqui πρότερον interdum illius πάλαι locum quodammodo obtinet: (quatenus quidem vnum alteri velut opponi dixi) vt in hoc Demosthenis loco, Philipp. 1, αὐτὸ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ὑμεῖς ὅσῳ τῆς τοιαύτης ἐθελονσηπτεῖν γνώμης νῦν, ἐπειδὴ τὸν οὐ πρότερον. Sic legimus apud eundem, eadem oratione, οὐκ ἔξεστιν αὐτὸ μέρος γε πιστεύειν τῶν οἰκείων νῦν, εἰ καὶ μὴ πρότερον; Paulo item antè dixerat, Τοῦτο δὲ ἴσως πρότερον μὲν ἐνῦν πιστεῖν, νῦν δὲ ἐν αὐτῷ νῦν ἥκει τὸ ἀκμὴν ὥστ' οὐκέτ' ἐξωρεῖν. Alicubi autem apud Xenoph. C πρὸ νῦν velut oppositum est τὸ παρελθόν. Apud Plut. νῦν μὲν, & ὕστερον δὲ legimus, in Fabio, νῦν μὲν ἔφη τοὺς ἡγεμόνας αἰτιᾶσθαι, ὕστερον δὲ ἐκείνον. Sed quidam hîc νῦν interpr. Primo loco: ὕστερον, Secundo loco.

Νῦν tribus temporibus iungi, præsenti, præterito, futuro, exemplis ex Homero sumptis ostẽdit Etymologus. Eustath. quoq; ex veterum obseruatione idem tradit: afferens in exemplum significationis temporis præsentis, hunc versum, Ἦ γὰρ αὖ Ἀτρείδης νῦν ὕστατα λωβήσαιο. præteriti, istum, — νῦν ὤλετο πᾶσα κατ' ἄκρης Ἴλιος. D futuri hunc, Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀέξει. Mirũ autem videri queat quod alibi scribit idem, nimirum quanuis Νῦν tribus tẽporibus iũgatur, tamẽ ATTIC. Νυνὶ præsenti duntaxat solere iungi. Videtúrque hoc, sicut quod & de νῦν scribit, ex Heraclidis grammatici sententia tradere. Idem certè & apud Etymologum de Νυνὶ legimus.

Νῦν apud Homerum adiunctas alicubi habet particulas αἶψα & μάλα. vt Iliad. τ, — νῦν δὲ μνησώμεθα χάρμης Αἶψα μάλ', οὐδὲ χρή, &c. Vbi idem schol. annotat illum auxisse τὸν ἀπουδήν, per particulam νῦν: sequentibus autem duabus, αἶψα & μάλα, declarari, illud νῦν τὸ πλατικὸν esse sed ἀκαιρίαν. Quod autem de νῦν αἶψα tradit, idem & de αὐτίκα νῦν tradi potest. Nisi potius vacare hîc νῦν dicamus, quippe quod non itidem præponatur, sed postponatur: & ita quidem vt αὐτίκα sufficere posse videatur.

Νῦν, præfixum interdum habet articulum pluralem neutrius generis τά: dicitúrque Τὰ νῦν, vel potius vna VOCE Τανῦν pro νῦν, Nunc. Vtuntúrque ita cum alii tum F verò Aristot. necnon Plato: vt in hoc loco, Ἤδη δοκοῦντες πανῦν ἐμοί. At perperam in v.l. affertur hic locus in exemplum huius vsus istius particulæ: οὐκ οἶδ' τί τε τὰ νῦν τεκμαιρόμενος. Neque enim potest hîc dici τὰ νῦν esse pro νῦν quum sublato articulo imperfecta relinquatur oratio. Neque verò si τὰ νῦν simpliciter pro νῦν poni dicitur, vacate articulo, (vt cum aliis nonnullis aduerbiis vacare comperitur) id de locis omnibus intelligendum est. Verùm & in hoc peccatum ibi est quòd τανῦν coniunctim scriptum sit: quum necesse sit scribi τὰ νῦν, G subaudiẽdo ὄντα. Sic & apud Thucyd. τὰ νῦν, præsentia.

Νῦν, interdum non τά, sed τὰ ante se habet, post se autem infinitiuum εἶναι, vel participium ἔχον. Nam DICITVR Τὸ νῦν εἶναι, ITEM Τὸ νῦν ἔχον, Atticè pro νῦν, Nunc. Sed & aliam scripturam esse sciendum est, A qua articulus aduerbio iungitur, ITA, Τὸνῦν εἶναι, ET Τονῦν ἔχον. Xenophon Pæd. lib. 5, σὺ δὲ Ἀλκιβιάδη, ἀφεῖν αὐτοὺς, ὅπη μελλοῦσι τονῦν εἶναι πάντων ἕνεκα ὅπισθεν. Verùm in aliis exemplaribus scriptum est τὸ νῦν εἶναι. Legimus & apud Plat. De republica lib. 6, αὐτὸ μὲν τί ποτ' ὄντι τὸ μακάριον, ἐάσομεν τὸ νῦν εἶναι. vel Τονῦν εἶναι. Sic Τοῦν ἔχον apud Synesium, οὐ μόνον ἐξεγρόμενοι πέμπει τοῦνῦν ἔχον. Interdum autem separantur interiecta particula δέ: dicitúrque τὸ δὲ νῦν ἔχον, & τὸ δὲ νῦν εἶναι.

Νῦν aliter etiam articulo iungitur. siquidem DICITVR Ἐν τῷ νῦν, ITEM Ἀπὸ τοῦ νῦν, ET Μέχρι τοῦ νῦν. Possumus autem cum ἐν τῷ νῦν subaudire datiuum χρόνῳ, sicut cum ἀπὸ τοῦ νῦν & μέχρι τοῦ νῦν subaudimus χρόνου. Apud Platonem extat Ἐν τῷ νῦν, (subaudiendo χρόνῳ) Hoc tempore, In præsentia, Nunc. Illud autem Ἀπὸ τοῦ νῦν, subaudiendo χρόνου, (q. d: Ab hoc tempore) quidam interpretantur Posthac: vt in isto loco epist. 2, ad Corinth. c. 5, ὥστε ἡμεῖς ἀπὸ τοῦ νῦν οὐδένα οἴδαμεν κατὰ σάρκα. εἰ δὲ καὶ ἐγνώκαμεν κατὰ σάρκα Χριστὸν, ἀλλὰ νῦν οὐκ ἔτι γινώσκομεν. Hoc quidem certè constat, esse omnino quod vulgò dicimus *Dores en auant*, aut potius coniunctè, *Doresenauant*: vel (sequendo vulgus) *Doresnauãt*. qua significatione dicim⁹ etiã *Desormais*. At verò *Des maintenant*, quo quidam interpretantur illud ἀπὸ τοῦ νῦν, diuersum est. Illud verò tertium loquendi genus, Μέχρι τοῦ νῦν, vsitatius est: significans Vsque ad hoc tempus. Exẽplum inuenies in voce Μέχρι, t. 2, col. 908.

Νῦν, Nunc, id est Hodiéque, pro Hoc tempore, seu Hac tempestate. Thucydides lib. 2, καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου τρόπου γαμικῶν καὶ ἐς ἄλλα πολλὰ ἱερῶν νομίζεται παρ' ὕδατι χρῆσθαι. Sic dicitur οἱ δὲ νῦν, subaudiendo ἄνθρωποι, Qui D hodie sunt homines, Homines qui hodie viuunt, Homines huius seculi. Legitur cum apud alios tum apud Athenæum.

Νῦν, pro Tunc, ex Plutarcho in Fabio, ὡς πάλαι μὲν εἴωσε χαλεπὸν αὐτοῖς, νῦν δὲ ἀδύνατον κρατεῖν ἀπὸ τοῦ παρόντος Γαλλίας, Iampridem perspexisse difficile ipsis esse, tum autem impossibile, præsentibus copiis, Italia potiri. Hæc ex vulg. lex. Inuenitur quidem certè E Nunc itidem pro Tunc apud Suetonium.

Νῦν habens vtrinque πτ, vide in Νυνί.

Νῦν δὴ pro νῦν interdum ponitur: vt apud Platonem De legibus, pag. 252, μηχανάσθαι δὲ καὶ ὃν τοῖς δίκα τιμήμασι τὸ νῦν δὴ λεγόμενον φαυλότητός τε καὶ ἀρετῆς χώρας. Apud eundem legimus in Hippia minore, νῦν δὴ ὦ Ἱππία κινδυνεύω μανθάνειν ὃ λέγεις. itidémque in aliis plerisque eius locis pro Nunc poni νῦν δὴ constat. Legimus eodem modo apud Polybium, ὑπὲρ ὧν νῦν δὴ ὁ λόγος. Pollux tamen νῦν δὴ idem esse testatur quod ἄρτι: ita scribens, ἄρτι, ὅτι πρὸ μικροῦ, καὶ νῦν δὴ, οὐ ὅτι ταυτί. Idem testatur & Hesychius. Atque adeò & huius significationis apud eundem Platonem exempla habemus: vt in Politico, καθάπερ ἐῤῥέθη νῦν δὴ, vt modò dictum fuit. Sic alibi, πῶς νῦν δὴ ῥηθέντων. Item, ἢ καὶ αἰδοῖαν νῦν δὴ ἔλεγες εἶναι μετὰ δόξης μιᾶς; Meminit verò huius significationis Eustathius quoque, sed SCRIBENS Νῦν δή, coniunctim, & vnico accentu: ὑφ' ἓν τόνῳ, vt ipse loquitur. καὶ νῦνδὴ (inquit) αὐτὴ πολλοῖς, ὃν ἑνὶ τόνῳ. Additque, Quod etiam tradunt cum solo præterito construi. Sed hoc refellunt priores quos ex Platone attuli loci. Cæterùm vt vacat δὴ post νῦν, quùm accipitur pro νῦν simpliciter, SIC Νῦνδὴ ex Apollonio affertur pro νῦν, vacante δὴ. Sic certè & cum aliis plerisque vocabulis hæc VOCVLA Περ vacare comperitur.

Νῦν ἄρτι, Nunc iam, Nunc primùm, Nunc demum, v.l. ex hoc Platonis loco, νῦν ἄρτι σφίσι φασὶ τὰ μὲν πάνυ ἀπιστότατα δόξαντα εἶναι, νῦν πιστότατα καὶ ἀναγκαιότατα φαίνεσθαι. A

Νῦν πρῶτον, vt Lat. Nunc primùm. Plato in Apol. νῦν ἐγὼ πρῶτον ὀρθῶς δικαστήριον ἀναβέβηκα, ἔτη γεγονὼς πλείω ἑβδομήκοντα.

Νῦν κ' εἴη, pro νῦν καιρὸς, teste Hesychio.

Νῦν πήμερον, vide in Νυνί.

Καὶ νῦν, Nunc quoque. At in vulg. l. redditur Etiamnum, Quinetiam, Quin potius: item Iam verò, Atqui. Affertúrque ex Aristot. Rhet. lib. 1, πολλῷ δὲ πλείω δεδόασι καὶ νῦν αὐτῇ τῇ οἰκείᾳ θεωρημάτων, ἀληθὲς δεῖ. Sed aliud exemplum afferendum fuisset. B

Νῦν, interdum significationem temporis non habet, sed potius seruit orationi quæ est κῆ θέσιν καὶ ἄρσιν, vt quidam loquuntur: sic vocantes orationem cuiusmodi est ista, Si diligentiam adhibuisses, res bene se habuisset: nunc tua negligentia factũ est vt nulla spes nobis superſit. Sic apud Cic. De diuin. Quæ quidem multo plura euenirẽt si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo & vino, confusa & perturbata cernimus. Sic legimus apud eundem, Epist. ad famil. lib. 1, epist. penultima, Sed vellem non solùm salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam, vt aliptæ, virium & coloris rationem habere voluissent: nunc vt Apelles Veneris caput & summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit: sic quidam homines &c. Non dubium est certè quin eum locum quem in ista oratione obtinet Nũc, obtinere potuisset Verùm, aut Sed. Sunt autem qui quum istum vsum habet Nunc, sicut apud Græcos νῦν, assumptioni adhiberi dicant. Plerunque certè ita vsurpatur Nunc in posteriori orationis parte, vbi prior habet particulam Si. Additúrque nõ raro particula Veró. vt apud eundem scriptorem, Nam si ita diceres, &c. nunc verò fateris. Sic apud Thucyd. lib. 4, pag. 161, initio concionis Brasidæ ad milites, Εἰ μὲν μὴ ὑπῶπτεύετε &c. νῦν αὖ ὁμοίως διδάσκω ἅμα τῇ παρακελεύσει ἐπιστάμενος· νῦν δὲ πρὸς μὲν &c. Ita vsus est lib. 1, pag. 39, ἐνθυμούμεθα δὲ καὶ ὅτι εἰ μὲν ἡμῶν ἦσαν ἑκάστοις πρὸς αὐτὰ ἵπποι καὶ ὁπλῖται καὶ γῆς ὅρων διαφοραί, οἷόν αὐ λῶ· νῦν δὲ πρὸς ξύμπαντάς τε ἡμᾶς Ἀθηναῖοι ἱκανοὶ, καὶ κῆ πόλιν ἕπ δυνατώτατοι. Sic apud Isocr. in Archidamo, præcedente εἰ sequitur νῦν, in ipso ferè principio, ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν τις ἄλλος τῶν εἰδότων ἐν ὑμῖν ἀγωνιοῦεν, ἀξίως λῶ τῆς πόλεως εἰρηκὼς, ἡσυχίαν ἂν ἦγον· νῦν δὲ ὁρῶν τοὺς μὲν σωφρονοῦντας οἷς εἰ πολέμοι πρὸς πάντας &c. Itidémq; apud Dem. in Mid. vsurpatur ATTICVM Νυνί: in fine p. 231, & initio pag. 232, εἰ μὲν πίστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, σώφρονα καὶ μέτριον πρὸς τὰ παρόντα αὐτὸν Μειδίας, καὶ μηδένα τῶν ἄλλων πολιτῶν μηδὲν ἠδικηκώς, εἰς ἐμὲ μόνον ἀνελεὴς ἄτω καὶ βίαιος ἐγχειρεῖ, πρῶτον μὲν &c. paucis autem interiectis, νυνὶ δὲ τοσοῦτό ἐστι δὴ τὰ πολλὰ ἃ πολλοὶ ὑμῶν ἠδίκηκε, καὶ τοιοῦτα, ὥστε &c. Neque tamen semper particulam εἰ præcedere existimandum est. vt videmus apud Isocr. in epist. ad Timotheum, & in aliis aliorum locis. Sciendum est porro ex Homero manasse istum particulæ νῦν vsum, in aliquot enim eius locis eum obseruaui: è quorum numero est iste Odyss. α, Ὦ ἔ δὴ ἔγωγ' ὄφελον μάκαρος νύ που ἔμμεναι υἱὸς Ἀνέρος, ὃν κτάσσασιν ἑοῖς ἐνὶ γῆρας ἔτεσσι· Νῦν δ' ὃς ἀποπρόπαρος ἀμήχανος ἀνθρώπων, Τοῦ μ' ὀκνῶ φασὶν ἀμφιέμεν, ἐπεὶ σύγε τοῦτ' ἐρεείνεις. Cui loco addi potest iste ex eodem libro, non procul inde, Μέλλεν μὲν ποτε οἶκον ἐσ' ἀφνειὸς καὶ ἀμύμων Ἔμμεναι, ὄφρ' ἔπ κεῖνος αἰὴρ ὀπιδήμιος ἦεν· Νῦν δ' ἑτέρους ἐβάλοντο θεοὶ, κακὰ μηπόωντες. vel βάλοντο θεοί. C D E

ATTICE Νυνὶ dicitur, sicut οὐπωπὶ pro οὔπω, & alia nonnulla itidem rasciscunt. Vtitur eo Demosth. vtitur & Aristoph. (apud quem tamen legitur & νῦν. vt in Pluto, Ἀφεπὼν με νῦν. ἴσον γὰρ ἤδη πάντ' ἐμοί. Sic in eadem comœdia, Καὶ νῦν ὁ δεσπότης μὲν ἔνδον βουλυτῖ. Et paulo pòst, Ἀνὴρ πρότερον μὲν ἄθλιος, νῦν δ' ἀτυχής. Itidémque apud Thucyd. νῦν passim legimus) Mirum est autẽ quod ex Eustathio & Etymologo attuli suprà, νυνὶ præsenti duntaxat iungi, quanuis νῦν tribus temporibus iungatur. Mirum, inquam, hoc est, ac fortassis eiusmodi quod minimè verbũ comperiri possit. Apud Demosthenem legimus Νυνὶ πήμερον, in orat. Pro corona, ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων· ἐπέλεις, ἐγὼ δ' ἐπηλοίμων· ἐχόρευες, ἐγὼ δ' ἐχορηγοῦν. & paucis interiectis, ἐὰν θέλῃς, ἀλλὰ νυνὶ πήμερον ἐγὼ μὲν ὑπὲρ τῆς στεφανώσεως δεκμάζομαι. Vbi non dubium est quin νυνὶ πήμερον sonet quod vulgò dicimus, Pour le iourdhuy: videri que possit vacare νυνί. Alioqui dicendum fuerit πήμερον addi ad restringendam ipsius aduerbii νυνὶ significationem: sicut de νῦν αἶψα dictum fuit. vbi tamen aliud restrictionis genus esse fateor. Apud Aristophanem legimus: νυνὶ habens vtrinque ὅπ: in Ranis, Τοῦ μὲν βοῦς, νυνὶ δ' ὀμοῦ, ὅπ δ' αὖ γυνὴ Θρᾴττα πῆς. subaudi γίνεται. Vbi νυνὶ reddi debet eadem particula Latina qua & πῆ redditur. Latini dicunt Nunc quidem, nunc verò: & Modò quidem, modò verò. item, Interdum quidem, interdum verò. Sed dicitur ETIAM Νωδί, pro νῦν, teste Eustathio, pag. 45. His addendum est TERTIVM Νωμφί. (pro quo mẽdosè legitur Νωμφὴν in vulg. lex.) Sed pro Νωμφὶ scribitur ETIAM Νῶ μφὶ disiunctim. extátque hæc scriptura apud Aristophanem in Auibus. vbi scholiastes ait esse pro νῦν μφί. Quidam tamen νωμφὶ scribentes coniunctim, pro νῦν simpliciter accipi putauerunt. Vt autem Νωμφὶ, sic SCRIPTVM Τοιῶδε fuisse, docui in meis animaduersionibus in Corinthi tractatum de dialecto Attica, pag. 50. F G

AT PARTIC. Νῶ expletiua, nihil cum νῦν siue νυνὶ commune habet: dicam tamen & de illa, vt eadem opera discat lector eam à νῦν aduerbio discernere. Hoc igitur primùm sciendum est, νῶ aliud nihil esse quàm νυ, nimirum κατ' ἐφελκυσμὸν τῶν, vt quidam grammatici loquuntur. οὕτω καὶ τὸ νυ τῶν παρακείμενον αὐτῇ τῇ δή, σπανιώτατα μὲν, γίνεται δ' ἔμως ἐφελκυστικόν ποτε τῶν καὶ αὐτό: vt legimus apud Eust. loquentẽ & de quibusdam aliis particulis quæ itidem ascisciunt literã ν. ex quibus est κεν. Nec solùm in VOCE Τοῖνῶ (inquit) sed apud Euripidem quoque, in hoc versu, Σῶσόν νῶ αὐτὸν, μηδ' ἔασ τὸν πλησίον. Sciẽdum est autem, apud tragicos potissimũ & comicos in vsu hanc particulam esse: præsertimque cum imperatiuis. vt habuisti in versu modò allato, σῶσόν νῶ. Sic σίγα νῶ, apud Sophoclem, Σίγα νῶ ἑστώς, καὶ μέν' ὡς κωφεῖς ἔχων. quod legendum esse καθ' ὁμαλισμὸν annotat scholiastes. Sic σοῦδέ νῶ, Aristophanes in Pluto. Sed vt apud tragicos nonnulli loci reperiuntur in quibus νῶ aduerbium temporis sedem παρεμπληρωματικῆς voculæ νῶ occupat, sic & apud Aristophanem non paucos locos huius erroris suspectos habeo. vt in Pluto, Φέρε νῶ. (νόμος γὰρ ὄδε) πὰ καταχύσματα Ταυτὶ καταχέω σου λαβοῦσα. Sic in Pluto pro εἴα νῶ vereor ne εἴα νῶ reponendum sit. Ibidem, pro Μή νῶ μελέτω σοι μηδὲν, ne reponi debeat Μή νῶ, &c. Quibusdam autem in locis errorem lex metri patefacit: quum νῶ producatur, at νῶ contrà corripiatur. Vsus est porro & Homerus ista particula. vt Iliad. ψ, Δεῦρό νῶ ἡ πείσθω τε δόμον δ' ἴμεν ἠὲ λέβητος. Vbi Eust. annotat hanc particulam videri posse vocari σωδέσμον παρεμπληρωματικόν.

Ὀλιθὸς ne nunc quidem, vbi ponendum fuerit, ex iis quæ apud Etymologum extant, statuere possumus: quippe quæ talia sint vt non solùm quæ credamus, sed etiam quæ legamus, indigna esse videantur. Ὀλιθὸς (inquit) παρὰ τὸ ὅλως θέειν. vel παρὰ τὸ ὅλος, & ἵζω, quod est καθημαι. vt sit ὁ ὅλος καταπίπων. Additque, Et verbum Ὀλιθῶ, ex quo est Ὀλιθαίνω. Sed in v. edit. Etymologi prætermissum est verbũ ὀλιθῶ. Legitur enim καὶ ῥῆμα ὀλιθαίνω, τὸ καταπίπτω: quum ita legi debeat, καὶ ῥῆμα Ὀλιθῶ, ὀλιθήσω. ἐκ δὲ τοῦ Ὀλιθῶ παράγεται Ὀλιθαίνω. Vt autem cætera omittam, quomodo ὄλιθος, quo significatur Lapsus, substantiuum, possit dici sonare ὁ ὅλος καταπίπων, viderint ii qui Etymologo patrocinari volent.

ΟΛΙΣΘΟΣ, ου, ὁ, Lapsus, Casus, Prolapsio. A Existimatur autẽ propriè dici de lapsu qualis in lubrico cõtingere loco solet. Luc. τῆς ψάμμου τὸν ὀλισθον ἀφαιρούσης. Interdum verò ὀλισθος est Lubricitas, inquit Bud. vt apud Lucianũ, vbi loquitur de corpore athletarum quod oleo perfundi solebat vt firmiter prehendi non posset. hanc enim lubricitatem appellat ὀλισθον. Cæterùm hoc nomen ὀλισθος pono ante verbum Ὀλιθῶ, non tam quòd Etymologus priorem locum ei tribuat, (sæpe enim in assignandis huiusmodi locis nullo illum iudicio præditũ esse videmus) quàm B quòd veram verbalis formam nõ habeat. nisi fortè ab aor. posteriore ὤλισθον formatũ esse dicamus. At Ὀλιθρὸς, si quidem non extaret verbũ Ὀλιθῶ, huic nomini ὀλισθος subiungerem: at quum in vsu sit, & ab eo esse possit, ei potius subiungam. sic tamẽ vt alioqui talem ordinem valde pertinaciter tueri nolim. At verò nomen. COMPOS. Εὐόλισθος, (quod in Indice habes) ab ὀλισθος deductum esse, nemo, vt opinor, negauerit.

Ὀλιθάω, ῶ, Labor, Prolabor, Cado, vt videlicet aliquis labitur seu cadit in loco lubrico, si quidem propriam C significationem sequi velimus: id est, eam quæ propria esse existimatur. Ac certè pro hac significatione facit iste Homeri locus, Iliad. ψ, v. 774, Ἐν δ' Αἴας μὲν ὀλισθε θεῶν (βλάψιν γὰρ Ἀθήνη) Τῇ ῥα βοῶν κέχυτ' ὄνθος ἀποκταμένων ἐρεμνῶν. Lubricum enim fuisse locum, ex his patet. Breuium scholiorum autor ὀλισθε exp. simpliciter ἔπεσε. Ex Nonno autem affertur ὀλισθῆσαι ὀλέθρῳ pro Incidere in perniciem. Ex epigr. ὀλισθήσας μιθῶς, pro Delapsus ex vtero materno.

Ὀλίθημα, ατος, τὸ, ITEM Ὀλίσθησις, Lapsus, &c. vt dictum est de Ὀλισθος. Vtrunque, nimirum & ὀλίθημα & D ὀλίσθησις, apud Plut. legitur.

Ὀλιθρὸς, ῶ, ὁ, sonat quasi quis dicat Labilis: accipiendo de eo qui ad labendum procliuis est, seu talis vt lapsui sit obnoxius. vnde ὀλιθρὸς exponitur πλωτικός. Dicitúrque metaphoricè ὀλιθρὸς esse ad rem aliquam, siue ad aliquod vitium, qui ad id procliuis est & propensus, & qui facilè in id prolabitur. Quò pertinet ὀλιθρὸν γλῶτταν, lingua cui sæpe contingit vt labatur. Sed E ὀλιθρὸς τόπος dicitur locus lubricus, in quo quis facilè labitur, in quo firmiter gradum sistere non potest, sed labitur. Extátque hoc ὀλιθρὸς τόπος apud Plut. itidémque ὀλιθρὸν χωρίον apud Xenoph. Accipitúrque & generalius, sicut Lubricus. vnde quod λεῖον est, dicitur esse ὀλιθρὸν & δυσκάθεκτον. Lucian. in Timone, ὡς δὲ λεῖος εἶ ὦ Πλοῦτε καὶ ὀλιθρὸς καὶ δυσκάθεκτος καὶ ὀλισθηρός. Sic apud eundem legimus in Hermotimo, ὡς ὀλιθρὸς ὦ Ἑρμότιμε, καὶ ὀλισθηρὰ σκέψεις ἐκ τῶν χειρῶν. Vt autem in illo priore Luciani loco λεῖος & ὀλιθρὸς copulantur, sic apud Plutarchum quoque & alios copulata inueniuntur. Obseruandúmque est, sicut ὀλιθρὸς in priori significatione (id est, ea cui priorem locum dedi) verbo Labi commodè reddi potest, ita hoc per compositum Elabi in huiusmodi locis reddi posse. Qui enim est λεῖος & δυσκάθεκτος, & qui ὀλισθηράσκει ἐκ τῶν χειρῶν, eum dicere possumus facilè elabi. Sic certè & compos. ἀόλιθος redditur Lubricus, sed videndum an vnicuique horum locorum conuenire itidem possit.

Ὀλιθρὸς εἰς πόδας legimus apud Antipatrum, Anthol. epigr. lib. 3: pag. 243, meæ editionis, Οὐκ οἶδ' εἰ Διόνυσον ὀνόσομαι, ἢ Διὸς ὄμβρον Μέμφομ'. ὀλιθροὶ δ' εἰς πόδας ἀμφότεροι. Quibus versibus subiunguntur hi, Ἀχεῦδε γὰρ καπόνα Πολυζῆνον ἐκ ποτε δαιτὸς Τύμβος ἔχει, γλίσχων ὀξεεπόντα λόφων. Vbi ὀλιθροὶ εἰς πόδας quidam interpr. Lubrici pedibus. Ego verba hæc εἰς πόδας existimo πλεονάζειν, & duntaxat ad explendum versum addi. dici autem ὀλιθροὶ actiuè, non passiuè, de iis qui ad lapsum procliues reddunt: vel (vt simul εἰς πόδας exprimamus) procliues pedes reddunt. Ego versus illos ita verti (inter ea epigrammata Anthologiæ, quæ sunt vltra numerum à me editorum) Haud scio culpandus Bacchúsne sit, an Iouis imber. Sæpe etenim labi cogit vterque pedes. Quum autem Antipater ita epigramma hoc claudat, — ἀλλά τις ὄρφνης Δειμαίνοι μεθύων ἀτραπὸν ὑετίλω: vbi ἀτραπὸς ὑετίη, id est via pluuialis, optimè cum ὀλιθροὶ conuenit: quidam tamen omnino noua & inusitata interpretatione vtens, (sed ei aliud verbum non suggerente sua Musa, vt credibile est) salebrosas vias reddidit: ita interpretans illam epigrammatis clausulam, — ergo cauebis Nocte salebrosas ebrius ire vias. Ego ita, — hoc bene potos Noctu iter extimeant vt pluuiale monet. F

Ὀλιθήεις, εντος, ὁ, poeticè idem quod ὀλιθρός. FOEM. Ὀλιθήεσσα, in Epigr. ὀλιθήεσσα φύσις, lubrica natura.

COMP. Ὀλιθογνωμεῖν apud Luc. in Lexiphane, sonat q.d. Excidere mente, Mentis compotes non esse: vbi Lexiph. ita loquitur, ὃς πρεσφυγὼς μακκοᾶ, καὶ ἄνδρας παφρενωμένους ὀλιθογνωμεῖν οἴεται. Sed hoc verbum ipsi Lexiphani, sicut alia pleraque, affingi existimo, eius in sermone studium nouitatis irridendo.

AT COMP. Ἀπολιθάω, ῶ, vide in Indice. ITEM Διολιθάω & Ἐπολιθάω, vide ibidem. Παρολιθάω autem & Περιολιθάω vide in Παρολιθαίνω & Περιολιθαίνω.

Ὀλιθαίνω, idem quod ὀλιθῶ, à quo est factum. Plato in Cratylo, ὅπ δὲ ὀλιθαίνει μάλιστα ἐν τῇ λ ἡ γλῶττα, καταδεῖν ὁ ἀφομοιῶν, ὠνόμασε τὰ πλεῖα καὶ αὐτὸ τὸ ὀλιθαίνειν. Sic apud Plut. in Probl. ὀλιθαινούσης γλώττης. Vnde ὀλιθηρὰ γλῶττα, quod attuli suprà. In poemate de Herone & Leandro, quod Musæo cuidam adscribitur, πεῖ πῦ ἐρωτικοῦ ἕλκοις legimus, — ἀπ' ὀφθαλμοῖο βολάων Ἕλκος ὀλιθαίνει καὶ ὅπῃ φρένας ἀνδρὸς ὀδεύει. vbi redditur Lubrico lapsu incidit, Illabitur. E

COMP. Ἀπολιθαίνω, & Διολιθαίνω, & Ἐνολιθαίνω, & Ἐξολιθαίνω, & Ἐπολιθαίνω, vide in Indice. Sunt verò & alia COMP. Καπολιθαίνω, ET Παρολιθαίνω, ET Περιολισθαίνω. Est autem Καπολιθαίνω, Delabor, Illabor. Apud Suidam tamen, ἀνώνυμος quispiam scribit, Κλεοπάτρα εἰς λῶ καπολιθαίνει τῶν πολεμίων ἡ δραδυχή. vbi καπολιθαίνει non solùm Delabitur reddi potest, sed etiam Recidit, vel Deuenit. Sic καπολιθαιόντων εἰς δάκρυα, ibidem, reddi possit, Deuenientium ad lacrymas. Illu- F autem Παρολισθαίνω Bud. interpr. Prolabor. eandémqud interpretationem dat VERBO Παρολιθάω: reddene tamẽ & Lubricè Aberro, Lubricè in latus detorqueor, in isto Luciani loco, in Gallo, p. 274, ἐμοὶ μὲν κίνδυνος, εἰ

παρολισθοῖ τὸ σμιλίον, καὶ ἁμάρτοι τῆς τομῆς τῆς ἐπ' ἀλφί. Sed A παρολίσθοι potius legendum esse putat. Quidam reddunt etiã Si paulum aberret, vt ὥστε diminutionem quandam significet. Apud Dioscor. lib. 6, cap. 11, τὸ εἰς ἔντερα παρωλισθηκὸς, redditur, Quod ad intestina prolapsum sit. Supersunt Περιολισθαίνω & Περιολισθέω, ὦ, q. d. Circùm delabor, seu Circùm decido, aut circumquaque. VNDE Περιολίσθησις, quo vtitur Plut. in Camillo, pag. 258, meæ editionis, πολλαχῇ δὲ τῆς ὑπεξυκότων τῆς κρημνοῖς ἀπορείας καὶ περιολισθήσεις τῆς γεωδῶν. quæ quidam interpr. Etiam terrã quæ præcipitiis adhæsisset, multis in locis detritam atque delapsam.

Ὀλοφύρομαι pluribus modis ἐτυμολογεῖται. Eustathius enim vult esse ex aduerbio ὀλοῶς & φύρεσθαι, Etymologus autem vult ὀλοφύρεσθαι esse τὸ ὅλως φύρειν ἑαυτόν. sed his etymis tertium potest addi, ex ipso Eustathio. vbi enim scribit ὀλοφύρεσθαι esse ὀλοῶς φύρεσθαι, dicit vel μετὰ ὀλυγῆς: cum φύρεσθαι subaudiens datiuum δάκρυσι. Alio autem in loco pro aduerbio ὀλοῶς datiuum ὀλοῷ affert: scribens, ὀλοφύρεσθαι esse propriè τὸ ὄπτι τινὶ ὀλοῷ φύρεσθαι δάκρυσιν. Quorum etymorũ nullum mihi satisfacit: an autem aliquod eorum lectori satisfacturum sit, nescio. Sed in eo ipse satisfacere illi debebo, quòd profero quicquid habeo.

ΟΛΟΦΥΡΟΜΑΙ, Fut. ῥομαι, Lamentor, B Eiulo, Ploro, Fleo, vel, Lugeo. Hom. Iliados φ, Ἀλλὰ φίλος θάνε καὶ σύ· πῆν ὀλοφύρεαι αὔτως; Apud eundem, πολλ' ὀλοφυρόμενοι & οἴκτῳ ὀλοφυρόμενοι non vno in loco legimus. Item, ἐμὸν ἦ ὀλοφύρεται ἦτορ, Iliad. χ. Sed quanuis poetarum magis sit hoc verbum quàm eorum qui soluta oratione vtuntur, esse tamen & apud hos aliquem huius vsum sciendum est. Plato De rep. lib. 1, de senibus loquens, οἱ οὐδὲ πλεῖστοι ὑμῶν ὀλοφύρονται ξυνιόντες, πᾶς ἐν τῇ νέοτητι ἡδονὰς ποθοῦντες καὶ ἀναμιμνησκόμενοι. Thucyd. de mulieribus C lugẽtibus mortuos vsurpauit, l. 2, καὶ αἱ γυναῖκες παρῆσαν αἱ προσήκουσαι ὅπῃ τὸν πάθος. Sic apud Herodian. ὀλοφύρεσθαι & βρυχᾶν copulantur l. 4, ἐν δὲ τῷ Μακεδόνες ὅπῃ σφᾶς τῷ πάθει ὀλοφύρεσθαί τε καὶ βρυχᾶν προσεπιέπτο. Sed Thucyd. cum casu etiam vsus est, nimirum cum accus. & cum datiuo. Cum hoc, lib. 6, pag. 222, in fine, καὶ εἰ γνώμῃ ἁμάρτοι, ὅσοι αὐτὸ κακοῖς ὀλοφυρεῖς, ἢ χ' αὖ ἴσως καὶ πᾶσι ἐμοῖ ἀγαθοῖς ποτε βουλεύειν αὖθις φρονοῦσι. Vbi schol. subaudire videtur præpositionem ὅπῃ. Quod autem ad constructionem cum accus. attinet, de ea verba faciam D in iis quæ proximè sequuntur, vbi de altero huius verbi apud Homerum vsu disseram. Prius autem de hoc admonẽdum lectorem puto, inueniri & genitiuo iunctum hoc verbum apud illum poetam: Iliad. θ, v. 33, Ἀλλ' ἔμπης Δαναῶν ὀλοφυρόμεθ' ἀχνυμενόων, Οἵ κεν δὴ κακὸν οἶτον ἀπαλλήσαιντο ὄλωνται. Sed non dubito quin hic ellipsin præpositionis ὑπὲρ aut aduerbii ἕνεκα constituere oportet: cuius ellipseos exempla multa protuli in appendice mea ad aliorum scripta de dialecto Attica. Cæterùm de significatione huius verbi hoc addo: Etymo- E logum tradere, ὀλοφύρεσθαι esse propriè μετὰ πλοῦ τῆς τειχῶν κλαίειν.

Ὀλοφύρομαι, cum accus. apud Hom. pro Deploro, seu Commiseror, Vicem alicuius miseror. Odyss. κ, v. 157, Καί πότε τίς με θεῶν ὀλοφύσεται οὖνεκ' ἐόντα. vbi Eustath. exp. καταλείψαιτο. Paucisque interiectis annotat, Sciendum est autem, quum Homerus hic ὀλοφυρμὸν vsurparit ὅπῃ συμπαθείας καὶ ἐλέου, eos qui posteriores illo fuerunt, vsurpasse ὅπῃ κλαυθμοῦ. Vbi συμπάθειαν vocat quod nos verbum verbo reddentes dicimus *Compassion:* F veluti in hoc loquẽdi genere, *Auoir compassion de quelcun.* Sed mirum hoc videri possit, & quidem non immeritò, quòd Eustath. dicat Homeri posteros vsos esse verbo isto ὅπῃ τῷ κλαίειν, quasi ipse quoque Homerus ita vsus non sit: quum tamen plerisque eius locis (cuiusmodi sunt quos ex eo attuli) aut hæc aut alia expositio huic affinis tribuatur, atque adeò tribuenda esse ab omnibus iudicetur. Legitur & apud Thucyd. cum accus. lib. 2, διόπερ καὶ ὅσοι τῷ νῦν τῆδε νεῶν ὅσοι πάρεστε, ἢν ὀλοφύρομαι μᾶλλον ἢ τῷ ἐμῷ θύσομαι. Vbi ὀλοφύρομαι non solùm Deploro verti potest, seu Defleo, sed fortassis & Commiseror, vt in illo Homeri loco. Eôdem pertinet & istud loquendi genus, Vicem eorum doleo.

Ὀλοφυρμὸς, ῷ, ὁ, ITEM Ὀλόφυρσις, Lamentatio, Lamentum. (sed hoc in plurali potius vsurpatur, ideóque aptius ὀλοφυρμοὶ reddetur Lamẽta) Item Eiulatus, Ploratus, Luctus. Thucyd. lib. 7, pag. 258, ὀλοφυρμὸς, βαιὰ νικῶντες, κραυγάζοντες. Synesius παισὶ peculiariter tribuit ὀλοφυρμοὺς: in quadam epist. scribens, αἱ δρῶν οἰμωγαὶ, γυναικῶν ὀλολυγαὶ, παίδων ὀλοφυρμοί. Illud autem alterum verbale ὀλόφυρσις pro ploratu seu comploratione, apud Thucyd. extat: necnon pluralis ὀλοφύσεις. Legimus enim lib. 1, pag. 47, τοῦ τε ὀλόφυρσιν μὴ εἰκῶ καὶ γῆς πιεῖσθαι, ἀλλὰ τῷ σωμάτων: repetendo χρὴ ex præcedentibus. Vbi ὀλόφυρσιν πιεῖσθαι τῷ σωμάτων possumus interpretari Deplorare corpora, perinde acsi scriptum esset ὀλοφύρεσθαι τὰ σώματα. Aut etiam reddere, Ploratum & lamẽta edere ob corpora: vt subaudiamus ὕπερ seu ἕνεκα: sicut in ὀλοφύρεσθαι Δαναῶν subaudiri apud Homerum dixi. Plurali autem ὀλοφύσεις vtitur lib. 2, pag 64, ἐπεὶ καὶ τοὺς ὀλοφύσεις τῷ ὀπτηγησεσθαι πολεμίων καὶ οἱ οἰκεῖοι ἐξέκαμνον, ὑπὸ τῶν πολλῶν κακῶν νικώμενοι. Vbi subaudiendam esse præpositionem πρὸς tradit scholiastes. Quanuis autem noua subauditio hæc & dura videri possit, nisi tamen eam admittamus, multum negotii nobis facesset hic locus. Valla certè eius sententiam omnino peruertit, ita interpretans, Postquam domestici eos qui vita excesserant complorauerant, deficiebant, eius vehementia superati. Atqui Thucydides significare vult, ipsos etiam propinquos ad comploratione seu comploratus morientium defecisse, mali grauitate superatos. Vel, Ne comploratu quidem morientes prosequi amplius valuisse. vt Liuius dicit Comploratu prosequi mortuos. Datiuus ὀλοφύσεσι apud Philonem extat, πολλαῖς χρωμένων ὀλοφύσεσι. vbi redditur, Ista quiritantibus.

Ὀλοφυρμὸς, redditur etiam Nænia, ex Athenæo, scribente lib. 14, ita vocari τοῦ ὅπῃ τοῖς θανάτοις καὶ λύπαις ᾠδοῦ.

Ὀλοφυρτικὸς, ή, ὁ, Ad lamenta seu ad lamentandum procliuis, Qui facilè ad fletum seu eiulatum mouetur. Aristot. Ethic. 4, cap. 3, τῷ μεγαλοψύχου ingenium describens, καὶ πρὸς τοῦ αἰαγμοῦ ἢ μικρῶν ἤκιστα ὀλοφυρτικὸς καὶ δεητικός. vbi de eo dici videtur qui facilè ad quiritationem prorumpit. Quidam autem ὀλοφυρτικὸς & δεητικὸς perperam vertit Anxius & solicitus.

COMP. Ἀνολοφύρομαι, & Ἀπολοφύρομαι, vide in Indice. AT VERO Καπολοφύρομαι accusatiuo iungi solet, pro Deploro, Defleo: vt καπολοφύρομαί σε, apud Eurip. Deploro te, Tuam sortem deploro.

Ὄλυμπος si quidem prima significatione de cælo dicatur, (vt passim à poetis hoc significatum illi tribui videmus) quæ ab Aristotele quoq; traditur etymologia, conuenire illi meritò dicetur: nimirum vt ὅλυμπος dictus sit quasi ὁλόλαμπος: sin verò putemus nomen hoc Ὄλυμπος monti cuidam impositum primò fuisse, deinde cælum id accepisse, quòd mõs ille cælũ altitudine æquare videretur, aliud etymũ quærendũ fuerit. Hoc autẽ potius quàm illud credemus, si fidẽ grammaticis adhibere velimus. ex quibus Eustath. quiddam etiam tertium quodammodo afferre videtur, vt mox docebo.

ΟΛΥΜΠΟΣ, ου, ὁ, Theſſaliæ mons altiſſi- A mus. Hom. Odyſſ. λ, de Oto & Ephialte gigantibus, Ὅσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη. ſic enim legendum eſt Οὐλύμπῳ, cum ου, non Ὀλύμπῳ, vt ſtet verſus. Habétq; & mea editio lectionem illam, non hanc, repugnantibus alioqui pleriſque editionibus: quarum è numero eſt ea quæ Euſtathii commentarios inſertos habet. Interpretatus eſt autem verſus iſtos Maro, Georg. lib. 1, Ter ſunt conati imponere Pelio Oſſam, Scilicet atque Oſſæ frondoſum inuoluere B Olympum. Quibus in locis conuenit inter ſcholiaſtas de Olympo, montem eſſe Macedoniæ. nam & Seruius in illum Virgilii locum id teſtatur. Sed de cæteris nominibus aliqua inter illos eſt diſſenſio. Quum enim & Pelion & Oſſa Theſſaliæ montes eſſe tradant cùm alii, tum enarratores Homeri, Seruius Pelion Theſſaliæ, Oſſam Thraciæ attribuit. Cæterùm quanuis dixerim de Olympo conuenire inter ſcholiaſtas, Macedoniæ montem eſſe, non deſunt tamen qui Theſſaliæ adſcribant. Atque adeò Euſtath. in Dionyſii De ſitu orbis C poema, vult Ὅσσαν & Ὄλυμπον apud Homerum vel Macedonicos vel Theſſalicos montes eſſe. Quidam verò Olympum propriè mõtem Macedoniæ vel Theſſaliæ appellari poſſe negarunt, quippe qui inter vtranque ſitus ſit.

Ὄλυμπος, Myſiæ mõs. Sed obſeruaui dici potius cum additione nominis adiectiui Μυσός: licet Steph. ea de re non admoneat: ſcribens duntaxat Ὄλυμπον eſſe montem Myſiæ, & autorem citans Arrianum, Bithyniac. libro 1. Sic certè apud Callimachum non Ὀλύμπῳ ſimpliciter legitur, ſed Ὀλύμπῳ Μυσῷ, diſcriminis cauſa: D hymno in Dianam, Ποῦ δ' ἔπαμες πεύκην, ἀπὸ δὲ φλοιὸς ἔλασας πρίν Μυσῷ ἐν Οὐλύμπῳ. Annotátque in hæc verba ſcholiaſtes, eſſe etiam Macedoniæ. Intelligẽs nimirum, addi Μυσῷ, ea de cauſa quam dixi: vt videlicet diſcernatur à monte Macedoniæ. Sic certè apud Xenophontem & Athenæum adiectiuum illud additum obſeruaui: ſed πετρασυλλάβως ſcriptum Μύσιον, non Μυσόν. Legimus enim apud Xenophontem in lib. De venatione, pag. 581, meæ editionis, τὰ δ' ἐν τῷ Ὀλύμπῳ τῷ Μισίῳ καὶ E ἐν Πηδῷ, τὰ δ' ἐν τῇ Νύσῃ τῇ ὑπὲρ τῆς Συρίας. Loquitur autem περὶ θηρίων, id eſt de feris, quæ his in montibus capiuntur. Apud Athenæum verò extat illa Ὀλύμπου τοῦ Μισίου appellatio, lib. 2, ἐν ᾧ Προύσῃ τῇ πρὸς τὸν Μύσιον Ὄλυμπον. Debuit igitur Stephanus aliter de nomine Ὄλυμπος ſcribere: videlicet Olympum antiquitus quidẽ fuiſſe dictum peculiariter Macedoniæ montem, poſtea verò & quendam Myſiæ hoc nomen accepiſſe: ſed diſcriminis cauſa dictum cum adiectione fuiſſe Ὄλυμπον τὸν Μύσιον, ſeu τὸν Μυσόν. Sed & aliquot alios nomen idẽ F habuiſſe, quidam tradiderunt: vt in proximè ſequentibus docebo.

Ὄλυμπος non ſolùm eſt Macedoniæ mons, (vel Theſſaliæ, vt quidam tradiderunt, Herodoti teſtimonio nitentes) mons item Myſiæ, ſed alii præterea idem nomen habere feruntur: quidam in Gallogræcia, vel Cypro: quidã, ad mare rubrũ, in Æthiopia, haud longè ab Heliopoli oppido, qui oriente ſole vſque ad quintam diei horam flammas emittit. Hæc in Theſauro linguæ Latinæ edito à patre meo, annotata inuenio. Sed & alios quoſdã hoc nomen ſibi vendicare teſtantur cùm alii, tum Euſtath. ex Strabone. in illud enim hemiſtichium libri α Iliad. ὀλύμπα δώματ' ἔχοντες, (quod alibi repetitur) poſtquam dixit Olympum apud poetam eſſe montem Macedoniæ, vel Theſſaliæ, iuxta Herodotum, & quædam alia de hoc monte dixit: ſubiungit alios quoque Olympos eſſe: quendam in Peloponneſo, ſicut in commentariis εἰς τὸν Θεικηπτὼ ſcriptum fuerit: quoddam item in Cypro eſſe ὄρος μαστοειδὲς, inter Citium & Amathuntem. Quinetiam quandam ἀκρώρειαν Cypri hoc nomine vocatam fuiſſe, in qua fuerit templum Veneris ἀκραίας, ad quod acceſſus mulieribus non patuerit. Inſuper περὶ τὰς ἀκρωρείας Tauri montis fuiſſe quendam Ὄλυμπον montem, & φρούριον. vnde conſpici totam Lyciam & Pamphyliam & Piſidiam, teſte Strabone. (quem γεωγράφον nuncupat) Iam verò & quatuor Idæ λόφοις, dictos fuiſſe Ὀλύμπους. Denique fuiſſe & Bebrycum montem Ὄλυμπον, cuius ἐθνικὸν NOMEN Ὀλυμπηνοί. Hæc Euſtath. cuius Commentariorum in Dionyſium τὸν Θεικηπτὼ locus, ad quem nos remittit, extat p. 67, editionis patris mei. Cæterùm quanuis multos montes hoc nomen ſibi vendicantes ex aliis enumerarim, vnũ tamẽ addere illis poſſum. Siquidẽ & quendã Lydiæ montẽ apud Athen. Ὄλυμπον dictũ inuenio, l. 2, ex Ariſtone, διὸ καὶ τὸ καλούμενον νέκταρ καταστυράζειν πᾶς περὶ τὸν Λυδίας Ὄλυμπον, οἶνον καὶ κηρία συγκιρνάντας εἰς ζωπὰ καὶ τὰ τοῦ αὐθῶν ἀνόδη. Cæterùm quod dixi de Myſo Olympo, eum videlicet non ſine adiectione ſolitum nominari, maiori cum ratione locum hic habere poteſt: quum poſt Olympum Macedonicum ſeu Theſſalicum, nullum Myſio celebriorem fuiſſe conſtet: adeò vt ſi cum adiectione nominari neceſſe habuerit, multo etiam magis ſimilem adiectionem cæteri deſiderarint.

AT VERO nomẽ Ὄλυμπος quod dictũ eſſe fertur quaſi ὁλόλαμπος, eſt appellatiuũ: quo ſignificatur cælum, non minus apud Græcos poetas quàm apud Latinos, (præſertimque Maronem) duntaxat terminationem Græcam more ſuo in Latinam mutantes. Eſſe autem Olympum ſedem ac domicilium deorum, teſtatur Homerus, cùm alibi, tum Iliad. ε, Ὄφρ' ἐς Ὄλυμπον ἵκωμαι, ἵν' ἀθανάτων ἕδος ἐστί. Sed hunc olympum, domicilium deorum, illum ipſum eſſe montẽ Macedoniæ ſeu Theſſaliæ, quidam tradiderunt: quòd Homerus interdum vno eodémque in loco ὄλυμπον & οὐρανὸν mentionem faciat. Ὄλυμπος (inquit Euſtath.) apud poetam mõs eſt altiſſimus Macedoniæ: vel Theſſaliæ, teſte Herodoto: domicilium deorum, vt vult fabulæ licentia. vnde ſunt DICTI Ὀλύμπιοι. At verò allegoria ὄλυμπον appellat τὸν οὐρανὸν, (id eſt cælum) quaſi ὁλόλαμπον. ideóque fortaſſe fabula non alium montem quàm Olympum illis tribuit, quòd poſſet εἰς τὸν λαμπρὸν οὐρανὸν συμβιβάζεσθαι, per ἀναπλοῦν nominis. Videtur autem ex ὁλόλαμπος factum eſſe, detracta per ſyncopen ſyllaba λα, & mutato poſteriore ο in υ, Æolicé. vt pro ὄνομα dicitur ὄνυμα. vnde eſt ὀνυμαίνω pro ὀνομαίνω. Hinc etiam fit vt tenui ſpiritu notetur ὄλυμπος: quòd tenui ſpiritu Æoles gaudeant. Idem in hunc locum eiuſdem poetæ, qui legitur Iliad. ε, Αὐτόμαται πύλαι μύκον οὐρανοῦ, ἃς ἔχον ὧραι, Τῆς ὁπότε τρεφθεῖσα μέγας οὐρανὸς ὄλυμπός τε Ἠμὲν ἀνακλίναι πυκινὸν νέφος, ἠ δ' ὀπιθεῖναι, annotat vel οὐρανὸς & ὄλυμπος pro vna eadémque re poni ἐκ παρεμβολῆς, idque κατ' ἀλληγορικὴν ἀλήθειαν: vel, ſicut alibi, ὄλυμπον quidem eſſe intelligendum τὸ Μακεδονικὸν ὄρος: at οὐρανὸν, τὸν ὑπὲρ τὰ νέφη τόπον: quippe qui interdum quidem claudatur nu-

bibus, velut portis, interdum contrà aperiri videatur. A
Sed quum hic duas expositiones afferat istorum nominum, & earum priorē ὁκ τῶν Δαμασίου posita videri tradat, alibi posterioris tantùm meminit. vt in hunc locum libri ϖ, eiusdem poematis, Ὅς σ' ὅτ' ἀτ' οὐλύμπου νέφος ἔρχεται οὐρανὸν εἰσω Αἰθέρος ὀμ δ ίης, ὁπ τε Ζεὺς λαίλαπα πίνει. Hic enim nobis obseruandum proponit manifestum ὀλύμπου & οὐρανοῦ & αἰθέρος discrimen. siquidem ὄλυμπον appellari ipsum montem: οὐρανὸν autem, τὸν λιμπάζοντα αἴθερα ἢ παχύτατ αἰθέρα dici τῷ ἀεὶ κυκλοφορεῖσθαι, τὴν αἰτίαν τῆς πτῆσεως τῶν ἀέμων κινήσεως. vt nimirum B
sit hic sensus, ἐξ Ὀλύμπου τὸ ὄρος λαίλαψ νεφώδης εἰς αἴθερα ἔρχεται, ἀνῶθεν λαβοῦσα τὸ ἐνδέσμιον. Aut simplicius (inquit) possumus per ætherem intelligere τὴν αἰθρίαν καὶ ἀδίαν. vt sit sensus, νέφος ἐξ Ὀλύμπου εἰς οὐρανὸν ἔρχεται μετὰ ἀδίας.

Ὄλυμπος quidā olim pro diuersa significatione accentu diuerso notarunt, vt ex Seruii verbis (aut certè autoris commentariorum qui Seruio adscribuntur: quicunque is sit) colligi potest. In hunc enim versum Virgilii Æneid. 3, circa finem, — haud ille sinit superi regnator olympi, hæc scribit, Cur in penultima accentus C
sit, manifesta est ratio apud Latinos. quanquam Græci discretionem velint per accentum facere montis & cæli: quod superfluum est. Idem in hunc versum Æneid. 4, Ipse deùm tibi me claro demittit olympo Regnator, hæc annotat, Olympus quasi ololampus dictus est: siue mons sit Macedonia (qui dicitur esse diuersorum deorū) siue cælum. Vnde addidit Claro: vt Plemmyrium vndosum. Accentus sanè Græcus tunc potest esse si sit Græca declinatio: vt ὄλυμπος, ὀλύμπου. Nam La D
tinè Olympi.

Ὄλυμπος est etiam nomen præstantissimi tibicinis Mysi, seu Phrygis, qui Marsyæ discipulus fuit, vt scribit Schol. Aristoph. in hunc versum qui legitur initio Equitum, Ξωωανλίαι κλαύσωμεν, Ὀλύμπου νόμον. vbi idem Schol. ait eum composuisse αὐλητικοὺς καὶ θρηνητικοὺς νόμους, id est tibiales & lugubres modos. Paulo pòst addit, eum fuisse ἄριστον τῶν τὴν αὐλητικήν: & eum quoque δυστυχῆσαι διὰ μουσικήν. A Polluce Ὀλύμπου νόμοι quidam διθυράμβοι vocantur, quasi qui super sepulchro E
canerentur. Idem Pollux scribit huius Olympi famulum & discipulum necnon amasium fuisse quendam Hieraca: à quo sit DICTVS Ἱεράκιος νόμος. Plato in Minoe Olympum hunc Phryga Marsyæ παιδικὰ appellat. Cæterùm ab hoc Olympo dictus est Olympus mōs quidam Mysiæ, si Suidæ credimus: quem vide. Commemorantur ETIAM Ὀλύμπηνοὶ Mysi, SIVE Ὀλύμποι, cùm ab aliis, tum ab Eustathio in Dionys. De situ orbis.

Ὀλύμπος, ου, ὁ, Olympius, Olympum incolens, seu habi- F
tans. vt Ὀλύμπιος Ζεύς, apud Homerum, perinde ac si diceremus cælicolam Iouem: (vt olympum pro cælo accipi dictum est. Ab Hesychio Ὀλύμπιος exponitur οὐρανίος, id est cælestis) Iliad. α, Ἀλλὰ σύ περ μὴν πῖσον ὀλύμπιε μητιέτα Ζεῦ. Apud eundem extat & Ὀλύμπιος sine adiectione pro Ioue. Sic Ὀλύμποι θεοί, Aristoph. necnō ὀλύμποι sine adiectione, apud Homerum: qui alibi dicuntur ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες. Sed apud eundem ὀλύμποι ἄλλοι, quidam exp. οἱ Τιτᾶνες. Isocrates, τοὺς θεοὺς τοὺς αἰ- G
τίους ἡμῖν ἀγαθῶν ὄντας appellatos esse ait Ὀλυμπίους. ADIECTIVE Ὀλύμπιον, Cæleste, vt Ὀλύμπιον δῶμα, Cæleste domiciliū. Sed apud Hom. potius PLVRALITER Ὀλύμπια δώματα. At verò MVSAE Ὀλυμπιάδες, vel tanquam filiæ Iouis ὀλυμπίου: vel tanquā, ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι. Eustath. Inuenitur etiam Θεαὶ Ὀλυμπιάδες, in Epigr. Item ὀλυμπιάδων θεῶν apud Sophocl. quod exponitur οὐρανίων.

Ὀλύμπιος dictus fuit Pericles, secundum quosdam, H
ἀπὸ τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ καὶ τοῖς στρατηγίαις δυνάμεως, vt scribit Plut. in eius vita, quem consule. Extat hoc cognomentum apud Aristoph. in Acharn.

Ὀλύμπιος est etiam nomen proprium, vt te docebit Thesaurus linguæ Lat. à patre meo editus, in nomine Olympius. Sed in iis quæ ex Suida ibidem afferuntur, malè Olympius pro Olympus scriptum est.

Ὀλύμπιος denique est etiam venti nomen apud Hesychium. Sed hic VENTVS Ὀλυμπίας ab Aristotele De mundo appellatur, aliisque nominibus ἀρκτίας, & Γαπυξ. Ponitúrque in numero τῶν ἀναιπίων ζεφύρων, à solstitiali occasu flans, vt Zephyrus ab æquinoctiali. Hesychio autem VENTVS Ὀλύμπιος est Zephyrus qui ab Olympo flat. Sed Ὀλυμπίας, non Ὀλύμπιος, apud Theophr. quoque scriptum est, De caus. plant. lib. 5, cap. 16. Itidémque à Plinio Olympias appellatur, lib. 2, cap. 47: Sunt etiam quidam peculiares quibusque gentibus venti, non vltra certū procedentes tractum, vt Athenienſibus Sciron, paulum ab Argeste deflexus, reliquæ Græciæ ignotus. Alicubi elatior idem Olympias vocatur. Fuerunt etiam ἔρη quædam τῶν Νικαδῶν DICTA Ὀλύμπια. Eust.

AT VERO Ὀλυμπικὸς vsurpatur nonnunquā cum substantiuo ἀγών: vocatúrque ὀλυμπικὸς ἀγών, Olympicum certamen. Verùm frequentius ὀλυμπιακὸς dicitur: & quidem rectius, vtpote à nomine Ὀλυμπία, de quo infrà. In Epigr. Gr. lib. 2. in principio, Ὀλυμπικὸς appellatur Olympicus pugil. Interdum etiam nomen proprium est Ὀλυμπικὸς, cum apud alios, tum apud Plutarchum.

Ὀλυμπίας, ventus, vide in Ὀλύμπιος.

Ὀλυμπιον autem, quod à dificii cuiusdam nomen est apud Aristot. in Polit. (cuius Hesych. quoque meminit) ab Ὄλυμπος an ab Ὀλυμπία deductum sit, dubitari potest. At STEPHANO Ὀλυμπιεῖον quadrisyllabè, locuse st apud Delum, quem quum Athenienſes Adriani sumptibus ædificassent, nouas Athenas Adrianas appellarunt. AT VERO Ὀλύμπι eidem est vrbs Illyriæ: cuius incola DICITVR Ὀλυμπᾶτος, VEL Ὀλυμπάδς.

¶ Ὀλυμπία, ας, ἡ, Elidis locus, in quo templum, & ante ipsum lucus. Ὀλυμπία (inquit Steph.) quæ prius Pisa dicebatur: vbi Iupiter Olympi' colitur. vnde Ὀλύμπια certamen. Ab hoc nomine Ὀλυμπία sunt πτικὰ hæc, Ὀλυμπιάδεν & Ὀλυμπίαζε. Hæc ille, omittens & tertium Ὀλυμπιάσι. At Strabo lib. 8, τοῦ δὴ χωρίου τοῦ ὑπὸ τῷ Νέστορι loquēs, ὃν δὲ τούτοις ἡ τε Πισάτις (ἧς ἡ Ὀλυμπία μέρος) καὶ ἡ Τριφυλία, καὶ ἡ τῶν Καυκώνων. In alio eiusdem libri loco, τοῦ δὴ Αἰτωλῶν loquens, νῦξησαν τὴν κοίλην Ἦλιν καὶ τῆς Πισάτιδος ἀφείλοντο πλὴν καὶ ἡ Ὀλυμπία ὑπ' ἐκείνοις ἐγένετο. In alio autem libri eiusdem loco scribit ipsum ἱερὸν esse ἐν τῇ Πισάτιδι, minus trecentis stadiis distans ab Elide. & ante hoc esse lucum ἀχιελαΐων, in quo sit τὸ στάδιον.

Ὀλυμπία de Olympiaco certamine, seu Olympiaci certaminis arte, videtur dici ab Aristoph. in Vespis, Νὴ τὸν Δί' ἐξέμαθές γε τὴν ὀλυμπίαν. Sed comicè, vt opinor, data fuerit isti nomini hæc significatio.

Ὀλυμπία, Hesych. exp. ὁ Ἀθήνησι ἀγών.

Ab illo Ὀλυμπία non solùm deriuantur illa duo πτικὰ quæ Steph. affert, Ὀλυμπιάδεν & Ὀλυμπίαζε, & tertium quod omittit, Ὀλυμπιάσι: sed etiam NOMEN Ὀλυμπιακὸς, & neutrum plurale Ὀλύμπια, necnon substantiuum Ὀλυμπιάς, άδος, ἡ: & compositum Ὀλυμπιονίκης. De quibus vt eodem ordine dicam, sciendum est, illa quæ πτικὰ vocat Stephanus, esse aduerbia. Quorum PRIMVM Ὀλυμπιάσι (primū enim mereri locum videtur, quanuis ab eo sit prætermissum) est aduerbium in loco, vt grammatici loquūtur: id est, ἐν Ὀλυμπίᾳ, In Olympia, vel potius Olympiæ. Alioqui apud Olympiam rectius diceretur. Aristoph. Vespis, Ὀλυμπιάσι δὲ νῦν' ἐθεώρεον ἐγώ. Thucyd. τοῦ ὀλυμπιάσι χρημάτων, & τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ, pro eodē. Sic τὸ ὀλυμπιάσιν ἱερὸν, apud Strab. Et ὁ ὀλυμπιάσιν ἀγών, apud Athen. & alios. Item νικᾶν ὀλυμπιάσι, apud eundem. Sic apud Platonem in Apolog. ἵππῳ νενικηκεν ὀλυμπιάσι. Itidem Plutarchus in Artox. ὀλυμπιάσιν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι. Quanuis autem ὀλυμπιάσι νικᾶν, nihil aliud sit quàm ὀλύμπια νικᾶν, id est Olympia vincere, vt loquitur Horatius: vel Olympiacam victoriam reportare: non debuit tamen ὀλυμπιάσι exponi Ad Olympia & In Olympiis, in vulgar. lexicis. Siquidem ὀυλμπιάσι νικᾶν, sonat ad verbum Vincere seu victorem esse Olympiæ, siue apud Olympiam. Sciendū est autem inueniri etiam adie-

adiectam præpositionem ὀν ante ὀλυμπιάσι. vt apud A
Plut. in Apophth. ὁ νικῶν ὀν ὀλυμπιάσιν. Sed hæc præpositionis adiectio suspecta esse potest. Ita enim dicitur Ὀλυμπιάσι vt DICITVR Πλαταιάσι pro ὀν Πλαταίᾳ. Quod Πλαταιάσι miror à Stephano esse prætermissum itidem: quum alioqui annotet reliqua duo ADVERBIA, Πλαταιόθεν ET Πλαταιάζε: quorum illud significat E Plataea, seu Plataeis: hoc autem Plataeas. vt Πλαταιάζε πορευθεὶς, Plataeas profectus. Cæterùm de Ὀλυμπιάσι hoc quoque nosse oportet: inueniri etiam SCRIPTVM Ὀλυμπιᾶσι cum α circun- B
flexo: sed hanc scripturam reiiciendam esse, quòd α corripiatur: vt vel in eo versu quem ex Aristoph. protuli, videre est. Atque adeo annotat ibi scholiastes, ὀλυμπιάσι in eo loco & similibus debere scribi: at verò ab ὀλυμπιαί, άδος, datiuum pluralem esse ὀλυμπιᾶσι cum ᾶ. Aduerbium SECVND. Ὀλυμπίαθεν, est aduerbium de loco. vt ὀλυμπίαθεν ἐν θεῶν, qui venit Olympia. TERTIVM Ὀλυμπίαζε, est aduerbium ad locum. vt ὀλυμπίαζε παρεῖναι, Thucyd. Olympiam venire: lib. 3, ὡς αὖπις οἱ Λακεδαιμόνιοι εἶπν ὀλυμπίαζε παρεῖναι. C
iusserūt vt Olympiā venirēt. At v.l. Ad Olympiā adesse.

Ὀλυμπακὸς, οῦ, ὁ, adiectiuum, Olympiacus. vt ὀλυμπακὸς ἀγών, olympiacum certamen. In v.l. annotatur, quosdam hanc vocem ὀλυμπακὸς reiecisse, & potius ὀλυμπικὸς agnouisse. Sed contrà ὀλυμπικὸς trisyllabum reiiciendum potius fuerit: quum manifestum sit ab Olympia magis consentaneam rationi deductionem esse Ὀλυμπακὸς cum α, quàm Ὀλυμπικὸς sine α. Ideóque non dubito quin aliquis de voce Ὀλυμπικὸς illud in sui libri margine annotasset, nimirum eam repudiari: de- D
inde vulg. lexicorum consarcinatores annotationem illā voci Ὀλυμπακὸς apposuerint quæ alteri vocabulo Ὀλυμπακὸς apponenda erat. Id certè coniicere est & ex aduerbio πρασυλλάβως: pro quo alioqui scribendum fuisset πεισυλλάβως. Hæc enim sunt ipsamet vulg. lexicorum verba, Ὀλυμπακὸς, οῦ, ὁ, Olympiacus. Sunt qui hanc vocem non recipiant, vt à bonis autoribus vsurpatam: sed ὀλυμπικὸς πρασυλλάβως agnoscant. Hæc, inquam, sunt illorum verba: vbi aduerb. πρασυλλάβως dico apertè ostendere, fuisse hoc annotatum de Ὀλυμπακὸς, quod est πρασύλλαβον: nimirum esse id quod a- E
gnoscatur. ideóq; hæc voci Ὀλυμπικὸς debuisse apponi & Ὀλυμπακὸς antè πρασυλλάβως scribi. Legitur porro Ὀλυμπακὸς ἀγὼν apud Aristoph. quoque in hoc Pluti versu, Εἰ δ' ἐπλουτεῖ, πῶς ποιῶν αὐτὸς τὸν Ὀλυμπακὸν ἀγῶνα. Sed mirum si in hoc adiectiuo antepenultima & penultima producuntur, quæ apud Virgilium correptæ extant. Georg. 3, Seu quis Olympiacæ miratur præmia palmæ. Sic & apud Statiū, atque alios. Apud Plut. habetur & ὀλυμπακὴ ἐκεχειρία, in Lyc. F

Ὀλυμπακὸς autem quanuis regularius esse (vt ita loquar) docuerim, non reiici tamen debere ILLVD Ὀλυμπικὸς, apparet ex Anthol. Epigr. lib. 2. siquidem in eius principio ὀλυμπικὸς legitur dictum de pugile olympiaco, seu pugile olympiorum, vt Cicero appellat. Quinetiam ὀλυμπικὸς ἀγών, sicut ὀλυμπακὸς, inuenitur. Atque adeo ab Horatio puluerem Olympicum videmus appellari τὸν ὀλυμπακὸν, initio Carminū. Alioqui Ὀλυμπικὸς esse potius ab ὄλυμπος, dictū est.

Ὀλύμπια, ων, τὰ, Olympiaca certamina, in honorem Iouis O
celebrari solita. Redditur etiam Olympiaci ludi. (qui à Cic. vocantur & Olympiæ ludi) affertúrque ex Demosthene, ὀλύμπια ποιεῖν, pro Ludos olympiacos siue olympicos edere. Dicitur etiam ἄγειν ὀλύμπια. Plut. in Apophth. ἐπαινουμένων δὲ τοῦ Ἠλείων ὅτι τοὺς τὰ ὀλύμπια καλῶς ἄγειν. Xenophon Hellen. 7, ἐπεὶ δὲ ὅ, τε μὴν ἦκεν ὡς τὰ ὀλύμπια γίγνεται, αἵ τε ἡμέραι ἐν αἷς ἡ πανήγυρις ἀθροίζεται. Frequens autem est apud quosliber scriptores accusat. ὀλύμπια cum verbo νικᾶν. Aristot. Rhet. lib. 1, ὀλύμπια δὲ νενίκηκε. Sic Luc. in Hermotimo, πῶς δὲ ἤδη στάδιον ἥδιον H
φοβερὸν τοῦ ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότα. Vbi obserua etiam addi τὰ μεγάλα. Sic certè Horatius olympia magna dixit, vt paulo pòst docebo. Quinetiam quum Ennius dixisset, Vincere olympia, Græcorum exemplo, ipse eorundem exemplo Coronari Olympia dixit. Ennii locus est apud Cic. Sicut fortis equus, spatio qui sæpe supremo Vicit Olympia, pòst senio confectus quiescit. Horatii autem locus Epistola 1, lib. 1, Quis circum pagos & circum compita pugnax Magna coronari contemnat Olympia? Esse enim Græcum & hoc loquendi genus, non ex poetis tantùm sed & ex aliis scriptoribus discimus. Simonides, Ἰσθμια, δίς Νέμεια, τρὶς Ὀλύμπια ἐστεφανώθην. Lucianus, κικρατικας σοῦ ὦ μακάριε, καὶ ἔστεψαι τὰ ὀλύμπια. μᾶλλον δὲ Βαβυλῶνα εἵλησας. Vt porro ὀλύμπια νενικηκέναι dicitur quispiam, sic ὀλύμπια αἱρεῖσθαι, pro Olympiacam palmam reportasse. Hoc quoque sciendum est, pro ὀλύμπια inuenirī ὀλυμπίων ἀγῶν, cùm alibi, tum apud Athenæum. Quod autem attinet ad epitherum illud Magna, quod Horatius Olympiis tribuit, legitur apud eundem Lucianum, non in eo tantùm quem attuli suprà loco, sed & alibi. vt in Herodoto seu Aetione, ἐνίσταται σοῦ ὀλύμπια τὰ μεγάλα καὶ ὁ Ἡρόδοτος ποτ' ἐκεῖνο, ἤκειν οἱ νομίσας τὸν καμόν οὐ μάλισα ἐγλίχετο, πλήθουσαν τηρήσας τὴν πανήγυριν. Vbi animaduertere etiā oportet, πανήγυριν dici τοῦ τῶν ὀλυμπίων, sicut in Xen. loco qui allatus antè fuit. Sic Demosth. παὶ ἐν τῇ Ἑλλάδι πανηγύρεις appellat, Ἰσθμια, Νέμεια, Ὀλύμπια, Πύθια. C

Ὀλύμπια sæpe aduerbialiter accipi pro In olympiis, annotant v.l. sed exemplum nullum proferunt. Legitur quidem apud Plutarchum in Apophth. τοῦ κακαλούμενος ὑπὸ τῶν πολλῶν ὀλύμπια δραμεῖν τὸ στάδιον: sed suspectum meritò esse potest hoc loco istud vocabulum, ne pro ὀν ὀλυμπίᾳ aut ὀλυμπιάσι scriptum sit.

Ὀλύμπια, Πύθια, Νέμεια, Ἰσθμια, quatuor sunt nomina quæ suis quatuor libris dedit Pindarus, in quibus encomia iis qui victoriam inde reportarunt, scribit.

Ὀλύμπια πύθεν festiuissimè dixit Lucillius de anu, tanquā infligente plagas non minores Olympiacis: id est, quas Olympiæ pugiles infligunt. Epigr. libro 2, Γραῦς μαχίμω τύπτουσαν ὀλύμπια.

Ὀλυμπιάς, άδος, ἡ, Olympiorum victoria, Olympiaca victoria, Olympiaci certaminis victoria. Herodot. ὀλυμπιάδα αἱρεόμενος. Qui locus Budæo dubitationem de ista significatione tollere potuisset apud Philostratum. Suidæ ὀλυμπιὰς est ipse ἀγών, vt mox docebo.

Ὀλυμπιάς, Olympias, Quadriennium, Quatuor annorum spatium. In v.l. tamen dicitur esse Quinquennium: quod certè multi crediderunt. Sed fuit randem deprehensus hic error cum ab aliis, tum à Glareano: cuius hæc verba sunt, (in Chronologia quam in Dionysii Halicarnassei x 1 libros Antiquitatum Rom. scripsit) Olympias spatium est quatuor annorum: quod puto apud Romanos vocari lustrum. Et paucis interiectis, Fefellit autē quosdam hic loquendi modus apud Latinos. Quinto quoque anno agitatus gymnicus totius Græciæ celebrabatur: item quinto quoque anno lustrum Romæ condebatur: vt olympiada spatium quinque annorum crediderint, atque adeo etiam scriptis prodiderint: non intelligentes, annum quo sequens olympias incipit, quintum dici annum: qui tamen est primus sequentis olympiados. Quatuor itaque anni interiacent exceptis iis quibus luditur mensibus. Hæc ille. itidémque alii quidam olympiadidus quaternos tantùm annos ex Eusebio & Solino tribuerunt. Atque ita & apud Suidā, ὀλυμπιὰς habet quatuor annos. (qui tamen non πρεσβυτικὸν χρόνον, verùm πρεσβυτικὸν ἀγῶνα exponit) Eodémq; modo apud Plut. in Apophth. Agis iis qui Eleos ὅτι τοὺς καλῶς ἄγειν ὀλύμπια laudabāt, τί δὴ ποιοῦσι θαυμαστὸν, inquit, εἰ δὴ ἑτῶν πόσαρων μιᾷ ἡμέρᾳ χρῶνται τῇ δικαιοσύνῃ; Cōpusare porro tempus per olympiadas moris fuit. vt apud Athen. lib. 14, ἐρωτᾶται δὲ ἡ θέσις τοῦ Καρνείων κῦ τὴν ἕκτην καὶ εἰκοστὴν ὀλυμπιάδα. Plut. de Isocrate, τρεῖς ὀλυμπιάδας αὐτὴν ἔτα γραφῇ.

Ὀλυμπιὰς dicta fuit & Alexandri magni mater: idémque nomen & aliæ quædam habuerunt. Ὀλυμπιὰς autem ab Ὄλυμπος, vide suprā.

C. Ὀλυμπιονίκης, ου, ὁ, (quod & post Ὀλυμπιὰς collocari potuit) Olympiorum victor, Victor in Olympiis, Olympiacus victor. Retinetur verò & Græca vox à Latinis, scribentib' Olympionices. Plat. De rep. l. 5, ζήσουσί τε τοῦ μακαριστοῦ βίου, ὃν οἱ ὀλυμπιονῖκαι ζῶσι, μακαριώτερον. Frequens est & apud alios.

Ὀρφανὸς vbinam ponendum esset, non minus nunc quàm antea dubitarem, si nunc quoque sua illi quærenda sedes esset. Quæ enim ab etymologo de nominis huius deriuatione scribũtur, talia sunt quæ nullocum fructu, sed multo duntaxat cum risu legi possint. quem ne ego aliis inuidere dicar, ea proferam. Vno igitur in loco ὀρφανὸς deducit ab ὄροφος, vt sit ὀρφανὸς quasi ὀροφανός, & significetur ὁ μὴ ἔχων πνὰ βοηθόν. Deducit & ab ὀρφνόν: quo declaratur τὸ σκοτεινόν. (Itidémque Hesychius postquam VOCEM Ὀρφαναίαν exposuit νυκτερινὴ & σκοτεινή: subiungit, Atque hinc ὀρφανὸν dictum esse, τὸν ἐν σκότει ὄντα) In altero autem loco, nimirum post Ὀρχομενὸς, scribit, ὀρφανὸς esse ab οἶος, quod est μόνος: perinde acsi diceretur οἰοφανὸς, id est μόνος φαινόμενος: vtpote γονεῖς μὴ ἔχων, id est, parentes non habens. Addit & quartam deriuationem à verbo ἁρπάζω: vt dictus sit ὀρφανὸς quasi ἁρπανὸς, is cuius parentes ἡρπάγησαν. Ego, tanquam ex malis eligens quod minus malum est, secundam etymologiã cæteris prætulerim. Atque adeo si & mihi meã de huius vocabuli origine sententiam vel potius diuinationem proferre liceat, dixerim ἀπὸ τῶν ὀρφνῶν ἱματίων (id est μελαίων, teste Polluce) ortam esse vocem ὀρφανός: quòd videlicet ὀρφνὰ ἱμάτια gestarent. Interim tamẽ dissimulare nolo, posse suspectam esse apud Pollucem scripturam istam ὀρφινά: quòd arbitrer ab ὄρφνη seu ὀρφνὸς esse deriuatum illud adiectiuum. quam deductionem sequendo, ὀρφνινὸς siue ὄρφνινος scribendum potius foret. Minimè tamen noua videri deberet prioris vomissio (quũ vel ea de causa omissam suspicari possimus vt ab ὄρφνινος differret, significante idem quod ὀρφανός) nisi & ὄρφνινον χρῶμα, quod apud Platonem in Timæo extat, necnon apud Aristotelem, suspicionem illam adiuuare possit. Siue autem adiici debere dicamus apud Pollucem, siue lectionẽ illã retineri, transferẽdus in primam accentus videri queat.

Ὀ Ρ Φ Α Ν Ὸ Σ, οῦ, ὁ, Orbus parentibus, vel parente, Pupillus. ὀρφανὰ τέκνα, Hesiod. Erg. Dicũtur & ὀρφανοὶ παῖδες: sed potius absque hac adiectione. Hom. Iliad. υ, Ὡς ἀ ὅτε Πανδαρέου κούρας αἰέλοντο θύελλαι, Τῆσι τοκῆας μὲν φθίσαν θεοὶ, αὐ δὲ λίποντο Ὀρφανὰ ἐν μεγάροισι. Sophocl. — οἰκτίρω δέ νιν Χίραν παρ' ἐχθροῖς παῖδά τ' ὀρφανὸν λιπεῖν. vbi videri possit allusisse ad Homeri locum quem in Ὀρφανικὸς proferam. Æschines in Ctesiph. πρεσβευσῶν ὁ κήρυξ, καὶ πολλὰς πεπραγματευμένος τοῖς ὀρφανοῖς ὧν οἱ πατέρες ἦσαν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότες. Interdum verò cum adiectione genitiui πατρὸς vsurpatur. vt apud Plutarchum, ὀρφανὸς πατρός. Sic in Epitaphio Demosthenis, λυπηρὸν παῖδ', ὀρφανοῖς γεγονῆναι πατρὸς· καλὸν δέ γε κληρονομεῖν πατρῴας δόξας. Dicitur etiam ὀρφανὸς δόμος, ab Euripide: & ὀρφανὸς βίος, à Platone. Genus FOEM. Ὀρφανή. cuius pluralem ὀρφαναὶ protuli modò ex versu Homerico. ὀρφανὴ πόλις, Plut. in Romulo.

Ὀρφανὸς nolè vsurpatur à Synesio, vbi dicit, ἀλλ' ἱκετεύοιμι μὴ γηρᾶσαι, ζῶντος αὐτοῖς ἐπὶ τῷ πατρὸς, ὀρφανοί. ad verbum, Ne viuente adhuc patre fiant orphani. id est, Ne ante mortem Pauli, quem parentis loco habent, sint tanquam orbi, seu pupilli.

Ὀρφανὸς generalius etiam pro Orbus. vnde ὀρφανὸς παίδων seu τέκνων aliquis esse dicitur. Vtitúrque cum hoc posteriore genitiuo Plut. A Platone dicitur aliquis ὀρφανὸς παίδων καὶ ἑταίρων: De leg. lib. 5, pag. 244, Orbus filiis & sodalibus, seu amicis. Ὀρφανὸς (inquit Hesych). ὁ γονέων ἐστερημένος καὶ τέκνων. vbi pro καὶ aptius dixisset ἢ.

Ὀρφανὸς, metaphor. latius etiã extẽditur: vt ὀρφαναὶ πρεσβυμάτων ἀρεσεῖς, quod ex Greg. affertur.

C. Ὀρφανοτρόφος, ου, ὁ & ἡ, Qui orphanum seu orphanos alit, Pupillorum nutritor. In vulg. lex. autem ante hoc Ὀρφανοτρόφος habetur Ὀρφανοτρόφος, proparoxytoné. cui hæc subiunguntur, Cui orphanos parentibúsque orbatos alendi cura & procuratio cõmissa est. Hinc Orphanotrophi appellantur pupillorum quasi tutores, adolescentium verò quasi curatores, apud Impp. L. 30. C. De episcop. & cler. Ita in vulg. lex. sed nullo modo scriptura illa retineri potest: quum sicut ὀρφανοτρόφος est is qui orphanos seu orphanum alitiita ὀρφανοτρόφος (sicubi reperiatur) sonet Qui ab orphano seu orphanis alitur.

HINC EST Ὀρφανοτροφεῖον, ου, τὸ, Locus, in quo orphani aluntur, Locus alendis orphanis seu pupillis destinatus. Affertur ex Iust. L. Illud. 16, & L. Sancimus. 18, Cod. de sacrof. eccles. Inuenitur etiam VERBVM Ὀρφανοτροφέω, ῶ, Orphanos alo, seu educo, vel Educationis orphanorum seu pupillorum curam gero. Vide Ὀρφανοτρόφος.

Ὀρφανικὸς, οῦ, ὁ, Pupillaris, Ad pupillum seu pupillos pertinens. vt ὀρφανικὰ χρήματα, Pupillaris pecunia. Sic ὀρφανικὰ συμβόλαια, Pupillaria pacta, Pacta quæ ad pupillos pertinent, apud Platonem De leg.

Ὀρφανικὸς, interdum idem quod ὀρφανὸς, Orphanus, Pupillus. Hom. Iliad. ζ, Μὴ παῖδ' ὀρφανικὸν θῆκε, χήρην τε γυναῖκα. In vulgarib. lexicis affertur ex Aristotele Polit. lib. 2, ὀρφανικῶν ὑπομελεῖσθαι: quasi itidem positum sit pro ὀρφανῶν. sed nihilo magis ὀρφανικῶν pro ὀρφανῶν quàm ξενικῶν pro ξένων positum censeri potest. In iisdem tamen ex eiusdem OEcon. libro 2, ὀρφανικὸς οἶκος, domus in qua filii sunt orphani. Sic autem ὀρφανὸς οἶκος habuisti paulò antè ex Euripide.

Ὀρφανία, ας, ἡ, Orbitas. Æschines in Ctesiphontem, πολυπραγμονῶν τὸν τῆς ὀρφανίας τοῖς παισὶν ἄπορον. Herodianus libro 1, μὴ νεότητι ἀκμάζουσα, καὶ ἐν ὀρφανίᾳ ὑπούσαι αὐτοκράτορα καὶ ἀκώλυτον πρεσβεύουσα, Ne filius, siue ætatis feruore nimio, siue licentia quadam summa, quam in orbitate esset habiturus. vt vertit Polit. At in v. l. traditur significare Platoni De leg. defunctorum desiderium & iacturam.

Ὀρφανίζω, Fut. ίσω, Præt. ικα, Orphanum reddo, id est pupillum, seu Orbum parente vel parentibus. Reddi etiam potest, Parente seu parentibus priuo. Quum autem dicitur, γονέων ὀρφανίζω, superuacaneus est hic genitiuus: itidémque quum dicitur γονέων ὠρφανισμένος. Sed latius etiam vsurpatur (& quidem apud poetas præsertim) pro Priuo. (sicut videlicet apud Latinos Orbus & Orbare significationem suam latius extendunt) veluti quum dicitur ὀρφανίζειν ζωῆς, priuare vita. Cui simile est in Epigr. πνεύματος ὠρφάνισε, spiritu priuauit.

Ὀρφανίζω, Pupillorum curam gero, Pupillos curo. At in v. l. redditur simpliciter Curo: eadémque interpretatio in primis omnium lexicis inuenitur. Sed non dubito quin error hic ex omisso per incuriam accusatiuo, in prima illa irrepserit: ex iis autem in cætera (vtpote cuncta ἀζασανίστως recipientia) manasse constat. Hinc

nomen VERBALE Ὀρφανιστὴς, Curator pupillorũ, Tutor. Ὀρφανισταὶ vocabantur, vtpote ὀρφανῶν ἐπιστάμενοι, qui & χηρωσταὶ ob aliam rationem dicebantur: inquit Eustathius, qui de voce ὀρφανισταὶ Sophoclem testari tradit. Huius autem locus extat in Aiace, pag. 31, meæ editionis, vbi vide & scholiastem: à quo inter alia, DICITVR Ὀρφανὸς esse ὁ ὅρον ἔχων τὸ οὐ φαίνεσθαι. Vide & Ὀρφανεύω.

COMP. Ἀπορφανίζω, idem quod ὀρφανίζω, significans Orbo, & generaliter Priuo. Sic passiuum Ἀπορφανίζομαι, Orbor, Priuor. Cuius participium ἀπορφανισθέντες legitur apud Paulum 1 ad Thessal. cap. 2, ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν, Disiuncti à vobis, & relicti velut orphani.

Ὀρφανεύω, idem quod proximè præcedens ὀρφανίζω, in ea significatione cui posteriorem locum dedi. Euripides in Alcest. Πανύστατόν σε προσπιτνοῦσ' αἰτήσομαι, Τέκνα' ὀρφανεῦσαι θέμα. Vbi scholiastes exponit ὀρφανοῦσθαι & ὅλως τυφοῦσθαι: addens etiã, ὀρφανιστὰς appellari πυ ὅλως τυφοῦς. Ὤρφωσεν ab Hesychio exponitur ὠρφάνισεν. Traditur autem illo ὤρφωσεν vsus esse Sophocles.

Ὀσφραίνομαι (de quo nunc dicturus sum) vnde sit deriuatum, apud nullum nec lexicographum nec grammaticum reperio. Legisse autem alicubi mihi videor, nomina ὀσμὴ & ῥὶν eo includi. Quòd si & mihi aliquid excogitare vel potius diuinare fas sit, dixerim potius, ὀσφραίνομαι dictum esse quasi ὀσμῆ ἀφαίνομαι: sed significationem tamen latius extensam fuisse. quemadmodum in multis verbis vsuuenire videmus, vt significatio ipsius etymi fines (vt ita dicam) prætergrediatur. Ab Hesychio quidem certè ὀσφρέσθαι exponitur ἀφρεσανθῶσαι.

Ὀ Σ Φ Ρ Α Ἰ Ν Ο Μ Α Ι, Fut. ανοῦμαι, Odoror, Olfacio. cum genitiuo. Xenoph. πίνων ὀσφραινόμενος. Ab eodem canes dicuntur ὀσφραίνεσθαι τῷ λαγῷ, id est odorari leporem. Epigr. lib. 2, Ὀ χρυπὸς Νίκαν ὀσφραίνεται οἴνου ἄρισα, vinum olfacit sagacissimé. Legimus etiam ὀσφραινόμενος τῷ χρυσίου metaphoricè, apud Luc. in Timone. Apud Alex. Aphrod. legitur ὀσφραινόμενα pass. significatione, Probl. lib. 2, ὀσφραινόμενα δύναται ῥωννύειν, Dum olfiunt, Dum ea odoramur. Vel, Odore suo. Quidam tradiderũt, magis esse ATTICVM Ὀσφρᾶσθαι, id est vsitatius apud Atticos quàm ὀσφραίνεσθαι. Annotat Budæus ὀσφρόμενον τὸ ἀλγεῖον dici τὸ ὀσμὴν δεχόμενον, odoratum. Sed autorem huius expositionis non nominat. Eódem pertinent hæc quæ ab illo annotantur, sine autoris nomine itidem, Ὀσφραινόμενον, τὸ δεχόμενον πνῦ ὀσμήν. Ὀσφρόμενον δὲ ἀλγεῖον, τὸ πέμπον πνῦ ὀσμήν. In v. l. dicitur ὀσφρόμενος (cum o in secunda) esse pro ὀσφραινόμενος: exponitúrque ὀσμὴν ἀναπέμπων. Reperitur apud Lucianum ὀσφρᾶται, & quidem cum illo ipso genitiuo, τῷ χρυσίου. apud Aristophanem Fut. ὀσφρήσεται. Sed apud eundem in Acharn. legitur ETIAM Ὠσφρόντο: quod exponitur ἠθροντο. Extátque apud eundem PARTICIPIVM Ὀσφρόμενος, in Vespis, Κἆτα βδέλυχθεὶς ὀσφρόμενος ἐξέπτυσα. vbi schol. exponit τῆς δυςωδίας αἰσθόμενος. At in v. l. ὀσφρόμενος (vt dixi) dicitur esse pro ὀσφραινόμενος: additúrque, ὀσμὴν ἀναπέμπων. Annotatur etiam dici in præsenti, & in aoristo medio, pro ὀσφρησάμενος. Sed neque exemplum affertur, neq; autor nominatur.

Ὀσφραντὴς, οῦ, ὁ, q. d. Odorator, Olfactor. Hinc COMP. Καπνοσφραντὴς, quod vide in indice.

Ὀσφραντὸς, οῦ, ὁ, Qui odoratu seu olfactu percipi potest. Quidam interpr. Odorabilis, item Olfactorius, Olfactu excitans. Vide Ὀσφραντικός.

Ὀσφραντικὸς, οῦ, ὁ, idem quod proximè præcedens Ὀσφραντὸς, sed illo vsitatius. Nam τὰ ὀσφραντὰ & τὰ ὀσφραντικὰ significant itidem olfactoria, vt Plinius appellat: hoc apud Galenũ, (qui & ὀσφρητικὰ nominat) illud apud Paulum Æginetam. Galeni locus est in iis quæ ad Glauconem scribit, ἀπόχρη δὲ πύπτοις ἐν τῷ πρόχρημα τοῖς ὀσφραντικοῖς ἀναπτήσασθαι. Ibidem ὀσφρητικὰ vocat. In v. l. τὰ ὀσφραντικὰ exponitur etiam Odores, Odoramenta: additúrque, Siue (vt dixit Macrobius) Odoraminum spiramenta.

Ὀσφραντικὸς, οῦ, ὁ, Odoratu valens, seu olfactu, Odorandi facultate valens, seu Olfaciendi, Sagax, Qui acri odoratu seu olfactu præditus est, siue sagaci. ὀσφραντικὴ δύναμις, vis olfactrix seu odoratrix. Et NEVTR. Ὀσφραντικόν, τὸ, Odorandi facultas. Item Odoratus seu olfactus instrumentum. Vide Suidam, qui tradit esse ipsum αἰσθητήριον.

Ὀσφραντήριον, ου, τὸ, Olfactorium, vt Plinius hoc vocabulo vtitur. Illa autem vox ὀσφραντήριον ex Eustathio affertur. Sed & VOCAB. Ὀσφρᾶδιον eadem in significatione apud eundem inuenitur, Comment. in Rhapf. Iliad. primam: vbi scribit adulatorem quendam nomen Ἀρσινόη ita ἀναγραμματίσαι, Ἥρας ἴον: quasi reginam illam Arsinoen deceret esse Ἥρας ὀσφρᾶδιον.

Ὀσφρασία, ας, ἡ, Odor. Affertur ex Græcis Bibl. interpr. vltimo cap. Oseæ.

AT VERO Ὄσφρησις, ET Ὀσφρητὴς, ET Ὀσφρητικὸς, sunt à themate contracto Ὀσφράομαι, ῶμαι. PRIMVM Ὄσφρησις, εως, ἡ, Odoratus, Olfactus, Ipse sensus odorandi seu olfaciendi. Sed annotant quidam, dici non solùm ὅλῃ τῷ ὀσφραινομένου, sed etiam ὅλῃ τῷ ὀσφραντοῦ.

Ὀσφρήσεις, interdum vocantur Nares, eodem modo quo ἀκοαί, aures. Herodian. lib. 1, ἀλλὰ καὶ οἱ κῆ πῦν πόλιν, κελεύοντων ἡμῖν ἰατρῶν, μύρου ἀωδεστάτου ταῖς τε ὀσφρήσεσι καὶ τοῖς ὦσι ἐνεπίμπλασαν.

SECVND. Ὀσφρητὴς, οῦ, ὁ, idem quod ὀσφραντὴς, siue Ὀσφραντικός. Affertur enim ex Galeno ὀσφρητὰ pro Odoribus. Vide Ὀσφρητικὸς, quod proximè sequitur.

TERT. Ὀσφρητικὸς, οῦ, ὁ, idem quod ὀσφραντικός: cui etiam respõdet terminatione, vt ὀσφρητὴς respondere videmus τῷ ὀσφραντής. Vt ergo ὀσφραντικὴ δύναμις vocatur Vis olfactrix, sic & ὀσφρητικὴ δύναμις, ab Alex. Aphrod. vbi de canibus loquitur.

C. Ἀποσφραίνομαι, idem esse videtur quod simplex ὀσφραίνομαι, Odoror, Olfacio: in v. l. tamen redditur passiuè Naribus admoueor.

Ὄσσα, quod nunc exponendum mihi est, Etymologus ab ὄπτω sibi deriuatum videri ait: sed nullam huius deriuationis rationem affert: nec vllam fortasse probabilem afferre potuit. Sed & hoc quærendum fuerit, antequam deriuatio inquiratur, vocémne an famam prima significatione declaret hoc vocabulum ὄσσα. Ego quidem certè quin de voce dicatur significatione primaria, minimè dubitandũ existimo: sed quomodo vel ab ὄπτω, vel ab ὄψ, vel ab ὄσσε deduci queat, non video. Si tamen vnum ex his tribus eligendum foret, ab illo nomine ὄψ deducere mallem, vt nimirum ab ὄψ dictum esset ὄσσα, quasi ὄψα.

Ο Σ Σ Α, ης, ἡ, Vox. Hesiod. in Theog. Ἐνύχια τεῖχον, πολεμήια ὄσσα ἰήσας. Testatur Etymologus, quamlibet φωνὴν, id est vocem, vocari ὄσσαν ab hoc poeta. Verùm (si Eustathio credimus, vt certè credendum esse arbitror) apud Homerum minus generalem significationem habet: quum alioqui apud eius posteros ἁπλῶς declarauerit φωνήν. qua de re dicam & paulo póst.

Ὄσσα, Fama, Rumor. Exponitur enim φήμη. nullum tamen exemplũ affertur eius significationis qua simpliciter pro fama seu rumore ponatur. Ideóque malim cum Etymologo exponere θεία φήμη, quàm simpliciter φήμη. Sic in isto Homeri loco (vbi tamen redditur Rumor, Fama) Iliad. β, — μετὰ δὲ σφισιν ὄσσα δεδηὲι Οὐρανίωνε ἔναι, Διὸς ἄγγελος. Itidémque legimus Odyss. α, Ἔρχετο πάντῃ πόσμου πάσης δ' ἐν οἰχομένοιο, Ἤν τίς τι ἔπιπι βροτοῖσι, ἢ ὄσσαν ἀκούσῃς Ἐκ Διός· ἥτε μάλιστα φέρει κλέος ἀνθρώπισιν. Vbi annotat Eustathius, ὄσσαν apud Homerum non significare ἁπλῶς τὴν φωνὴν, sicut apud eius posteros: sed ὄσσαν & κλῆδα & ὀμφὴν, necnon φήμην, esse qu ddam θεῖον καὶ σημαντικὸν τῶν μελλόντων. Ibidem hic scholiastes tradit Iouis ὄσσαν esse vel τὴν τῆς προμαντικῆς εἱμαρμένης, quòd sit δηλωτικὴ τῶν μελλόντων: vel τὴν τῶν ἀέρων, quoniã αἰτίς ὄντι φανῶν, vtpote δηλητὴς τυγχάνων. Sed non video quomodo hæc illi alteri loco quem ex Iliad. β, protuli, conuenire possint. Ideóque malo acquiescere iis quæ in eundem illum locum Odyss. α, traduntur: nimirum veteres ad Iouem retulisse omnem ὄσσαν & ὀμφήν. atque hanc esse causam cur IVPITER Πανομφαῖος appellatus sit. Sciendum est autem ὄσσα exponi etiam μαντεία.

Ὄσσα, est etiam Omen apud Platonem, vt tradit Budæus, (locum tamen nõ afferens) itidémque ὀσσεύεσθαι esse dicit Ominari.

Est Ὄσσα & mons ille Thessaliæ quem portentosa gigantum audacia celebrem reddidit, sicut Pelion & Olympum. Vide Ὄλυμπος.

Ὀσσομαι, à nomine Ὄσσα Eustath. deriuat quodam loco, quum alioqui ab ὀσσε ipsemet alibi deriuet: quæ deductio magis recepta est. Sed hoc sciendum est, pro diuersa deductione diuersam quoque significationem ei tribuere. Nam ὄσσομαι ab ὄσσα, exponit προμαντεύομαι. quum in hunc locum Iliad. ξ, circa principium, Ὡς δ' ὅτε πορφύρεον πέλαγος μέγα κύμα κορωνοῦ, Ὀσσόμενον λιγέων ἀνέμων λαιψηρὰ κέλευθα Αὔτως, scribit, ὀσσομενον esse vel τὸ προορῶν, vel τὸ προμαντευόμενον, siquidem τὸ τοιοῦτον esse verè signum ἀνέμου. Et paucis interiectis, subiungit, liquere, vocem hanc ὄσσεσθαι esse interdum μαντικήν: à voce ὄσσα quã semper ὅλη μαντεία vsurpet. Talémque esse VOCEM Ὀψ, vt Dionysius Ælius obseruat: dicens ὄπα esse τὴν κληδόνα: & VERBVM Ὀπτεύεσθαι, κληδονίζεσθαι. vt apud Aristoph. in Lysistrata, ὀπτεύομαι καθηται. Sic autem in hunc versum Iliad. α, Κάλχαντα προέπεα κάκ' ὀσσόμενος προσέειπεν, annotat aliquam μαντείας significationem huic verbo inesse, secundum quorundam expositionem. vt videlicet κάκ' ὀσσόμενος vel κακοσσόμενος coniunctim, sit ὑποκαλέσας κακὸν κῆρ τὴν ὄσσαν, ἤτοι κατὰ τὴν μαντείαν. Sed altera expositio multo magis recepta est, quæ κάκ' ὀσσόμενος, siue κακοσσόμενος coniunctim (vt etiam Hesychius habet) vult esse ἀχρείως προβλέπων seu προβλεψάμενος: siue δεινῶς ἐμβλεψάμενος, vt idẽ Hes. exponit: autor breuium scholiorum, δεινὸν καὶ ὀργίλον ὑποβλεπόμενος. Latinè diceremus, Torue intuens, vel Trucibus oculis intuens. Sed enim & tertiam expositionem admittit hic locus, si conferatur cum aliis eiusdẽ poetæ locis: præsertimque cũ isto Iliad. ω, Οὐ μὲν γὰρ τοί γε κακὸν ὀσσομένη τὸ σὸν ἵκανω, Ἀλλ' ἀγαθὰ φρονέουσα. Quum enim κακὸν ὀσσομένη & ἀγαθὰ φρονέουσα inter se opponantur, non dubium est quin κακὸν ὀσσομένη sonet, Malè cogitans: eadémque huic loco expositio conuenire queat. Legimus certè & in aliis plerisque huius poetæ locis verbum idem cum κακὸν siue κακά: & quidem adiecto vel nominatiuo θυμός, vel datiuo θυμῷ. vt Odyss. σ, v. 154, Νθυσάζων κεφαλῇ· δὴ γὰρ κακὸν ὀσσετο θυμός. Eiusdem poematis libro κ, v. 472, Ἀλλ' ἤμην ἀλεφρονέων κακὰ σ' ὀσσετο θυμός. Item Iliad. σ, v. 223, — ἀτὰρ καλλιτρίχες ἵπποι Ἀψ ὄχεα τρέπον. ὀσσοντο γὰρ ἄλκια θυμῷ. Itidemque legimus apud Hesiodum in Theogonia, v. 551, de Ioue, — κακὰ σ' ὀσσετο θυμῷ Θνητοῖς ἀνθρώποισι, τὰ καὶ τελέεσθαι ἔμελλεν. Quinetiam variare interdum codices in huiusmodi locis sciendum est. nam (exempli gratia) in illo qui est allatus ex Odyss. σ, pro κακὸν ὀσσετο θυμὸς, quædam exemp. habent κακὸν ὀσσετο θυμῷ. Vt autem ad interpretationem veniamus, sciendum est, in hoc loco quoldam ὀσσετο reddidisse Prospiciebat, vel simplicius Videbat: (quæ interpretatio datur in vulg. l. illi quoque Hesiodi loco) quosdam, Augurabatur: nonnullos, Agitabat. Atque hæc postrema interpretatio omnium maximè mihi placet, sequendo illa quæ dixi. Eustath. verò in illum Iliad. α locum, quandam αἰσιόμαντιν φαντασιώδη isto verbo nonnunquam significari tradit. vt in isto loco, (qui legitur Odyss. α) Ὀσσόμενος πατὴρ ἑοῖο. Sed perperam omittit ὀνὴ φρεσὶν: quum ipsemet in huius loci expositione differentiam ex illarum vocum adiectione annotet, scribens, ἁπλῶς μὲν Ὀσσόμενος, ὁ βλέπων· Ὀσσόμενος δὲ φρεσὶν, ὁ φανταζόμενος τὸ μὴ παρόν, καὶ κῆρ νοῶν αὐτὸ βλέπων καὶ ἀειδωλοποιούμενος. Additque, Demosthenem paraphrasten exponere ὀνειροπολῶν. Vulgaris ad verbum interpretatio Latina habet, Repræsentans patrem probum in mente. Quæ autem Volaterrano tribuitur, habet, Cogitans siquo modo pater veniens stragem in ædibus ederet. Ego autem redderem potius, In animo sibi fingens reditum patris, in quo procos fugaret. Aut, Imaginans reditum patris. (Nam Imaginans patrem, ad verbum quidem, sed durè diceretur) Nec minus commodè fortasse verteretur, In animo sibi proponens patrem, vel reditum patris. Aut etiam, Cogitãs de patre. Vel, Cogitationem in patre defixam habens, seu in patris reditu. Vel, Sibi proponens patrem, seu patris reditum, in quo procos &c. Quòd siquis expositionem alteri verbi ὄσσεσθαι deductioni conuenientem habere malit, non dubitarim & hoc modo exponere, Ob oculos sibi ponens patrem, aut ante oculos habens. Et hæc quidem sunt quæ mihi de isto loco videntur. Fortasse autem hæc vocabuli ὀσσόμενος expositio, quam apud Hesych. legimus, κατὰ ψυχὴν προσδεχόμενος, ἢ προσδοκῶν, nulli Homeri loco magis quàm isti quadrare possit. Sciendum est porrò, in v. l. hoc verbum ὄσσομαι exponi non solùm Circumspicio, sed etiam Auguror, Prædico: iis tamen qui ibi subiunguntur locis in exemplum, has posteriores significationes non tribui. Afferrur enim ille quem protuli ex Iliad. α locus, Κάλχαντα προέπεα κάκ' ὀσσόμενος προσέειπε, sine vlla interpretatione. Cui subiungitur ex Hesiode, κακὰ σ' ὀσσετο θυμῷ, pro, Videbat mala animo. Rursum ex Homero, ὄσσοντο σ' ὄλεθρον, pro Mortem præ oculis habebant. Qui locus vnde peritus sit, non annotatur. quòd si sit ex Odyss. β, vbi de aquilis ea ipsa verba proferuntur à poeta, conuenire illa interpretatio non potest. potius enim ὄσσοντο est Portendebant, vel Ominabantur: aut etiam Prælagiebant. atque ita fuerit ὄσσοντο pro οσσθόντο, de quo non multò pòst dicam. Alicubi autem vel Vaticinari vel Augurari, reddi etiam queat. Cæterùm Hesychius verba illa, ὄσσοντο σ' ὄλεθρον (ex hoc ipso loco petita) exponit quidem περὶ ὀφθαλμῶν εἶχον: sed addit, πυπτεῖν προσεδόκων καὶ προσεπιμανῶν, καὶ ἐμφαίνειν ἐποιοῦντο. Ibidem proxime præcedit hoc Ὀσσοντο (ex alio quopiam peritum loco) expositum, διενοοῦντο προσεώρων.

Ὀσσομαι alteram deductionẽ (iuxta quam significat Video, Aspicio: aut Præuideo. vt in hoc Gregorii pentam. Αἰὲν ἐπορχομένας μάστιγας ὀσσομένη) habet ab ὀσσος, significante oculũ. qui tamen nominatiuus in nullo aut raro vsu est: potiùsq; vsurpatur num. DVAL. Ὄσσε, ex ὀσσεε factus secundũ quosdam. Sed sunt qui contrà nomen hoc ex verbo illo factum censeant: quod vtrum aut certe verisimile esse possit, sua verbo Ὀσσομαι quærenda deductio fuerit. Aptior autem nulla videtur esse, quàm vt VOX ACT. Ὀσσω, ex Ὀπτω per Æolicam mutationem facta dicatur: (sicut nimirum πέσσω ex πέπτω ortum esse traditur) pro qua voce actiua vsurpata fuerit passiua Ὀσσομαι. Fuisse tamen & actiua vsum aliquem, apparet ex secũda PERS. Ὀσσεις, quæ apud Hesych. extat, exponentem βλέπεις & ὁρᾶς. Item ex ὀσσοι, quod exp. βλέψοι (ita enim scribendum pro βλέψει) & ἴδοι. Quod autem ad nomen illud attinet quo significatur oculus, NIMIRVM Ὄσσος, (siue ab eo sit Ὀσσω, siue potius ipsum sit ab Ὀσσω) sciendum est, secundum quosdam, neutrius, secundum alios masculini generis esse. Siquidẽ Ὄσσος quidam volunt esse neutrum primæ declinationis contractorum, & flecti ὄσσος eodem modo quo πῖχος. vt videlicet illud ὄσσε factum sit ex ὄσσεε per syncopen, vel apocopen. quod ὄσσεε ita dicatur vt πίχεε. Hánc quesentẽtiam adiuuat datiuus ὄσσει, vt πίχει, vt βέλει, & huiusmodi alia. quem datiuum ὄσσῳ in vsu esse testatur Eustathius. Alii autem existimant, ab Ὄσσος, nominatiuo masculini generis, qui declinetur vt πλόος, esse dualem ὄσσω, vt πλόω: deinde per metaplasmum, ὄσσε, id est κατὰ μεταποίησιν τοῦ ω τελικοῦ τῆς ὀξείας, εἰς δυϊκῶν εἰς τὸ ε. Afferuntúrque ad huius metaplasmi confirmationem alia huis schematis exempla: ex quibus sunt ἄλκα & ὑσμίνη, pro ἄλκῃ & ὑσμίνῃ, & κλαδί pro κλάδῳ: necnõ ἐρυσάρματες pro ἐρυσάρματοι. Sed rectius (meo quidem iudicio) de hac voce iudicat Herodianus grammaticus: ita scribẽs, Quemadmodum dicitur τὸ σκόπος & ὁ σκόπος, eadem terminatione, itidémq; ὁ ἔλεγχος & τὸ ἔλεγχος, ita etiam ὄσσος. Cuius dualis quum esse debuisset ὄσσεε, passus apocopen vel syncopen, (incertum est enim vtram) mutatus est in ὄσσε. Hæc ille: quem sciendum est ideo dubium relinquere vtrum apocopen an syncopen sit passum ὄσσεε, quòd incertum sit vtrum ε ex duobus ablatum sit, priúsne an posterius. Et hæc quidem hactenus. nam quæ de accentu huius ipsius nominis, non perinde necessaria esse videntur. Debuit porro ad confirmationem τῶ ὄσσος masculini afferri DAT. PLVR. Ὄσσοις, quem minimè raro in vsu esse videmus. Legimus enim in quodam Sapphús loco, καὶ παὶ ἐπ' ὄσσοις ἀμπέπασον χάριν. Et apud Orpheũ (id est, in quodam fragmento quod veteris Orphei esse creditur) Θνητοῖς δὲ θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις. Itidémque ὄσσοισι vt μύθοισι pro μύθοις, apud Hesiodum extat. vt in Aspide, Δεινὸν ὁρᾶν ὀφῶν ὄσσοισι, λέων ὡς σώματ' κούρας. In eodẽ poemate, Ἐμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς.

At ille DVALIS Ὄσσε frequenti apud Hom. in vsu est. vt Odyss. κ, — ἐν δέ οἱ ὄσσε Δακρυόφιν πίμπλαντο. Sic lib. η, eiusdẽ poematis, — τὼ δέ οἱ ὄσσε Δακρυόφιν πλήσθεν. Itidem lib. υ, — δεδάκρυται δέ μοι ὄσσε Μίνσα μένω Ὀδυσῆος. Et lib. ε, — ἠδέ ποτ' ὄσσε Δακρυόφιν πέρσοντο. Apud eundem legimus Iliad. α, — θεὴν δέ οἱ ὄσσε φάανθεν. Et his quidem in locis omnibus dualis est nominatiuus, sicut & in aliis plerisque: non minus autem frequens est vsus vocabuli eiusdem in accusatiuo. Sic Odyss. η, Οὐδ' ἄρα Νέστορος υἱὸς ἀδελφεοῦ τῶν ἔχεν ὄσσε. Eodem libro, τῆς δ' οὔνησε νόον, θρέψε δ' ὄσσε γόοιο. Sic Iliad. ξ, Κείμησόν μοι Ζεῦ τε καὶ ὀφρύσι οὖσσε φαεινῶ.

ATVERO Ὀσσθόμαι, (siue ex Ὀσσομαι factum, siue potius ex Ὀσσα deductum) solutæ orationi cum carmine commune est. Estque Ὀσσθομαι, Ominor, vel Vaticinor, Auguror, vt quidem in vulg. lex. redditur. Pro illo quidem Ominor poni à Platone Bud. testatur, sed locum non afferens. Apud Hesych. LEGITVR Ὀσσᾶσθαι, expositum κληδονίσασθαι. cuius vsum esse rarum arbitror. At pro illo Ὀσθύομαι frequentius est VERBVM Ὀπθύομαι. cuius & Suidas meminit, nullam alterius mentionem faciens. Sed affert etiam NOMEN Ὀπία, tanquam idem significans quod ὄσσα. Scribit enim, Ὀπία καὶ Ὄσσα, φήμη, μαντεία, θεία κληδών. καὶ Ὀπθύεσθαι, τὸ μαντεύεσθαι. Quibus expositionibus locum istum subiungit, ex Polybio fortasse, ὁ δὲ, τὸ μέλλον ἐμφρόνως ὀπθυσάμενος, εἰς ἔννοιαν ἦλθε πῶς φρουρεῖν ἀποτέψασθαι τὴν τοῦ Πτολεμαίου. Eustath. quoque, postquam scripsit ὄσσεσθαι esse interdum vocem μαντικὴν, addit. talem esse & ὀπθύεσθαι. quòd Ὄσσα & Ὀπία sit οἰωνοσκοπία, vel κληδών. Sed dicit φασὶ, tanquam ex aliorum opinione id referens. In vulg. lex. Ὀπθύομαι redditur In religionem verto, Aspernor, Auguror. Verùm hoc Aspernor prorsus aspernari debemus. Nullo enim modo (quod sciam) Ὀπθύομαι significationem istam verbi Aspernor admittere potest. Quod verò ad cæteras attinet, non planè reiciendæ sunt, præsertimque vltima. Sed nullo verbo commodius reddi videtur, quàm illo Ominari: quo & Ὀσσθύεσθαι Budæus reddit, vt paulo antè docui. Idem hæc Polybii affert ex lib. 1, ὁ δὲ Ἱέρων ὀπθυσάμενος περὶ τῆς ὅλων προκινδυνεύσεως, ὑπηγορεύθη τῆς νυκτὸς ἀνεχώρησε κῆρ ἀστυδεῖν. & interpretatur In summam belli totius ominatus ex vno prælio malè pugnato. Eundem locum affert & Camer. postquam dixit, ὀπθύεσθαι esse Diuinare. Additque hanc interpretationem, Præsagiente aliquid animo de totius belli euentu. Legit autem ὀπθυσάμενος π περὶ &c. at Budæus particulam π omisit. In ipso quidem certè Polybio (in ea saltem editione qua ipse vsus est, Haganoæ impressa anno 1530) est ὀπθυσάμενος π. quod π vt minimè loco conueniens, reiecit: sed in locum reiectæ huius particulæ rectè illam substituit ipse quoque arbitror. Ab Ὀπθύομαι autem est VERBALE Ὀπθία, quod à Suida exponitur μαντεία, id est Vaticinatio, Diuinatio. Sequendo autem illa quæ dicta modò fuerunt, reddi etiam possit Ominatio. In v. l. habetur & VERBALE Ὀσσία, quod redditur Vaticinatio: at Ὀπθία ibidem Horror. Additurque, Ὀπθίαι, Somnia inania, Vaticinium. Pro religione sumpsit Dionys. Halicarn. l. 9.

Præter Ὀσθύομαι siue Ὀπθύομαι, inueniuntur & alia duo eiusdem significari VERBA, Ὀπτόμαι, ET Ὀπτύομαι. Ambo apud Hesych. extant, scribentem, Ὀπτεῦσαι, κληδονίζεσθαι· Ὀπθύεσθαι, ὁμοίως. Hoc verò, Ὀπτεύεσθαι legimus apud Eustathium, sed afferentem ex Dionysio Ælio, vt antea docui. ab hoc enim scribi testatur, Ὀπτα εἶπε τὴν κληδόνα: & Ὀπτεύεσθαι, τὸ κληδονίζεσθαι. Nisi tamen magna hic Dionysius Ælius esset autoritatis, non magni faciendum hoc eius testimonium videri posset: & eum, quòd Ὀπθύεσθαι legisset, vbi Ὀπθύεσθαι scribendum erat, ex illo nomine Ὀψ, suam illi deriuationem quæsiuisse. Verùm mouere nos vicissim debet hoc quoque, quòd Eustathius illa eius verba ita refert vt nihil tale cogitasse videatur: quum alioqui & ipse verbum Ὀπθύεσθαι agnosceret, vt in præcedentibus videre potes.

SVPEREST Ἀοσσητὴρ, vocabulum poeticum, quod licet non parum remotam significationem habere videatur ab ea quam habet nomen ὄσσα, ab hoc tamen deduci, omnes grammatici ore vno testantur. Est autẽ Ἀοσσητὴρ, ῆρος, ὁ, Auxiliator, Opitulator. Quanuis porrò & NOMEN Ὀσσητὴρ apud Hesych. inueniatur, exponẽtem βοηθὸς: illi Ἀοσσητὴρ locum primum tribuo, tanquam pluribus testimoniis confirmato. Hoc enim ἀοσσητὴρ ne agnoscere quidem videntur alii siue lexicographi, siue grammatici, quum ἀοσσητὴρ esse tradunt qui αὐδὴ ὄσσης βοηθεῖ. volunt enim α, sequendo istud etymon, locum τῶ αὐδῆ obtinere. quum tamen, si verum sit inueniri etiam Ὀσσητὴρ, dicendum sit potius α illud præfixum, esse superuacaneum: sicut in quarundam aliarum vocum fronte vacare videmus. Verùm de illo ὀσσητὴρ penes Hesych. (donec alibi inueniatur) sit fides. De Ἀοσσητὴρ autem Etymologus scribit, πρὸς τὸ ὄσσον fieri ὀσσητὴρ, & ἀοσσητὴρ, quo significetur βοηθός.

sed pro ὄοσον minimè dubitandũ puto quin reponi debeat ὄοσα. Quineriam ὀοσηπὴρ per η in media syllaba, sicut ἀοσηπὴρ, scribendum esse censeo. Addit autem ὁ αἰδὺ ὄοσης καὶ κλισδόνος βοηθῶν αὐτομάτως. quam expositionem & Suidas habet. Sed in editione Basiliensi, anni 1544, perperam legitur Ἀοσσηπὴρ pro Ἀοσηπὴρ. Est certè frequens apud poetam vocabulum istud Ἀοσηπὴρ, quod Eustathius quoque à nomine ὄσσα deriuat, exponens ἔπιμον & ἀσουδ᾽ αἶον βοηθὸν, item ἔπιμον & ἀσφάστον ὀλίκουρον: vtpote αἰδὺ ὄσσης βοηθοῦντα. Vt autem ad exempla veniam, legimus Iliad. χ, — ἀοσηπὴρ μέγ᾽ ἀμείνων. Iliad. ο, Θαρσῆ καὶ. πῖόν τι ἀοσσηπῆρα Κρονίων Ἐξ Ἰδης πρόσεηκε παρεσταμῆναι καὶ ἀμυνέειν, Φοῖβον Ἀπόλλωνα χρυσάορον. Vbi scholiastes ille annotat, ex veterum sententia, ἀοσηπὴρ dici qui ad auxiliandum currit, αἰδὺ ὄσης καὶ μαντείας. Legimus & Iliad ο, circa finem, Ἠέπνας φαμὲν εἶ ἀοσσηπῆρας ὀπίσσω; vbi exponitur ἀσουδαίοις βοηθοῖς. Obseruaui autem, hunc poetam istud aduerbium ὀπίσσω huic nomini & alibi quoque subiungere. vt Odyss. ψ, Καὶ γάρ τις δι᾽ ἕνα φῶτα κατακτείνας ἐνὶ δήμῳ, Ὧ, μὴ πολλοὶ ἔωσιν ἀοσσηπῆρες ὀπίσσω, Φθυγάδες τοιοί τε προλιπὼν καὶ πατρίδα γαῖαν. Est igitur ἀοσσηπὴρ propriè Auxiliator promptus, Qui festinat ad opem ferendam non expectans dum consuluerit oraculum: vt videlicet ex eo sciat num è re sua futurum sit ad ferendum auxilium ire. Siquidem ille idem enarrator, in hunc locum Odyss. η, Πολλὰ γὰρ ἄλγε᾽ ἔχει πατὴς οἰχομένοιο Ἐν μεγάροις, ὧ μὴ ἄλλοι ἀοσσηπῆρες ἔωσιν, annotat, ἀοσσηπῆρες esse βοηθοὶ ἀσουδ᾽ αἶοι & μὴ αἰαμφίοντες ὄσσαν εἰς τὸ βοηθῆσαι. fuisse enim moris ἐρωτᾶν τὸ θεῖον· ἢ βοηθεῖν μόνον, εἰ τρεψάμενοι τις· ἢ συγχαίζειν δέ, εἰ κωλύεται. Itidémq; Etymologici autor illis quæ ex ipso attuli verbis, subiungit, ἔθος γὰρ τοῖς παλαιοῖς πῦρ, πανθανομένοις μαντείας βοηθεῖν. Meminisse autem oportet hic eorum quæ antea dixi, nimirum, si in vsu sit etiam ὀοσηπὴρ, concidere hanc etymologiam.

Videor autem mihi & VERBVM Ἀοσσέω, ῶ, alicubi annotatum inuenisse, tanquam idem significans quod βοηθῶ. Rationi certè consentaneum fuerit vt priorem huic verbo Ἀοσσέω locum tribuamus: vt videlicet ab Ὄσσα hoc sit Ἀοσσέω: cuius verbale sit Ἀοσηπὴρ.

Omissum fuit in præcedentibus, nimirum post Ὄσσομαι, COMPOS. Ποπόσσομαι, SIVE Προπόσσομαι, quo significatur προσβλέπω, Aspicio, Intueor: apud Homerum Iliad. η, non procul ab initio, Μή πν᾽ αἰθρώπων προπόσσεο, μηδὲ ἐρέεινε. id est προσβλέπε, inquit Eustath. Aliquando tamen est προβλέπω, non προσβλέπω. vt Od. ξ, Οὔπτε μοι θάνατον προπόσσετο θυμὸς ἀγήνωρ, Non præuidebat mortem, vel Mortem sibi ante oculos non ponebat, Mortis metum ante oculos non habebat. Autor breuiũ schol. exponit, προβλέπειν & προσεδέχετο. Hesychius προπόσσεται exponit non solùm προορᾶται & προσδέχεται, item προσδοκᾷ: sed etiam προσαγορεύει. quæ expositio mira videri possit. Obseruandum est porrò in illo Hom. loco προπόσσετο θυμὸς cum accusatiuo, vt alibi ὄσσετο θυμός. Apud Apoll. Rhodium Argon. lib. 1, cũ infinitiuo, — ἔτ᾽ αὖτε προπόσσομαι ὧδε πελεῖσθαι. vbi schol. exp. προορᾶμαι. In v. l. ex eodẽ poeta ποπόσσεσθαι affertur pro Augurari: itidémq; in iis προπόσσεσθαι redditur etiam Præsagire.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA